Risolue il S. D. tutti questi punti. E prima quanto al senso 3. P. quæst. 88. art. 2. Dicendum, quod quid circa hanc Quæstionem sit verum, pro certo definiri non potest: tamen probabilius æstimatur, quod totum illud iudicium & quoad discussionem, & quoad accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quoad sententiam de vtrisque, mentaliter perficietur. Si enim vocaliter singulorum facta narrarentur, inestimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur: sicut etiam Augustinus dicit 20. de Ciuit. Dei: quod si liber, ex cuius scriptura

tura omnes iudicabuntur, vt dicitur Apocal. 20. carnaliter cogitetur quis eius magnitudinem, aut longitudinem valeat æstimare, aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt vniuersæ vitæ vniuersorum? Non autem minus tempus requiritur ad narrandum ore tenus singulorum facta, quàm ad legendum, si essent in libro, materiali scripta. Vnde probabile est, quod illa, q uæ dicuntur *Matth.* 25. non vocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda.

Quanto al luogo iui Articolo 4. Dicendum, quod qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodo homines ad iudicium conuenient, non potest multum per certitudinem sciri: tamen probabiliter potest colligi ex scripturis, quod circa locum Montis Olineti descendent sicut, & inde ascendit: vt idem esse ostendatur, qui descendit, & qui ascendit.

Quanto poi al tempo iui Art. 3. Dicendum, quod Deus per scientiam suam est causa rerum, vtrumque autem creaturis communicat, dum est rebus, tribuit virtutem agendi alias res, quarum sint causæ, & quibusdam etiam cognitionem rerum præbet: Sed in vtroque aliqua sibi reseruat. Operatur enim quædam in quibus nulla creatura ei cooperatur: Et similiter cognoscit quędã, quę à nulla pura creatura cognoscuntur. Hæc autem nulla alia magis esse debent, quàm illa, quę soli diuinę subiacent potestati, in quibus nulla creatura ei cooperatur, & huiusmodi est finis Mundi, in quo erit dies iudicij. Non enim per aliquam causam creatam Mundus finietur, sicut etiam esse incępit immediatè à Deo. Vnde decenter cognitio finis Mundi soli Deo reseruatur; Et hanc rationem videtur ipse Dominus assignare *Actor.* 1. Non est (inquit) vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: quasi diceret, quæ soli potestati eius reseruata sunt.

Horsù finiamo vn poco questo Discorso con qualche frutto dell' Anima nostra, poiche come dice il S. D. Quæst. 18. *de veritate art.* 7. *ad vltimum* Connaturalior est homini cognitio operabilium, quàm speculabilium.

Hor che frutto si caua dal timore del final Giudicio? S. Pietro Damiano Epistola 57. Quid faciemus sub tanti Iudicis maiestate? quid excusationis ostẽdere poterimus? qua nos defensionis arte pugnabimus? quę nobis subuentura est pœnitentia, quam in hac carne contempsimus? quæ nos defensura sunt opera bona, quæ in hac vita non fecimus? Ad quos Apostolos, aut quos alios Sanctos confugituri sumus, quorum exempla simul & verba despeximus? Pensandum ergo est, & summo studio reuoluendum qui in illo die terror erit, cum in pœna iam remedium non erit, Dies Domini insanabilis furoris.

Mà sentiamo ancora la riflessione dell' Abbate Ammone in Vitis Patrum lib. 5. *libello* 3. *De compunctione n.* 2. Cogita sicut faciũt iniqui, qui sunt in carcere: illi enim interrogant homines. Vbi est Iudex, & quando veniet?

niet? & in ipſa expectatione pœnarum ſuarum plorant. Ita & Monacus, *e così ogn'vno*, debet ſemper ſuſpectus eſſe, & animam ſuam obiurgare *dicendo*: Veh mihi, quomodo habeo adſtare ante tribunal Chriſti, & quomodo habeo ei actuum meorum reddere rationem? Si igitur ſemper ſic meditatus fueris, poteris ſaluus eſſe.

E finalmente S. Anſelmo lib. de Miſ. hominis. Quid dormitas Anima tepida, & digna euomi, quid dormitas? Qui non expergiſcitur, qui non tremit ad tantum tonitruum: Ite maledicti in ignem æternum, non dormit, ſed mortuus eſt.

E S. Gio. Chriſoſtomo portato qui da Vgon Cardinale. Verè magna vox, cui omnia obediunt elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, vincula mortis diſrumpit. *Item idem*. Nec ibi erit reſiſtendi virtus, nec fugiendi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec ſatisfactionis tempus, ex anguſtia omnium rerum nihil remanet niſi luctus.

Se è così, Donque almeno con queſto ſanto timore procuriamo d'attender alla noſtra ſalute. E ſe inſegna il S. D. 1. 2. quæſt. 6. art. 6. Sic autem hoc, quod fit per metum, eſt voluntarium, in quantum ſcilicet eſt hic, & nunc; prout ſcilicet in hoc caſu eſt impedimentum maioris mali, quod timebatur, ſicut proiectio mercium in mare fit voluntaria tempore tempeſtatis, propter timorem periculi. *Così aſcoltiamo l'auiſo di San Pietro 1. c. 2. riferito dal S. Concilio di Trento ſeſſ. 6. de iuſtificatione cap. 13. doue così parla* Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant, ne cadant, & cum timore, ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigilijs, in eleemoſinis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, & caſtitate; formidare enim debent, ſcientes, quod in ſpem gloriæ, & nondum in gloriam renati ſunt de pugna, quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia; Apoſtolo optemperent, dicenti: Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus: ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. *E che l'operar con queſto timore ſia buon ſpirito, ce ne aſſicura il medemo S. Conc. ſeſſ. 6. Can. 8. doue così definiſce*: Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, anathema ſit. *Et 2. 2. qu. 19. art. 4.* Timor ſeruilis ſecundum ſuam ſubſtantiam bonus eſt, ſi ordinetur in Deum ſicut in finem: & per conſequens pœna non timeatur tanquam principale malum. *E così dobbiamo temere il Giudicio finale, il cui terrore è certo che* cadit in conſtantem virum, *& ſe tale, che* ipſi reſiſti non poteſt. *Quæſt. 41. P. 2. art. 4. Perche* excedit poteſtatem timentis. *E per hauerlo, non baſta la mia Predica, ma biſogna anche raccorrer da Dio, che ce lo dia. Che però ſopra quelle parole di S. Paolo Ad Hebreos*

c. 12. Deus autem pacis aptet vos in omni bono, *ſoggionge l'Angelico lect. 3.* Dupliciter aptatur homo ad bene faciendum. Vno modo exterius opperando; & ſic vnus homo aptat alium perſuadendo, vel comminando, *come nel caſo preſente:* Alio modo aliquid interius exhibendo, & ſic ſolus Deus aptat voluntatem, quia ſolus ipſam poteſt immutare ſecundum illud *Prouerb. 21.* Cor Regis in manu Domini, &c.

Si come lui ſolo doppo d'hauerla addattata nel bene può fermarla, che perſeueri in eſſo libro 3. cont. Gentiles cap. 55. Omne quod de ſe eſt variabile, ad hoc quod figatur in vno indiget auxilio alicuius mouentis immobilis. Homo autem variabilis eſt, & de malo in bonum, & de bono in malum. Ad hoc igitur vt immobiliter perſeueret in bono, indiget auxilio diuino.

Ilche anche dichiara 2. 2. qu. 137. art. 4. ad 3. Dicendum quod Homo per ſe poteſt cadere in peccatum, ſed non poteſt per ſe reſurgere à peccato ſine auxilio gratiæ. Et ideò ex hoc ipſo quod homo cadit in peccatum, quantum de ſe eſt, facit ſe in peccato perſeuerantem, niſi gratia Dei liberetur. Non autem ex hoc quod facit bonum, facit ſe perſeuerantem in bono, quia de ſe potens eſt peccare, & ideò ad hoc indiget auxilio gratiæ.

Ilche anche l'accenna nell'Opuſc. 2. cap. 110. & 113. doue apporta la differenza, che è trà Dio, e Noi. Che Deus non poteſt ſuam bonitatem amittere, *e lo proua breuemente cosi* Per hoc autem apparet, quod Deus nullo modo poteſt deficere à bonitate. Quod enim alicui eſſentialiter ineſt, non poteſt ei abeſſe. Sicut animal non poteſt ab homine remoueri. Neque igitur poſſibile eſt, non eſſe bonum. Et vt magis proprio vtamur exemplo: Sicut non poteſt eſſe, quod homo non ſit homo, ita non poteſt eſſe quod Deus non ſit perfectè bonus.

Hoc autem, *ſoggionge iui nell'altro capo citato*, ſolius Dei eſt. Nam eius bonitas, quæ eſt vltimus finis rerum, eſt ſua natura. Aliorum autem volentium natura non eſt vltimus finis voluntatis eorum: vnde poteſt in eis defectus voluntariæ actionis contingere per hoc, quod voluntas remanet fixa in proprio bono non tendendo vlterius in ſummum bonum, quod eſt vltimus finis. In omnibus igitur ſubſtantijs intellectualibus creatis poteſt defectus voluntariæ actionis contingere. *E però ſempre dobbiamo raccorrere al diuino aggiuto, poiche come egli ſteſſo auiſa Opuſc. 25. de ſortibus.* Sicut Deus ſua ſapientia vniuerſa in eſſe produxit, ita etiam eadem ſapientia conſeruat, & mouet, omnia dirigens in debitum finem. Secundum illud *Sap. 7.* Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. *Et indi ſoggionge*: Diuina autem diſpoſitione non ſolum mouet corpora, ſed etiam hominum

men-

mentes ad proprias actiones. A Deo enim illuminatur intellectus humanus ad veritatem cognoſcendam. Vnde Pſalmiſta petebat: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Eius etiam virtute mouentur hominum voluntates ad deſiderandum, & agendum, ſecundum illud Apoſtoli ad Phil. 2. Deus eſt, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Et quia intellectus & voluntas ſunt propria principia actuum humanorum, conſequens eſt, quod humani actus ſubdãtur diſpoſitioni diuinæ ſecũdũ illud Eſa. 26. Omnia opera noſtra operatus es nobis. *Piaccia al Signor Iddio che ponderiamo bene queſt'articolo del final giudicio, e conſideriamo come pur dice il S. M.* in fine expoſitionis Symboli *Apoſt. Opuſc. 5. la differenza che è* inter benè operari, & malè: quia bona opera ducunt ad vitam: mala autem trahunt ad mortem: Et propter hæc homines deberent frequenter reducere hæc ad memoriam: quia ex hoc prouocarentur ad bonum: & retraherentur à malo. Vnde & ſignanter in fine omnium articulorum ponitur, Vitam æternam *(ſicome nel fine di queſto Euangelio ſi mette* Propè eſt regnum Dei) vt ſemper magis memoriæ imprimatur.

Sicome anche ne fà mentione l'Euangeliſta S. Giouanni Apocal. c. 19. in quelle parole: Beati qui ad cœnam agni vocati ſunt, ideſt *ſoggionge S. Tomaſo qui*, à Deo, ſcilicet, quos Deus præordinauit ad hæc. Et Lucæ 13. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. Et nota quod non dicit prandium; ſed cœnam: quia prandium fuit ante cœnam: Cœna verò fuit poſt prandium. Poſt Cœnam verò non reſtat alia refectio; & ideò æterna refectio, quæ non finietur, nec alia ei ſuccedet. Prandium ergò gratiæ eſt in via: ſed Cœna gloriæ datur in patria. Et verè qui ibi erunt, beati erunt. Tum propter plenitudinem totius dulcedinis. Tum propter ſecuritatem inamiſſibilitatis. Gregorius ſuper hunc locum: Ad æternum conuiuium quiſquis ſemel intrauerit, vlterius non exibit.

Et indi ſoggionge: Hæc verba ſcilicet præmiſſa de exultatione Sanctorum, & nuptijs gloriæ tibi oſtenſa, vera ſunt, & ideò credenda ſunt, & per ea fideles excitari debent ad profectum meriti; vt obtineant tantum premium. *Eſopra.* Et dixit mihi Angelus, qui præmiſſa reuelauit, Scribe: *cioè ſoggionge pur anche il S. D.* in libro mentali, & etiam in libro materiali alijs in documentum excitatiuum. Abacuc 2. Scribe viſum, & explana, &c.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex Diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis. Euntes renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. *Matthæi cap.* 11.

. *Tomaſo in 3. Sent. Diſtinct. 35. Quæſt. 2. Art. 1. apporta queſta bella Dottrina.* Dicendum ad Primam Quæſtionem, quod Sapientia ſecundum nominis ſui vſum videtur importare eminentem quandam ſufficientiam in cognoſcendo, vt etiam in ſeipſo certitudinem habeat de magnis, & mirabilibus, quæ alijs ignota ſunt, & poſſit de omnibus iudicare, quia vnuſquiſque benè iudicat, quæ cognoſcit: poſſit etiam, & alios ordinare per dictam eminentiam Hæc autem ſufficientia in quibuſdam quidem eſt per ſtudium, & doctrinam adiuncta viuacitati intellectus: Et talis ſapientia à Philoſopho ponitur virtus intellectualis in 6. Ethic. Sed quibuſdam talis ſufficientia accidit per quamdam affinitatem ad diuina, ſicut dicit Dion. de Hierotheo in 2. c. de diu. Nom. quod patiendo diuina, didicit diuina. Et de talibus dicit Apoſtolus 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia. Et 1. Io. 2. Vnctio docet vos de omnibus. *Hor qual maggior affinità, & vnione con Dio di qnella di Chriſto?* Prima Vnio Hominis ad Deum eſt per Fidem, Spem, & Charitatem *1. 2. quæſt. 68. art. 1. ad 3. E S. Gregorio ſuper Cantica Canticor. cittato dal S. Dottore 1. parte quæſt. 8. Art. 3. nell'Argomento.* Sed contra. *Dice che* Deus communi modo eſt in omnibus rebus præſentia, potentia, & ſubſtantia; tamen familiari modo dicitur eſſe in aliquibus per gratiam. Et hoc modo *ſoggionge in c. Articuli l'Angelico* dicitur eſſe in Sanctis.

Ma ſicome auiſa 3. P. Q. 7. art. 9. 10. 11. & 12. Che Finis gratiæ eſt vnio Creaturæ rationalis ad Deum; non poteſt autem eſſe, neque intelligi maior vnio, quam quæ eſt in Perſona; *Per tanto* Gratia Chriſti Domini pertingit ad ſummam menſuram gratiæ. *Ilche ſuppoſto dobbiamo anche*

che dire ſoggionge Quæſt. 10. *art.* 4. *ad* 3. *Che* etiam idem dicendum eſt de perfectione diuinæ viſionis, *Che* non ſit aliquis gradus ſublimior. *Qual Maeſtro donque ſarà nel Mondo coſi colmo di gratia, e di ſapienza, che ci poſſa inſegnar coſe più mirabili, e più grandi di Chriſto S. N.?* Dicendum *proſegue il S. M.* 3. *p. q.* 7. *art.* 11. *ad* 3. quod minus per augmentum poteſt peruenire ad quantitatem maioris in ijs, quæ habent quantitatem vnius rationis; ſed gratia alterius hominis comparatur ad gratiam Chriſti Domini, ſicut virtus quædam particularis ad vniuerſalem. Vnde ſicut virtus ignis quantumcunque creſcat, non poteſt adæquare virtutem Solis; ita gratia alterius hominis, quantumcunque creſcat, non poteſt adæquare gratiam Chriſti. *Che però trattandoſi di chi foſſe il vero Meſſia, non giudicò più ſpediente S. Giouanni, che di mandar i ſuoi Diſcepoli dal medeſimo Meſſia, come Maeſtro Sourano, che glielo poteua inſegnar meglio d'ogn' altro, non ſolo per la ſua ſomma Sapienza: ma etiandio col teſtimonio de' ſuoi prodigioſi miracoli; ſicome l'accenna S. Hilario portato qui da S. Tom.* in catena aurea, Ioannes igitur non ſuæ, ſed Diſcipulorum ignorantiæ conſulit; vt enim ſcirent non alium à ſe prædicatum, ad opera eius intuenda diſcipulos ſuos miſit, vt auctoritatem dictis ſuis illius opera conferrent, nec Chriſtus alius expectaretur, quam cui teſtimonium opera præſtitiſſent. *Perche come inſegna S. Gio. Chriſoſtomo portato ini parimente dal S. M.* Teſtimonium, quod eſt à rebus credibilius eſt teſtimonio, quod eſt à verbis. *Perche all'hora ſoggionge* 2. 2. *Quæſt.* 2. *art.* 9. *ad* 2. Qui credit, habet ſufficiens inductiuum ad credendum, non ſolum ex teſtimonijs, *mà anche* ex miraculis, & quod plus eſt, ex inſtinctu Dei interius mouentis, &c. *Hor qui entrà la curioſità, ò ſia il pio deſiderio di ſapere in conſequenza, à che fine viene ordinata si eminente Miſſione? Mediante la grata attentione ſodisfarà l'Angelico all'intento. Attenti dunque, & incomincio.*

3. *P. quæſt.* 1. *art.* 2. *dimoſtra chiaramente il S. D. la neceſſità di queſta venuta di Chriſto al Mondo:* Dicendum, quod ad finem aliquem dicitur aliquid eſſe neceſſarium dupliciter. Vno modo, ſine quo aliquid eſſe non poteſt: ſicut cibus eſt neceſſarius ad conſeruationem humanæ vitæ. Alio modo, per quod melius, & conuenientius peruenitur ad finem, ſicut equus neceſſarius eſt ad iter. Primo modo, Deum incarnari non fuit neceſſarium ad reparationem humanæ naturæ. Deus enim per ſuam omnipotentem virtutem poterat humanam naturam multis alijs modis reparare. Secundo autem modo neceſſarium fuit Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationem. Vnde Auguſt. dicit 13. de Trinit. cap. 10. Verum etiam oſtendamus non alium modum poſſibilem Deo defuiſſe (cuius poteſtati omnia æqualiter ſubiacent) ſed ſanandæ miſeriæ noſtræ conuenientiorem alium modum non fuiſſe.

Et

Et hoc quidem conſiderari poteſt quantum ad promotionem Hominis in bonum. Primò quidem, quantum ad Fidem, quę magis certificatur ex hoc, quod ipſi Deo loquenti credit. Vnde Auguſtinus dicit 11. de Ciuit. Dei: Vt homo fidentius ambularet ad Veritatem, ipſa Veritas Dei Filius Homine aſſumpto cõſtituit, atq; fundauit Fidẽ.

La quale principalmente hà per ſuo oggetto primario l'iſteſſo Iddio artic. 8. de fide ad 2. *doue coſi parla;* Ad 2. dicendum, quod quamuis diuino teſtimonio ſit de omnibus credendum, tamen diuinum teſtimonium, ſicut & cognitio, primò, & principaliter eſt de ſeipſo, & conſequenter de alijs. Vnde Fides eſt principaliter dẽ Deo, & de alijs conſequenter. *E però à Dio ſpettaua più che ad ogn'altro queſta riuelatione.* De Charitate Art. 13. ad 6. Habitus reſpicit per ſe formalem rationem obiecti magis, *quàm* ipſum obiectum materiale; & ideò ſi formalis ratio obiecti tollatur, ſpecies habitus non manet: Formalis autem ratio obiecti in fide eſt Veritas Prima.

Et in 3. Diſt. 34. quæſt. 1. art. 1. *coſi dice*: Credibile non habet, quod ſit credibile, niſi ex Prima Veritate; & ideò Prima Veritas eſt formale in obiecto Fidei. *Che però liberamente dice Chriſto* Ioan. 5. verſ. 31. Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum verum eſt. Et verſ. 32. Alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio, quia verum eſt teſtimonium eius. Et verſ. 37. Et qui miſit me Pater; ipſe teſtimonium perhibet de me. Et 1. Ioan. 5. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt, Et Matth. 16. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt. Et ad Galat. 1. *doue parla S. Paolo dell'Euagelio, che egli predicaua, coſi dice*: Neque enim ego ab homine accepi illud, aut didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Et 2. ad Theſſalon. 2. Gratias agimus Deo, quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud non vt verbum Hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei.

E che coſi foſſe conueniente, Che Dio ci daſſe la Riuelatione di ſe ſteſſo per ſe ſteſſo, ne aſſegna la ragione l'Angelico 3. P. q. 1. a. 1. in c. Dicendum, quod vnicuique rei conueniens eſt illud, quod conuenit ſibi ſecundum rationem propriæ naturæ: ſicut homini conueniens eſt ratiocinari, quia hoc conuenit ſibi, in quantum eſt rationalis ſecundum naturam ſuam. Ipſa autem natura Dei eſt eſſentia bonitatis, vt per Dionyſ. 1. cap. de Diu. nom. Vnde ad rationem Dei, vtpotè ſummi boni pertinet, quod ſe creaturæ communicet. *Ilche ſegue in due modi, come dice il S. M.* Nelle diſputate Quæſtione De cognitione Primi hominis Art. 3. in c. *doue aſſegna due modi, con quali s'inſegna la Fede*: Fides eſt duplex ſcilicet ſecundum duplicem auditum, & duplicem locutionem.

tionem. Est enim Fides ex auditu, vt dicitur. Rom. 10. Est etiam quædam locutio exterior, qua Deus nobis per Prædicatores loquitur: quædam interior, qua loquitur nobis per inspirationem internam: dicitur autem ipsa interior inspiratio, loqutio quædam ad similitudinem exterioris locutionis. Sicut enim in exteriori locutione proferimus ad ipsum audientem non ipsam rem, quam notificare cupimus, sed signum illius rei scilicet vocem significatiuam, ita Deus interius inspirando non exhibet essentiam suam ad videndum, sed aliquod suæ essentiæ signum: quod est aliqua spiritualis similitudo suæ sapientiæ. Ab vtroque auditu, fides, in cordibus fidelium oritur. Per auditum interiorem in his, qui fidem primò acceperunt, & docuerunt. Sicut in Adam; in Apostolis, & Prophetis, Vnde in Psal. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Per secundum verò auditum Fides oritur in cordibus aliorum fidelium, qui per alios homines cognitionem fidei accipiunt.

E cosi chi crede la nostra Fede, deue esser molto contento, Perche come soggionge il S. M. 2. 2. Quæst. 2. art. 9. ad 3. Ille, qui credit, habet sufficiens inductiuum ad credendum; inducitur enim auctoritate diuinæ doctrinę miraculis cõfirmatę, & quod est plus interiori instinctu Dei inuitantis. Vnde non leuiter credit. *E cosi hauendo creduto Abramo à Dio* reputatum est ei ad iustitiam, *dice S. Paolo Rom. 4. doue per nostra maggior instruttione apporta l'Angelico questa Dottrina Lect.* 1. Cum autem dicitur triplex esse actus Fidei, scilicet credere Deum, Deo, & in Deum, posuit hunc actum, qui est credere Deo, qui est proprius actus Fidei, eius speciẽ demonstrans; nam credere in Deum demonstrat ordinem Fidei ad finem, qui est per charitatem; nam credere in Deum, est credendo in Deum ire, quod Charitas facit, & sic sequitur speciẽ Fidei. Credere autem Deum demonstrat Fidei materiam, secundum quod est virtus theologica habens Deum pro obiecto; Et ideo hic actus nondum attingit ad speciem Fidei; quia si aliquis credat Deum esse per naturalia signa, & rationes humanas nondum dicitur habere fidem, de qua loquimur, sed solum quando Ex hac ratione credit, quod est à Deo dictum, quod designatur per hoc, quod dicitur Credere Deo; Et ex hoc Fides specificatur, sicut & quilibet cognoscitiuus habitus speciem habet ex ratione, per quam assentit in aliquid.

Alla Fede segue la Speranza di goder Dio nostro vltimo Fine. E però prosegue il S. D. nell' Articolo 2. sopra citato della Questione prima della Parte 3. Anche con la venuta del Messia Spes maximè erigitur. Vnde Augustinus dicit 13. de Trinit. Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, quam vt demonstraretur nobis quantum diligeret nos Deus. Quid verò huius rei isto indicio manifestius, quam quod

Dei

Dei filius naturæ noſtræ dignatus eſt inire conſortium? *E che queſto conſortio ci apporti tale ſperanza, lo proua poi anche lib. 4. contra Gent. cap. 54. Perche* Per hoc quod Deus humanam naturam ſibi vnire voluit in Perſona, euidentiſſimè hominibus demonſtratur, quod homo per intellectum Deo poteſt vniri, ipſum immediatè videndo: Fuit igitur conuenientiſſimum, quod Deus humanam naturam aſſumeret ad ſpem hominis in beatitudinem ſubleuandam. Vnde poſt Incarnationem Chriſti homines cœperunt magis ad cœleſtem beatitudinem aſpirare: ſecundum quod ipſe dicit Ioannis 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant. *E concorda il Santo Maeſtro parimente in ciò con quello, che inſegna nel Compendio della Theologia* ad Fratrem Reginaldum *intitolato* Ordo dicendorum circa Fidem, *cioè cap.* 2. Fides autem prælibatio quædam eſt illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit. Vndè & Apoſtolus dicit, quod eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, quaſi iam in nobis ſperandas res, ideſt futuram beatitudinem per modum cuiuſdam inchoationis ſubſiſtere faciens. Illam autem beatificantem cognitionem, circa duo cognita Dominus conſiſtere docuit, ſcilicet circa diuinitatem Trinitatis, & Humanitatis Chriſti. Vnde ad Patrem loquens dicit. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum, &c. Circa hæc ergo duo tota fidei cognitio verſatur, ſcilicet circa diuinitatem Trinitatis, & Humanitatis Chriſti. Nec mirum, quia Chriſti humanitas via eſt, qua ad diuinitatem peruenitur. Oportet igitur, & in via viam cognoſcere, per quam poſſit, peruèniri ad finem. Et in Patria Dei gratiarum actio ſufficiens non eſſet, niſi viæ, per quam ſaluati ſunt cognitionem haberent. Hinc eſt quod Dominus diſcipulis dixit. Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis, &c. Opuſc. 2.

In'altra ragione di queſta Speranza ſi fonda anche in queſta Diuina Incarnatione ſupponendo la Dottrina che apporta 2. 2. q. 17. art. 1. Che Obiectum Spei eſt bonum futurum, arduum, poſſibile haberi. Poſſibile autem eſt aliquid nobis dupliciter. Vno modo per noſmetipſos, alio modo per alios, vt patet in 3. Ethic. In quantum ergo ſperamus aliquid, vt poſſibile nobis per diuinum auxilium, ſpes noſtra attingit ad ipſum Deum, cuius auxilio innititur. *Hor queſto aiuto s'appoggia si à Dio, come a cauſa principale in ordine alla Beatitudine noſtra, che è il Supremo Bene arduo: ma anche ai meriti di Chriſto, come definiſce il S. Concilio Trid. Seſſ. 6.* De Iuſtificatione *c. 7. doue dice, che* Iuſtificationis cauſæ ſunt, Finalis quidem Gloria Dei, & Chriſti, ac Vita æterna: Efficiens verò Miſericors Deus, qui gratuitò abluit, & ſanctificat, ſignans, & vngens Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ: Meritoria autem, dilectiſſimus Vnigenitus ſuus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Quanto

Quanto alla Speranza, che dobbiamo hauer in Dio, ſi proua con diuerſe Autorita della S. Scrittura: dichiamone alcune: Reg. 21. Dominus fortis meus, ſperabo in eum. Iſaiæ 26. Speraſtis in Domino Deo forti in perpetuum Thren. 3. Bonus Dominus ſperantibus in eum. Prouerb. 28. Turris fortiſſima nomen Domini, ad eam confugiet iuſtus & ſaluabitur. Pſal. 13. Ego autem in miſericordia tua ſperaui. Pſal. 30. In te Domine ſperaui. Pſal. 90. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum. *Il S. Conc. cittato Seſſ. 6. cap. 13.* De perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt, Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, &c. *ſe bene dice, che* Nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur, Tamen in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. *E quanto à Chriſto.* Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia, *E non ſolo meritoria, ma anche ſatisfattoria* in 3. Diſt. 7. Quæſt. 1. art. 2. in c. Quia enim Dei iuſtitia immutabilis eſt, cuius lege ſancitum eſt, vt nunquam peccatum ſine ſatisfactione dimittatur, decuit, vt in humana natura inſtitueret eum, qui ſatisfacere poſſet, quia hoc purus homo per ſe facere non poterat. *Ne meno* per Angelum, *Perche* non integra eſſet reparatio. Et ideò decuit, vt non Angelus, ſed ipſe Deus hominem repararet. *E cosi fatta queſta reparatione, Ecco la viua Speranza, che ogni vno può concepire di ſua ſalute* 2. 2. qu. 17. art. 7. Quia ad hoc, quod aliquis ſperet, requiritur, quod obiectum Spei proponatur ei, vt poſſibile. Obiectum autem Spei eſt vno modo beatitudo æterna, & alio modo diuinum auxilium. Et vtrunque eorum proponitur nobis per Fidem, per quam nobis innoteſcit, quod ad vitam æternam poſſumus peruenire, & quod ad hoc paratum eſt nobis diuinum auxilium, ſecundum illud Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator eſt.

E conferma la ragione di queſta Speranza il S. D. lib. 3. contra Gent. cap. 153. doue tratta, Quod diuina gratia cauſat in nobis Spem futuræ beatitudinis, *doue trà l'altre ragioni apporta queſta* num. 2. In omni diligente cauſatur deſiderium, vt vniatur ſuo dilecto, in quantum poſſibile eſt; Et hinc eſt, quòd delectabiliſſimum eſt amicis conuiuere. Si ergo per gratiam homo Dei dilector conſtituitur, oportet, quòd in eo cauſetur deſiderium vnionis ad Deum, ſecundum quòd poſſibile eſt. Fides autem, quæ cauſatur ex gratia, declarat poſſibilem eſſe vnionem hominis ad Deum ſecundum perfectam fruitionem, in qua beatitudo cõſiſtit. Huius igitur fruitionis deſiderii in homine conſequitur ex Dei dilectione: Sed deſiderium rei alicuius moleſtat animam deſiderantis, niſi adſit ſpes de conſequendo. Conueniens igitur fuit, vt in hominibus, in quibus Dei dilectio, & fides cauſatur per

gratiam, quòd etiam cauſetur Spes futuræ beatitudinis adipiſcendæ.

Alla Sparanza poi ſuccede la Carità, perche come dice il S. D. Art. 4. Sicut enim aliquis introducitur ad amandum Deum per hoc; quod timens ab ipſo puniri, ceſſat à peccato, vt Anguſt. dicit ſuper primam Canonicam Ioannis; ita etiam Spes introducit ad Charitatem, in quantum aliquis ſperans remunerari à Deo accenditur ad amandum Deum, & ſeruandum præcepta eius.

Ma queſta Carità maggiormente s'accende con la conſideratione della venuta del Meſſia; Che però ſoggionge il S.M. nel già cittato articolo ſecondo della prima queſtione della 3. par. Tertiò quantum ad Charitatem, quæ maximè per hoc excitatur. Vnde Auguſtinus dicit in lib. de catthechizandis rudibus. Quæ maior eſt cauſa Aduentus Domini, niſi vt oſtenderet Deus dilectionem ſuam in nobis? Et poſtea ſubdit: ſi amare pigebat, ſaltem redamare non pigeat, *Poiche come ſoggionge il S.D. in 3. ſent. Diſt. 27. art. 1. in c.* Amicitia addit duo, quorum vnum eſt ſocietas quædam amantis, & amati in amore, vt ſcilicet mutuò ſe diligere ſciant. Aliud eſt, vt ex electione operentur, non tantum ex paſſione. Vnde in genere huiuſmodi ponenda eſt Charitas, quæ eſt quædam amicitia hominis ad Deum; per quam homo Deum diligit, & Deus hominem: & ſic efficitur quædam aſſociatio hominis ad Deum. Vnde 1. Io. 1. Si in luce ambulamus, ſicut & ipſe in luce eſt, ſocietatem habemus ad inuicem. *E dice il Filoſofo 8. Ethic. c. 3. Che* Amicitia eſt redamantium.

E ſe mi dirà alcuno, come può eſſer queſt'amicitia trà Dio, e Noi, che ſiamo tanto inferiori? Riſponde iui in 3. diſt. 29. quæſt. 1. art. 1. ad 2. Dicendum, quod amicitia non conſiſtit in æqualitate æquiparantiæ ſolum: quia poteſt eſſe ad ſuperiores, inferiores, & æquales: ſed conſiſtit in æqualitate proportionis, quæ quidem æqualitas diuerſitatem non refugit quantitatis: ſicut eadem proportio, ſcilicet, ſexquialtera eſt trium ad duo, & ſex ad quatuor, quamuis ſit quantitatis exceſſus.

Eſſempio di tal affinità apporta il S. M. lib. 4. contra Gent. cap. 42. doue tratta Quod Aſſumptio humanæ naturæ maximè competebat Verbo Dei, *E trà l'altre ragioni apporta queſta, che fà più al mio intento n. 2.* Affinitas quædam videtur maximè Verbi ad humanam naturam. Homo enim propriam ſpeciem ſortitur, ſecundum quod rationalis eſt: Verbum autem rationi affine eſt: vnde apud Græcos Logos, verbum, & ratio dicitur. Conuenientiſſimè igitur verbum rationali naturæ vnitum eſt: nam, & propter affinitatem prædictam diuina ſcriptura nomen Imaginis, & Verbo attribuit, & homini, Dicit enim Apoſtolus ad Coloſ. 1. de Verbo, quod eſt imago inuiſibilis Dei. Et idem de homine dicit 1. Cor. 2. quod vir eſt imago Dei.

Et

Et 1. par. qu. 12. art. 1. ad 4. apporta anche vn'altra proportione molto à proposito in materia de visione Dei *dicendo, che* Quælibet habitudo vnius ad alterum proportio dicitur. Et sic potest esse proportio creaturæ ad Deum, in quantum se habet ad ipsum, vt effectus ad causam: & vt potentia ad actum. Et secundum hoc intellectus creatus proportionatus esse potest ad cognoscendum Deum.

E così anche per goderlo soggionge iui Quæst. 19. art. 5. ad 3. Dicendum, quod cum Deus velit effectus esse propter causas; quicumque effectus præsupponunt aliquem alium effectũ, non dependent ex sola Dei voluntate, sed etiam ex aliquo alio; sed primi effectus ex sola diuina voluntate dependent, vtpote si dicamus, quod Deus voluit hominem habere manus, vt deseruirent intellectui, operando diuersa opera; & voluit eum habere intellectum, ad hoc, quod esset homo: & voluit eum esse hominem, vt frueretur ipso, &c. *precedenti però li effetti della Fede, Speranza, Carità, come dispositioni antecedenti alla diuina fruitione ogn'vna di esse Virtù al suo proprio modo* quæst. vnica de virtutibus Card. art. 3. *doue così dice il S. D.* Cum Virtus sit dispositio perfecti ad optimum, vt dicitur in 7. Ethic. Illa Virtus perfectior, & maior est, quæ ad maius bonum ordinatur. Et secundum hoc Virtutes Theologicæ, quarum obiectum est Deus, sunt alijs potiores. Inter quas tamen Charitas est maior, quia propinquius Deo coniungit; Et Spes maior, quam Fides, quia scilicet Spes aliqualiter mouet affectum in Deum, Fides autem facit Deum in homine esse per modum cognitionis.

E queste Virtù particolarmente ci vengono infuse per i meriti di Giesù Christo, dice il S. Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. doue dice: In ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur, Fidem, Spem, & Charitatem.

Ma non si ferma ancora qui il fine della venuta del Messia, e però soggionge nel medesimo Articolo citato 2. della 3. P. Quæst. 1. Quartò quantum ad rectam operationem, in qua nobis exemplum se præbuit. Vnde August. dicit in quodam Sermone De Natiuitate Domini: Homo sequendus non erat, qui videri poterat: Deus sequendus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem Homo sequeretur. Deus factus est Homo.

E così in quanto Homo habbiamo l'essempio del suo operar virtuoso, essendo certo, che in Christo in quanto homo furono tutte le virtù, sicome lo proua il Santo Dottore 3. P. Quæst. 7. art. 2. Prima nell'Argomento Sed contra super illud Psal. 1. Sed in lege Domini voluntas eius, *doue* dicit Glos. Hic ostenditur Christus plenus omni bono: sed bona qualitas mentis est Virtus. Ergo Christus fuit plenus omni virtute.

Indi apporta la propria ragione nel corpo dell'articolo: Dicend. quod ſicut in ſecunda Parte dictum eſt, Sicut gratia reſpicit eſſentiam animæ, ita virtus reſpicit potentiam eius: vnde oportet, quod ſicut potentiæ animæ deriuantur ab eius eſſentia, ita virtutes ſint quædam deriuationes gratiæ. Quantò autem aliquod principium eſt perfectius, tantò magis imprimit ſuos effectus. Vnde cum gratia Chriſti fuerit perfectiſſima, conſequens eſt, quod ex ipſa proceſſerint Virtutes ad perficiendum ſingulas potentias animæ, quantum ad omnes animæ actus. Et ita Chriſtus habuit omnes virtutes.

Con le quali hà dato anche eſſempio à noi d'immitarlo, come lo proua poi l'Angelico lib. 4. contra Gentiles cap. 54. nu. 6. con tal diſcorſo. Manifeſtum eſt, quod Beatitudo, virtutis eſt præmium. Oportet igitur ad Beatitudinem tendentes ſecundum virtutem diſponi: ad virtutem autem, & verbis, & exemplis prouocamur. Exempla autem alicuius, & verba tantò efficacius ad virtutem inducunt in quantum de eo firmior bonitatis habetur opinio. De nullo autem homine puro infallibilis opinio bonitatis haberi poterat: quia etiam Sanctiſſimi Viri in aliquibus inueniuntur defeciſſe: vnde neceſſarium fuit Homini ad hoc, quod in virtute firmaretur, quod à Deo humanato doctrinam, & exempla virtutis acciperet: propter quod ipſe Dominus dicit Io. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis.

Reſta la Quinta Conſideratione per la

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo Opuſc. XIII. doue tratta de differentia diuini verbi, & humani, *dicè, che* in qualibet re intellectuali, cui competit intelligere, neceſſe eſt ponere verbum. De ratione enim intelligendi eſt: quod intellectus intelligendo aliquid formet. Talis autem formatio dicitur verbum. Natura verò intellectualis eſt natura Humana, Angelica, & Diuina. Et ideò eſt verbum humanum. Vnde in Pſal. Dixit inſipiens in corde ſuo: Nón eſt Deus, &c. Eſt, & verbum Angeli. Zacha. 1. Dixit Angelus, &c. Eſt, & verbum diuinum. Geneſ. 1. Dixit Deus, &c. de quo Ioan. 1. In principio erat verbum, &c. *Notate però ſoggionge iui il S.D. la differenza, che è trà il Verbo noſtro, & il verbo diuino:* quia noſtrum eſt imperfectum: ſed Verbum Dei eſt perfectiſſimum: quia nos non poſſumus omnia, quæ ſunt in anima noſtra vno verbo exprimere, Et ideò oportet, quòd ſint plura verba imperfecta, per quæ diuiſim exprimamus omnia, quæ in noſtra ſcientia ſunt. In Deo autem non eſt ſic. Cum enim ipſe intelligat ſeipſum: & quicquid intelligit per eſſentiam ſuam intelligat: vno actu

vnicum,

vnicum verbum diuinum expreſſum eſt totius, quod in Deo eſt: non ſolum Patris: ſed etiam Creaturarum: aliter eſſet imperfectum. Vnde dicit Auguſtinus. Si aliquid minus eſſet in verbo, quàm in ſcientia continetur dicentis, eſſet verbum imperfectum: Sed conſtat, quòd diuinum verbum eſt perfectiſſimum: Ergo eſt tantum vnum: vnde Iob 33. ſemel loquitur Deus. *A noi dunque tocca parlar più, e più volte, e così doppo vn Diſcorſo conuien farne vn' altro, e far molte diſtintioni nel medeſimo ſoggetto della Predica. Hora dunque veniamo alla quinta conſideratione accennata dal Santo Dottore di queſta diuina miſſione.*

Prima 2. *Queſt.* 84. *art.* 6. *ad* 3. *Dice, che*, Primum, quod occurrit homini diſcretionem habenti, eſt quod de ſeipſo cogitet, ad quem alia ordinet ſicut ad Finem, finis enim eſt prior in intentione. *E queſto fine non è altro, che Dio. E per tal fine Dio s'è fatto huomo, perche l'huomo douenti Dio per participatione: che però ſoggionge l'Angelico per vltimo nel'citato art.* 2. *della* 3. *Parte.* Quintò, quantum ad plenam participationem Diuinitatis; quæ vera eſt hominis beatitudo, & finis humanæ vitæ. Et hoc collatum eſt nobis per Chriſti humanitatem: dicit enim Auguſtinus in quodam Sermone De Natiuitate Domini. Factus eſt Deus homo, vt Homo fieret Deus. Et lib. 22. de Ciuitate Dei cap. vltimo *ſoggionge*: Præmium Virtutis erit ipſe, qui virtutem dedit, qui ſeipſum, quo nihil maius eſſe poteſt: promiſit. Et ſuper pſal. 112. Erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium, ipſe erit bonum omnium, à quo omnia in ſuo genere facta ſunt bona.

E S. Tomaſo vn' altra volta 2. 2. *quæſt.* 17. *art.* 2. Non enim minus aliquid ab eo ſperandum eſt, quam ſit ipſe. Et art. 5. *conclude*: Et ſic patet, quod Spei, in quantum eſt Virtus, principale eius obiectũ eſt Deus. *Et aſſegna la ragione propria iui* dicto art. 2. *Perche dice* Oportet effectum eſſe cauſæ proportionatum, & ideò bonum, quod propriè, & principaliter à Deo ſperare debemus, eſt bonum infinitum, quod proportionatur Virtuti Dei adiuuantis: Nam infinitæ Virtutis eſt proprium, ad infinitum bonum perducere. Hoc autem bonum eſt vita æterna, quæ in fruitione ipſius Dei conſiſtit.

Et 1. 2. *quæſt.* 2. *art.* 8. *apporta anche queſt' altra ragione*: Impoſſibile eſt Beatitudinem hominis eſſe in aliquo creato; Beatitudo enim eſt bonum perfectum, quod totaliter quietat appetitum; alioquin non eſſet vltimus finis, ſi adhuc reſtaret aliquid appetendum. Obiectum autem voluntatis, quæ eſt appetitus humanus, eſt vniuerſale bonum, ſicut obiectum intellectus eſt vniuerſale verum. Ex quo patet, quod nihil poteſt quietare voluntatem hominis, niſi bonum vniuerſale, quod non inuenitur in aliquo creato, ſed ſolum in Deo, quia omnis creatura habet bonitatem participatam: Vnde ſolus Deus voluntatem

tem hominis implere poteſt, ſecundum, quod dicitur in Pſal. 102. Qui replet in bonis deſiderium. *E cosi conclude, che*, In ſolo igitur Deo beatitudo hominis conſiſtit.

Ma mi dira alcuno: Petitio eſt Spei interpretatiua: ſed homo petit non ſolū à Deo Beatitudinem, ſed etiam alia bona temporalia, & ſpiritualia: ergo obiectum proprium Spei non eſt ſola Beatitudo.

Riſponde li S. M. dicta quæſt. 17. art. 2. ad 2. Dicendum, quod quęcumque aliab ona non debemus à Deo petere, niſi in ordine ad Beatitudinem æternam. Vnde, & Spes principaliter quidem reſpicit Beatitudinem æternam. Alia verò, quæ petuntur à Deo, reſpicit ſecundariò in ordine ad Beatitudinẽ æternam. Sicut, & Fides principaliter quidem reſpicit Deum, & ſecundariò reſpicit ea, quæ ad Deum ordinantur, vt ſupra dictum eſt, quæſt. 1. art. 1. & 6.

Et quæſt. vnica de Spe, art. 1. in corpore: Sicut ergo ea, quæ creduntur materialiter, omnia referuntur ad Deum, quamuis aliqua eorum ſint creata, ſicut quod credimus omnes creaturas eſſe à Deo, & Corpus Chriſti eſſe à Filio Dei aſſumptum in vnitate Perſonæ: ita etiam omnia, quæ materialiter ſperantur, ordinantur in vnum finale ſperatum, quod eſt fruitio Dei.

Hor mi diranno, chi sà ſe ogn' vno di noi, che è qui arriuerà à queſta beata fruitione, e le ſarà profitteuole la venuta del Meſſia, ſicome diceua S. Paolo di ſe ſteſſo Ad Gal. 2. Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me *? Poiche come dice l'Angelico iui* quæſt. 20. art. 2. neceſſe eſt, quod ab exiſtimatione in vniuerſali ad appetitum rei particularis perueniatur mediante exiſtimatione particulari, vt dicitur in 3. de Anima.

Riſpondo con S. Tomaſo 3. P. Quæſt. 1. art. 4. ad 3. Dicendum, quod ſicut Chriſoſt. ibidem dicit. Verba illa dicebar Apoſtolus; non quaſi diminuere volens ampliſſima, & per orbem terrarum diffuſa Chriſti munera: ſed vt præ omnibus ſe ſolum indicaret obnoxium. Quid enim intereſt ſi, & alijs præſtitit, cum quæ tibi ſunt præſtita, ita integra ſunt, & ita perfecta, quaſi nulli alij ex his aliquid fuerit præſtitum? Ex hoc ergo quod aliquis debet reputare ſibi beneficia Chriſti præſtita eſſe, non debet exiſtimare, quod non ſint alijs præſtita? Et ideò non excluditur, quin principalius venerit abolere peccatum totius naturę, quam peccatum vnius Perſonę: ſed illud peccatum naturę ità perfectè curatum eſt in vnoquoque, ac ſi in vnoſolo eſſet curatum: & ideò propter vnionem charitatis, totum quod omnibus eſt impenſum, vnuſquiſque debet ſibi adſcribere.

Cosi anche parla S. Bernardo Serm. 1. de Epiphania: Quanti te fecit Deus ex his, quæ pro te factus eſt, agnoſce, vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate, quantò enim minorem ſe fecit in humilitate,

tantò

tantò maiorem ſe exhibuit in bonitate. Et quantò pro me vilior, tantò mihi charior.

Mi dirà quello. Haueuano bel dire queſti due Santi tali parole, Eſſendo coſi Santi, e giuſti: ma io pouero pèccatore, come poſſo dirlo, e concepire tal ſperanza di me ſteſſo?

Riſponde S. Tomaſo 2. 2. *quæſt.* 18. *art.* 4. *in reſpon. ad* 2. Spes non innititur principaliter gratiæ iam habitæ, ſed diuinæ omnipotentiæ, & miſericordiæ, per quam etiam, qui gratiam non habet, eam conſequi poteſt, vt ſic ad vitam æternam perueniat. De omnipotentia autem Dei, & miſericordia eius certus eſt, quicumque fidem habet.

E di queſta Speranza ne fa mentione il S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. doue deſcriuendo il modo, col quale i peccatori s'apparecchiano alla loro giuſtificatione dice: Dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, &c.

Si che ogni peccatore può ſperar nella diuina miſericordia. Che però S. Ambrogio Homil. ſuper cap. 2. *Lucæ ſopra quelle parole*: Et prophetauit dicens, Benedictus, &c. *coſi eſſaggera*: Vide quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis. Non ſolum ablata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit: Ille dudum mutus prophetat. Hæc enim gratia Dei maxima, quod eum, quem negauerat, confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conſcius delictorem præmia diuina deſperet. Nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.

Et anche ſe lo ſai pregare ſoggionge S. Agoſtino in Enchiridion cap. 107. *doue dice*: Nullus fit ſaluus, niſi quem Deus voluerit, ſaluare: Et ideò rogandus eſt, vt velit: quia neceſſe eſt fieri, ſi velit.

Laonde S. Proſpero lib. 2. *de Vocatione Gentium cap.* 36. Quamuis, *dice*, quod ſtatuit Deus, nulla poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propoſitum liberi arbitrij deuotio relaxatur, cum implendæ voluntatis Dei, ita ſit prædeſtinatus effectus: vt per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum, & qui bona geſſerint non ſolum ſecundum propoſitum Dei, ſed etiam ſecundum ſua merita coronentur.

Può dunque ogn'vno, che raccorre à Dio in particolare concepir di eſſo, e della ſua miſericordia vera ſperanza di ſua ſalute 2. 2. *quæſt.* 20. *art.* 1. Omnis motus appetitiuus conformiter ſe habens intellectui falſo, eſt ſecundũ ſe malus, & peccatum. Circa Deum autem vera exiſtimatio intellectus eſt, quòd ex ipſo prouenit hominum ſalus, & venia peccatoribu datur, ſecundum illud Ezechiel. 18. Nolo mortem peccatoris, ſed vt

conuerta-

conuertatur, & viuat, Falsa autem opinio est, quod peccatori pœnitenti veniam deneget, vel quod peccatores ad se non conuertat per gratiam iustificantem. Et ideò, sicut motus spei, qui conformiter se habet ad existimationem veram, est laudabilis, & virtuosus: ita oppositus motus desperationis, qui se habet conformiter existimationi falsæ de Deo, est vitiosus, & peccatum.

Il quale segue quando il Peccatore non vuole accostarsi à Dio, ma si parte da lui con tal'imaginatione falsa, che non sia più misericordia per esso. 1. 2. quæst. 40. art. 4. doue dice: Obiectum spei, quod est bonum arduum, habet quidem rationem attractiui, prout consideratur cum possibilitate adipiscendi; & sic tendit in ipsum Spes, quæ importat quemdam accessum. Sed secundum quod consideratur cum impossibilitate obtinendi, habet rationem repulsiui, quia vt dicitur in 3. Ethic. Cum ventum fuerit ad aliquid impossibile, tunc Homines discedunt: & sic respicit hoc obiectum desperatio. Vnde importat motum cuiusdam recessus, & propter hoc contrariatur spei, sicut recessus accessui.

Ma sento vno, che mi dice; Se Dio non vuole, che mi disperi, e non vuole la morte del Peccatore: dunque posso ben continuar la mia Mala vita, e sperar anche al fine di essa di saluarmi?

Risponde S. Tomaso 2. 2. q. 21. a. 2. in questo modo: Sicut falsum est, quod Deus pœnitentibus nõ indulgeat, vel quod peccantes ad pœnitentiam nõ cõuertat; ita falsũ est, quod in peccato perseuerantibus veniã concedat, & à bono cessantibus opere gloriam largiatur; cui existimationi conformiter se habet præsumptionis motus. Et ideò præsumptio est peccatum, minùs tamen, quàm desperatio; quoniam magis proprium est Deo misereri, & parcere, quam punire, propter eius infinitam bonitatem: illud enim secundum se Deo conuenit: hoc autem secundum nostra peccata.

Ma dice S. Tomaso iui quæst. 19. art. 10. ad respon. ad 2. Anzi chi spera di saluarsi, tanto più fuge i peccati: Perche Crescente spe, crescit timor filialis, quia quanto aliquis certius expectat alicuius boni consecutionem per auxilium alterius, tantò magis veretur eum offendere, vel ab eo separari.

Et art. 5. ad 2. Timor seruilis, & timor filialis non habent eamdem habitudinem ad Deum; nam timor seruilis respicit Deum, sicut principium inflictiuum pœnarum; Timor autem filialis respicit Deum, non sicut principium actiuum pœnæ, sed potius vt terminum, à quo refugit separari per culpam. *Che però diceua S. Paolo ad Rom. 8.* Quis nos separabit à charitate Christi. Certus sum, quia neque mors, neque vita, &c. neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. *Sicche chi pensa saluarsi, deue totalmente fermarsi in Dio, e con l'intellet-*

to, e

to, e con la volontà. Poiche come dice il S.D. Opusc. 2. cap. 149. Consummatio hominis est in adeptione vltimi finis, qui est perfecta beatitudo, siuè fœlicitas, quæ consistit in diuina visione: visionem autem diuinam consequitur immutabilitas intellectus, & voluntatis. Intellectus quidem: quia cum peruentum fuerit ad ipsam causam, in qua omnia cognosci possunt, inquisitio intellectus cessat. Mobilitas autem voluntatis cessat, quia adepto fine vltimo, in quo est plenitudo totius bonitatis, nihil est, quod desiderandum restet. Ex hoc autem voluntas mutatur: quia desiderat aliquid, quod nondum habet. Manifestum est igitur, quod vltima consummatio hominis in perfecta quietatione, vel in immobilitate consistit: & quantum ad intellectum: & quantum ad voluntatem.

Ilche anche milita in noi Viatori, perche come soggionge 2. 2. *quæst.* 24. *art.* 8. *in c.* Ex parte diligentis, tunc est charitas perfecta, quando diligit quantum potest, ita quòd hab tualiter homo totum cor suum ponat in Deo; ita scilicet, quod nihil cogitet, vel velit, quod diuinæ dilectioni sit contrarium: & hæc perfectio est communis omnibus charitatem habentibus.

Et indi per maggior confermatione di tutto ciò soggionge Opusc. 18. De perfectioue vitæ spiritualis cap. vi. *sopra quelle parole dell'Apostolo* sequor autem, si quo modo comprehendam. Et postmodum subdit quartò. Quicumq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Ex quibus verbis manifestè accipit, quod etsi comprehensorum perfectio non sit nobis possibilis in hac vita, æmulari tamen debemus: vt in similitudinem perfectionis illius, quantum possibile est nos trahamus: & in hoc perfectio huius vitæ consistit, ad quam per consilia inuitamur. Manifestum namque est, quod humanum cor tantò intensius in aliquid vnum fertur, quantò magis à multis reuocatur. Sic igitur tantò perfectius animus hominis ad Deum diligendum fertur, quantò magis ab affectu temporalium reuocatur. Vnde Augustinus in lib. 83. quæst. dicit: quod venenum charitatis, est spes adipiscendarum, aut retinendarum temporalium rerum. Augmentum verò eius est cupiditatis diminutio, perfectio verò nulla cupiditas. Omnia igitur consilia, quibus ad perfectionem inuitamur, ad hoc pertinent: vt animus hominis ab affectu rerum temporalium auertatur: vt sic liberius mens tendat in Deum, contemplando, amando, & eius voluntatem implendo, *Ilche piaccia à S. D. M. di concederci a tutti. Amen.*

✠✠✠✠
✠✠✠

DOMINICA III. ADVENTVS.

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Ego Vox clamantis in deſerto. *Ioannis Cap.* 1.

Et P. 2. *quæſt.* 109. *art.* 8. Cum enim homo non habet cor ſuum firmatum in Deo, vt pro nullo bono conſequendo, vel malo vitando ab eo ſeparari vellet: occurrunt multa, propter quæ conſequenda vel vitanda, homo recedit à Deo, contemnendo præcepta ipſius: & ita peccat mortaliter; præcipuè quia in repentinis homo operatur ſecundum finem præconceptum, & ſecundum habitum præexiſtentem, vt Philoſophus dicit in 3. Ethic. quamuis ex præmeditatione rationis homo poſſit aliquid agere præter ordinem finis præconcepti, & præter inclinationem habitus. Sed quia homo non poteſt eſſe ſemper in tali præmeditatione, non poteſt contingere vt diù permaneat quin operetur ſecundum conuenientiam voluntatis deordinatæ à Deo; niſi citò per gratiam ad debitum ordinem reparetur.

Felice dunque quello, che mediante la Penitenza interiore accompagnata dalla Diuina gratia ſi è rimeſſo in buon ſtato, & in buon'ordine di ſua ſalute, & in eſſo ſaprà conſeruarſi; poichè come dice S. Agoſtino lib. de Pœn. Dolor in pœnitentia continuè cuſtodiatur.

E ſe mi diranno, come mai ciò può eſſer poſſibile, &c. Riſponde S. Tomaſo 3 P. quæſt. 84. art. 9. in c.

Dicendum, quod pœnitere dicitur dupliciter, ſecundum actum & ſecundum habitum: Actu quidem impoſſibile eſt quod homo continuè

tinuè pœniteat, quia neceſſe eſt, quod actus pœnitentis ſiuè interior, ſiuè exterior interpoletur ad minus ſomno, & alijs, quæ ad neceſſitatem corporis pertinent.

Alio modo dicitur pœnitere ſecundum habitum, & ſic oportet quod homo continuè pœniteat; & quantum ad hoc quòd homo nunquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis diſpoſitio pœnitentis tollatur; Et quantum ad hoc quod debet homo in propoſito gerere, quod ſemper ſibi præterita peccata diſpliceant.

Hora dunque ritrouandoſi l'huomo coſi ben ordinato, & in gratia, mi diranno Infuſa gratia, ceſſat gratiæ priuatio, *e coſi il Peccatore è ritornato all' amicitia di Dio, à che dunque piu ſi richiede la Penitenza eſteriore?*

Queſto è il Punto della

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo Opuſc. 70. dice che ſunt quædam intelligibiles veritates, ad quas ſe extendit efficacia intellectus agentis: ſicut principia, quæ naturaliter homo cognoſcit, & ea, quæ ab his deducuntur: Et ad hæc cognoſcenda non requiritur noua lux intelligibilis; ſed ſufficit lumen naturaliter inditum. Quædam verò ſunt, ad quæ principia prædicta non ſe extendunt: ſicut ſunt ea, quæ ſunt fidei, & rationis facultatem excedentia, vt futura contingentia, & alia huiuſmodi: Et hæc cognoſcere mens humana non poteſt, niſi diuinitus nouo lumine illuſtretur ſuperaddito lumini naturali: *Che però ſoggionge il Santo 1. 2. qu. 109. art. 1. ad 2. tanto dell'vno, come dell'altro* à Deo illuminamur & ad cognoſcendum ea, quæ pertinent ad naturalem cognitionem, & ad illa, quæ naturalem cognitionem excedunt. *Hora dunque come ci perſuade quella Diuina Sapienza la Virtù della Penitenza?*

Riſponde direttamente il S. D. in 2. Sent. Diſt. 42. Quæſt. 1. art. 2. ad 5. Dicendum, quod in peccante ſunt duo defectus: vnus qui eſt in ipſo actu peccati, ſecundum quod aliquis limites legis diuinæ, & rationis rectæ transgreditur: alius eſt in ipſo peccante, ſcilicet priuatio virtutis ex priori defectu actus inducta. Quamuis autem cum aliquis gratiam recuperat, ſecundus defectus tollatur: non tamen ex toto primus ſublatus eſt; quia oportet, vt quantum voluntati ſuæ obediuit præter legem Dei, tantum etiam in contrarium recompenſet: vt ſic iuſtitiæ ſeruetur æqualitas: & ideò poſt gratiam recuperatam iungitur ſatisfactio, & eſt adhuc homo reus temporalis pœnæ *& in 4. diſt. 21. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 3.* Culpa non poteſt ordinari niſi per pœnam, quia Deus nihil inordinatum relinquit, ideò nunquam culpam ſine pœna dimittit.

Mi

Mi diranno: S. Agostino dice pure in lib. de pœnitentia: Nunquam Dominus aliquem sanauit, quem omninò non liberauerit: totum enim hominem sanauit in Sabbatho; quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni contagione curauit.

Risponde il S. M. 3. P. quæst. 86. art. 5. ad 1. Dicendum, quod Deus totum hominem perfectè curat, sed quandoque subitò, sicut Socrum Petri statim restituit perfectæ sanitati, itaut surgens ministraret illis, vt legitur Lucæ 4. Quandoque autem successiuè, sicut dicitur de cœco illuminato Marci 8. Et ita etiam spiritualiter, quandoque tanta commotione conuertit cor hominis; vt subitò perfectè consequatur sanitatem spiritualem non solum remissa culpa, sed sublatis omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena Lucæ 7. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem successiuè tollit peccati reliquias.

Diranno: Peccatum remouetur per hoc, quod homo ad virtutem redit: sed virtuoso non debetur pœna, sed magis præmium: ergo remoto peccato, non remanet reatus pœnæ.

Di più, Pœnæ sunt medicinæ, vt dicitur in 2. Ethic. sed postquam aliquis iam est ab infirmitate curatus, non adhibetur sibi medicina, ergo remoto peccato, non remanet debitum pœnæ.

Risponde il S. M. 1. 2. quæst. 87. art. 6. doue in termini terminanti propone il dubio: Vtrum reatus pœnæ remaneat post peccatum.

Prima nell' Argomento : Sed contra *con l' essempio di Dauid* 2. Reg. 12. Quod Dauid dixit ad Nathan: Peccaui Domino: dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Verumtamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius, qui natus est tibi, morte morietur. Punitur ergo aliquis à Deo postquam ei peccatum dimittitur, & sic reatus pœnæ remanet peccato remoto.

Mà sentiamo hora la dottrina del corpo dell' Articolo. Dicendum, quod in peccato duo possunt considerari, scilicet actus culpæ, & macula sequens. Planum est autem, quod cessante actu peccati, remanet reatus in omnibus peccatis actualibus. Actus enim peccati facit hominem reum pœnæ, in quantum transgreditur ordinem diuinæ iustitiæ, ad quem non redit, nisi per quandam recompensationem pœnæ, quæ ad æqualitatem iustitiæ reducit, vt scilicet, qui plus voluntati suæ indulsit, quam debuit, contra mandatum Dei agens, secundum ordinem diuinæ iustitiæ aliquid contra illud, quod vellet, spontaneus, vel inuitus patiatur: quod etiam in iniurijs hominibus factis obseruatur, vt per recumpensationem pœnæ reintegretur æqualitas iustitiæ: vnde patet, quod cessante actu peccati, vel iniuriæ illatæ, adhuc remanet debitum pœnæ.

Sed

Sed ſi loquamur de ablatione peccati, quantum ad maculam, ſic manifeſtum eſt, quod macula peccati ab anima auferri nō poteſt, niſi per hoc, quòd anima Deo coniungitur per cuius diſtantiā detrimentū proprij nitoris incurrebat, quod eſt macula, vt ſupra dictum eſt. Coniungitur autem Deo homo per voluntatem. Vnde macula peccati ab homine tolli nō poteſt, niſi voluntas hominis ordinem diuinæ iuſtitiæ acceptet, vt ſcilicet, vel ipſe ſibi pœnam ſpontaneus aſſumat in recompenſationem culpæ præteritæ, vel etiam à Deo illatam patienter ſuſtineat; vtroque enim modo pœna rationem ſatisfactionis habet.

Pœna autem ſatisfactoria diminuit aliquid de ratione pœnæ: eſt enim de ratione pœnæ, quod ſit contra voluntatem: Pœna autem ſatisfactoria etſi ſecundum abſolutam cōſiderationem ſit contra voluntatem, non tamen, vt nunc, & per hoc eſt voluntaria; vnde ſimpliciter eſt voluntaria, ſecundum quid autem inuoluntaria: ſicut patet ex his, quæ ſupra de voluntario, & inuoluntario dicta ſunt. Dicendum eſt ergo, quod remota macula culpæ, poteſt quidem remanere reatus nou pœnæ ſimpliciter, ſed ſatisfactoriæ culpæ, poteſt quidem remanere reatus non pœnæ ſimpliciter, ſed ſatisfactoriæ.

Riſponde poi alli due Argomenti.

Al primo: Dicendum, quod virtuoſo non debetur pœna ſimpliciter, poteſt tamen ſibi deberi pœna, vt ſatisfactoria: quia hoc ipſum ad virtutem pertinet, vt ſatisfuciat pro his, in quibus offendit, vel Deum, vel hominem.

All'altro: Dicendum, quod remota macula ſanatum eſt vulnus peccati quantum ad voluntatem. Requiritur autem adhuc pœna ad ſanationē aliarum virtutum animæ, quæ per peccatum precedens deordinatæ fuerunt, vt ſcilicet per contraria curentur. Requiritur etiam ad reſtituendum æqualitatem iuſtitiæ, & ad amouendum ſcandalum aliorum, vt ædificentur in pœna, qui ſunt ſcandalizati culpa, vt patet exemplo de Dauid inducto.

Notiſi per tanto ſoggionge in 2. diſt. 42. art. 2. in corp. che Non defectus quilibet ad pœnam obligat. Sunt enim defectus quidam inuoluntarij magis miſericordiam, quam iram prouocantes: ſed illi ſolum defectus, qui ex actibus voluntatis relinquuntur, pœnam merentur in eo, qui voluntarie in defectum inducitur: vnde etiam tranſeunte actu remaneat defectus: oportet, quod etiam reatus maneat poſt actum.

Ma in bel dubio. S. Tomaſo in 4. ſent. diſt. 14. quæſt. 2. art. 1. inſegna, che Pœnitentia iam perfecta quantum ad omnes ſui partes, & reliquiæ etiam tolluntur peccati actualis.

Et 3. P. quæſt. 84. art. 8. *apporta queſta diſtintione*: Dicendum, quod duplex eſt pœnitentia: ſcilicet interior, & exterior: interior quidem

Pœnitentia

Pœnitentia eſt, qua quis dolet de peccato commiſſo, & talis pœnitentia debet durare vſque ad finẽ vitæ; ſemper enim debet homini diſplicere, quod peccauit: ſi enim ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & fructum perderet: diſplicentia autem dolorem cauſat in eo, qui eſt ſuſceptiuus doloris, qualis eſt homo in hac vita. Poſt hanc vitam autem Sancti non ſunt ſuſceptiui doloris: vnde diſplicebunt eis peccata præterita ſine omni triſtitia, ſecundum illud Iſaiæ 65. Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores.

Pœnitentia verò exterior eſt, qua quis exteriora ſigna doloris oſtendit, & talis pœnitentia non oportet, quòd duret vſque ad finem vitæ, ſed vſque ad determinatum tempus ſecundum menſuram peccati.

Hora ſe è cosi, perche dunque molti doppo che haueranno ſodisfatto, tuttauia ſeguitano à far penitenza per tutta la loro vita? Riſponde in più modi l'Angelico. Primieramente 3. contra Gent. cap. 158. Oportet, quod per contraria voluntas recedat à peccato his, per quæ in peccatum inclinata fuit: Fuit autem inclinata in peccatum per appetitum, & delectationem circa res inferiores. Oportet igitur, quod à peccato recedat per aliqua pœnalia, quibus affligatur propter hoc quod peccauit. Sicut enim per delectationem tracta fuit voluntas ad conſenſum peccati, ſic per pœnas confirmatur in abominatione peccati.

Item videmus, quod etiam bruta animalia à maximis voluntatibus retrahuntur per dolores verberum. Oportet autem eum, qui de peccato reſurgit, non ſolum deteſtari peccatum præteritum, ſed etiam vitare futurum: eſt igitur conueniens, vt affligatur pro peccato, vt ſic magis confirmetur in propoſito vitandi peccata.

Præterea, ea quæ cum labore, & pœna acquirimus, magis amamus, & diligentius conſeruamus; vnde illi, qui per proprium laborem acquirunt pecunias, minus eas expendunt, quàm qui ſine labore accipiunt, vel à parentibus, vel quocumque alio modo: ſed homini reſurgenti à peccato, hoc maximè neceſſarium eſt, vt ſtatum gratiæ, & Dei amorem diligenter conſeruet, quem negligenter per peccatum amiſit: eſt ergo conueniens, vt laborem, & pœnam ſuſtineat pro peccatis commiſſis.

In oltre ſoggionge in 4. Sent. diſt. 17. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 1. ad 5. Dicendum, quod quamuis tota pœna poſſit per contritionem dimitti, tamen adhuc neceſſaria eſt ſatisfactio, quia homo non poteſt eſſe certus de ſua contritione, quod fuerit ad totum tollendum ſufficiens.

Mà non dobbiamo tralaſciar quell'altra ragione, che apporta in 3. Sent. diſt. 19. quæſt. 1. art. 4. ad 2. quæſt. in corp. doue dice, che aliquis ſit particeps Chriſti per realem conformitatem ad ipſum, ſcilicet in quantũ Chriſto patiente patimur, quod quidem fit per pœnitentiam. Et quia hęc

conformatio fit per noſtram operationem, ideò contingit, quod eſt imperfecta, & perfecta. Et quandoquidem eſt perfecta conformatio ſecundum proportionem ad reatum culpæ, tunc pœna totaliter tollitur, ſiue hoc ſit in contritione tantum, ſiue etiam in alijs partibus pœnitentiæ, Quando autem non eſt perfecta conformatio, tunc adhuc manet obligatio ad aliquam pœnam, vel hic, vel in purgatorio.

Notate però, ſoggionge per conſolatione d'ogn'vno, che Non tamen oportet, quod ſit conformatio ad paſſionem Chriſti ſecundum experientiam tantæ pœnæ, ad quantam aliquis obligatur ex culpa; quia paſſio capitis in membra redundat, & tantò plus, quantò eſt ei aliquis per charitatem magis coniunctus. Vnde ex vi paſſionis Chriſti diminuitur quantitas debitæ pœnæ, & ſecundum hoc dicitur has pœnas auferre, in quantum eas diminuit.

Ma ne meno voglio tralaſciar quell'altra, che apporta quæſt. 4. de Virtutibus art. 2. doue tra l'altre coſe dice: Quicumque habet charitatem, oportet, quod habeat omnes alias virtutes. Charitas enim eſt in homine ex infuſione diuina ſecundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis: Deus autem ad quæcumque dat inclinationem, dat etiam formas aliquas, quę ſunt principia inclinationum, & motuum, ad quæ res inclinatur: ſicut igni dat leuitatem, per quam promptè, & faciliter ſurſum tendit: vnde vt dicitur Sap. 8. diſponit omnia ſuauiter: oportet igitur, quod ſimiliter cum charitate infundantur ſpirituales formę, expeditè producentes actus, ad quos charitas inclinat. Inclinat autem charitas ad omnes actus virtutum, quia cum ſit circa finem vltimum, imperat omnes actus virtutum: quælibet enim ars, vel virtus ad quam pertinet finis, imperat, his quæ ſunt ad finem: ſicut militaris equeſtri, & equeſtris frænorum factrici, vt dicitur in 1. Ethicor. Vnde ſecundum decentiam diuinæ Sapientiæ, & bonitatis ad infuſionem charitatis ſimul habitus omnium virtutũ infunduntur, *tra quali vno è la Patienza*, & ideò dicitur 1. ad Corinthios 13. Charitas patiens eſt.

E ſe bene alcuno al preſente non haueſſe occaſione di eſſercitarla per le grandi proſperità, in cui ſi troua, almeno deue hauerla in preparatione animi per ogni caſo, che le poteſſe ſuccedere all'auuenire, che è dottrina importante, la quale voglio ſoggionger qui per inſtruttione d'ogn'vno 2. 2. qnæſt. 152. art. 3. ad 2. Dicendum, quod connexio virtutum accipitur ſecundum illud, quod eſt formale in virtutibus, ideſt ſecundum charitatem, vel ſecundum prudentiam, non autem ſecundum id, quod eſt materiale. Nihil enim prohibet alicui virtuoſo ſuppetere materiam vnius virtutis, non autem materiam alterius. Sicut pauper habet materiam temperantiæ, non autem materiam magnificentiæ. Et hoc modo alicui habenti alias virtutes deeſt materia virginitatis, ideſt integritas carnis. Ta-

men poteſt id, quod eſt formale in virginitate habere, vt ſcilicet habeat in præparatione mentis prædictę integritatis conſeruandæ propoſitum, ſi hoc ſibi competeret. Sicut pauper poteſt in præparatione animi habere propoſitum magnificos ſumptus faciendi, ſi ſibi competeret. Et ſimiliter ille, qui eſt in proſperitate, habet in præparatione animi propoſitum aduerſa æquanimiter tolerandi: & ſine hac præparatione animi non poteſt eſſe virtuoſus.

Mi diranno, chi può mai capire, che l'huomo poſſa tolerar volontariamente le pene, eſſendo tutte tanto contrarie all'inclinatione naturale, & offenſiue, Vt enim Auguſtinus dicit in Ench. Malum dicitur, quia nocet, quod autem nocet, pœnale eſt. *Onde dice S. Tomaſo* 1. P. *quæſt.* 48. *art.* 5. *in corp.* De ratione pœnæ eſt, quod ſit contraria voluntati, cum ſit per ſubtractionem formæ, & integritatem rei?

Come dunque può Iddio piegare la noſtra volontà ad abbracciar tante pene, che occorrono alla giornata ſenza violentarla? E ſe è violentata, già ſi sà, che non hà merito, perche come pure inſegna il medeſimo S. M. 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 1. *in c.* Violentia eſt à principio extrinſeco, nihil conferente eo quod vim patitur.

Riſponde nondimeno il S. con queſta bella dottrina Quæſt. 22. de Verit. art. 8. Quantumcumque voluntas immutetur in aliquid, non dicitur cogi in illud. Cuius ratio eſt, quia ipſum velle aliquid, eſt inclinari in illud, coactio autem, vel violentia eſt contra inclinationem illius rei, quæ cogitur. Cum igitur Deus voluntatem immutat, facit vt præcedenti inclinationi ſuccedat alia inclinatio, ita quod prima auferatur, & ſecunda maneat. Vnde illud, ad quod inducit voluntatem, non eſt contrarium inclinationi iam exiſtenti, ſed inclinationi, quæ prius inerat. Vnde non eſt violentia, neque coactio. Sicut lapidi ratione ſuæ grauitatis ineſt inclinatio ad locum deorſum: hac autem inclinatione manente ſi ſurſum proijciatur, erit violentia, ſi autem Deus auferat à lapide inclinationem grauitatis, & det ei inclinationem leuitatis, tunc ferri ſurſum, non erit ei violentum, & ita immutatio motus poteſt eſſe ſine violentia, & per hunc modum intelligendum eſt, quod Deus voluntatem immutat, ſine eo quod voluntatem cogat.

Che coſa più contraria della Morte? Naturaliter homo refugit mortem 1. 2. q. 5. a. 3. in c. *E quantunque ſia virtuoſo* Triſtatur de morte ſua, quia priuatur bono, quo dignus eſt; ſcilicet vita, & virtutibus, ſecundum præſentem vſum, *E nondimeno Iddio fà che* gaudeat propter ſpem beatitudinis 2. 2. qu. 123. art. 8.

Mors eſt de ratione martyrij 2. 2. q. 124. art. 4. o. *Come ſi rende meritoria, poiche* Martyr vulneratur lethaliter, *che è* ab extrinſeco, ibid. ad 4. *Riſponde* 2. 2. *quæſt.* 124. *art.* 2. *ad* 2. *che Iddio attacca alla volontà del*

Martire due Virtù, cioè la Carita, e la Fortezza, e con queſte lo ſollieua, e rende habile à ſuperar la Morte. Dicendum, quod ad actum martyrij inclinat quidem Charitas, ſicut primum, & principale motiuum, per modum virtutis imperantis. Fortitudo autem ſicut motiuum proprium, per modum virtutis elicientis. Et inde eſt, quod martyrium eſt actus Charitatis, vt imperantis. Fortitudinis autem vt elicientis; inde etiam eſt, quòd vtramque virtutem manifeſtat. Quod autem ſit meritorium, hoc habet ex charitate, ſicut, & quilibet virtutis actus; & ideo ſine charitate non valet. *Et à propoſito della Patienza.*

Ad 3. Dicendum, quod ſicut dictum eſt, principaliter actus fortitudinis eſt ſuſtinere, ad quem pertinet martyrium, non autem ad ſecundarium actum eius, qui eſt aggredi. Et quia patientia deſeruit fortitudini ex parte actus principalis, qui eſt ſuſtinere: inde eſt, quod concomitanter in martyribus Patientia commendatur. *E così in tutti li altri caſi di pene di queſta vita, che ſuccedono nelli Amici di Dio, à' quali come dice S. Paolo ad Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum, ad quotum quemlibet *Soggionge iui l'Angelico*, pertinet quod dicitur Math. 25. Super omnia bona ſua conſtituet eum. Et ideò quidquid accidit circa ipſos, vel alias res, totum in bonum eorum cedat, etiamſi malum ſit.

E così chi ſi ſottomette volontieri alle mortificationi, che li vengono è ſegno, che è Predeſtinato. De Veritate quæſt. 6. art. 2. ad 11. *Perche dice:* Quamuis Deus nulli, volenti accipere gratiam, eam deneget, ſed hoc ipſum, quod eſt velle accipere gratiam eſt nobis ex prædeſtinatione diuina. *Qual piaccia à Dio, che ſi verifichi d'ogn'vno, che mi hà ſentito, ſicome io credo, che ogn'vno habbi la ſua parte delle tribulationi chi d'vn modo, e chi d'vn'altro, e con l'eſempio di Chriſto S. N. ſi conſolino tutti; Poiche, come dice S. Bonauentura in vita Chriſti;* Ipſe nos docuit, verbo, & exemplo humilitatem, paupertatem, & afflictionem corporis, & laborem. Sequamur ergo Summum Magiſtrum, qui nec fallere vult, nec falli poteſt. *Il cui teſtimonio ſoggionge S. Tomaſo Serm. 1. de Pentecoſte viene confermato da dodeci teſtimonij.* 1. à Deo Patre. 2. à Filio. 3. à Spiritu Sancto. 4. ab Angelis. 5. à Sanctis. 6. à Miraculis. 7. à Cœlo. 8. ab aere. 9. ab aqua. 10. à terra. 11. ab igne. 12. ab Inferno, *E S. Giouanni nella ſua Epiſtola cap.* 5. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. *E così mentre anche dice Chriſto. Marci* 1. *che nella ſua venuta.* Impletum eſt tempus, & appropinquabit Regnum Dei; pœnitemini, & credite Euangelio. *Non dobbiamo rifiutar queſta Penitenza di così Sauio Maeſtro è che non inſegna, che la Verita è così dice il S. M. nel ſuo Proemio, che ſà dell'introduttione all'Opuſc.* 73.

Quo-

Quoniam verò in dubijs quorum veritas agnita ſalutaris eſt, & incognita periculum ingerit humanæ ſaluti, admodum vtile eſt veritatem inueſtigare, & temporibus noſtris audiuimus multas controuerſias inter Doctores non ſolum in naturalibus: verum etiam in moralibus: in quibus periculum eſt diuerſa ſentire. Conſiſtit autem, *ſoggionge* ad Reginaldum *nel 1. t. del ſuo Compendio*, humana ſalus in veritatis cognitione, ne per diuerſos errores intellectus obſcuretur humanus in debiti finis intentione, ne indebitos fines ſectando à vera fœlicitate deficiat in iuſtitiæ obſeruatione, ne per vitia diuerſa ſordeſcat, &c. *Il qual pericolo ſchiua chi ſegue la dottrina del Verbo incarnato dice il S. M: Lect. 2. in 10. c. Io.* Licet enim extempore carnem acceperit, & factus fuerit homo: ab æterno tamen erat Verbum Dei. Hebr. 1. Ieſus Chriſtus heri, & hodiè. *E con eſſer eterno ci predica verità di ſoggetti eterni*: Verba vitæ æternæ habet *diſſe già S. Pietro à Chriſto. Io. 6. & il medeſimo Chriſto ibi* Amen amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. *Onde conclude l'Angelico*: Poſſumus inferre, quod quicumque credit in Chriſtum, habet vitam æternam. Habet inquam in cauſa: in Spe: quandoque habiturus in re. Io. 1. In ipſo vita erat.

E niuno deue perdere queſta ſperanza, poiche come dice S. Paolo 1. Tim. 1: 15. Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, *E però doueua conuerſar con loro ſoggionge S. Tomaſo 3. p. q. 40. a. 4.* Familiariter conuerſando, conueniens fuit, vt omnibus fiduciam daret ad ſe accedendi.

E predicando diſcorrendo con ſtile facile, e piano, e con parabole, con eſempij, con ſomiglianze tolte dalle coſe più communi, più vſuali, e più note. Che ſe voi domandate perche egli di tal metodo ſi valeſſe? Io accenna parimente il S. M. ſopra il 13. cap. di S. Matteo, Quia per huiuſmodi parabolas homines rudes melius docentur. Ideò Dominus loqui voluit in parabolis, vt melius memoriæ commendaret.

E però tal modo imitaua l'iſteſſo Angelico dice S. Antonino 3. p. tit. 23. cap. 7. paragr. 9. Deuitans verba, quæ curioſitati potius, quàm vtilitati ſeruiunt auditorum, proponebat ſaluti vtilia, & moralia iuxta capacitatem audientium, *E che ſeguiua da queſto modo di paalare? dice egli ſteſſo*: Verba ſermonis eius ardebant, vt faculæ, & conſequenter corda audientium ad amorem Dei, & compunctionem animi inflammabat. *E tanto baſti anche per noſtra inſtruttione per fine di queſto diſcorſo*,

✠ ✠ ✠ ✠
✠ ✠ ✠
✠ ✠
✠

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum. *Lucæ Cap.* 2.

An Tomaſo lib. 1. *contra Gent. cap.* 72. *dice che* intelligere quantò perfectiùs eſt, tantò delectabiliùs eſt intelligenti: *E però, perche* Deus intelligit, & ſuum intelligere eſt perfectiſſimum. *Per tanto* intelligere eſt ei delectabiliſſimum; *E queſto diletto l'hà ſempre attuale, e non habituale, perche come pure inſegna il medeſimo Angelico dicto lib. cap.* 56. In Deo non eſt habitualis cognitio, *& ne dà la ragione*: In quibuſcumque enim eſt habitualis cognitio, non ſimul omnia cognoſcuntur, ſed quædam cognoſcuntur actu, & alia cognoſcuntur habitu. Deus autem ſimul actu omnia intelligit. *E vi ſoggiongo anche l'vltima proua*: Habitus quædam qualitas eſt, Deo autem non poteſt, nec qualitas, nec aliquod accidens accidere. Non igitur Deo competit habitualis cognitio. *Et indi ſoggionge*: Quia verò diſpoſitio, qua quis eſt habitu tantum conſiderans, aut volens, aut agens, aſſimilatur diſpoſitioni dormientis, hinc eſt, quod Dauid, vt habitualem diſpoſitionem à Deo remoueret, dicit: ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Hinc etiam eſt, quod Eccleſiaſtici 23. dicitur. Oculi Domini multò plus ſunt lucidiores ſuper Solem: nam Sol ſemper eſt in actu lucendi. *Hor chi non sà, che queſto diletto d'intender anche attuale ſe non ſempre, almeno ben ſpeſſo, e vegliando, l'hà parimente communicato il Signor'Iddio à gl'huomini, ma non già alle altre creature? ſicome l'oſſerua S. Lorenzo Giuſtiniano cap.* 18. De inſtitutione, & Regimine Prælatorum. Cuncta enim, quæ facta ſunt, quamuis bona, & bona valde ab ipſo Summo bono creata ſunt: Nequaquam tamen, vt agnoſcant quid, & à quo, atque ad quem finem facta ſunt accipere meruerunt. Cœlum, Sol, & Stellæ acceperunt vtique ſplendorem, incorruptibilitatem, virtutem: & nihilominus, quamuis illa ſint præcipua, decora, atque ſublimia, minus tamen ſunt, quàm ſi intelligerent quid, ad quem, & à quo facta ſunt. Porrò non valent gaudere de eo, quod ſunt, vt videlicet delectentur in ſe de eo, quod ſunt: ſed ad laudem Conditoris ſui, & vt exerceant, erudiant, lætificent, accendantque eos, qui ipſa intuentur, non corporali oculo, ſed

intellectuali

intellectuali, quo vtique etiam inuiſibilia cognoſcuntur. *E doppo*.

Ideò facta eſſe credimus viſibilia, & ſenſibilia propter hominem, non tamquam propter finem, videlicet, vt homo eorum ſit finis, aut illis vtatur pro fine, ſed vt hominem perducant ad finem, ad laudem, & gloriam illius, qui fecit hominem: Vt miniſtrarent homini, illumque exercerent. Miniſtrent quidem neceſſitati corporis, ſine quibus non poteſt in hac vita viuere, exerceant verò intellectum pariter, & affectum quamdiù per fidem ambulat ipſe homo, & videt per ſpeculum.

Siche il priuileggio del diletto dell'Intelligenza eſſentiale à Dio è ſolamente conceſſo, e participato à noi, potendo conoſcere, e conſiderar le ſue belle creature, e per mezzo di eſſe contemplar il Creatore, & i ſuoi miſterij paleſi, & occulti, come dice Dauid nel Salmo 50. Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. *Hor che bel miſterio ſi racchiude nelle citate parole del noſtro Tema, che poſſa recare frutto, e conſolatione all' Anime noſtre?* Cuilibet enim enti, *dice il S. M. nel luogo citato contra Gent.* competit appetere ſuam perfectionem ſecundum ſuum modum, *e cosi* cum Deus ſit intelligens, ineſt ſibi voluntas, qua placet ſibi ſuum eſſe, & ſua bonitas, *e cosi con certa imitatione dobbiamo hauer guſto della noſtra, & hauer à caro di ſchiuar li errori; poiche come dice il S. D.* 1. 2. *qu.* 85. *art.* 3. Error, & deceptio pœna eſt proueniens ex peccato: vnde perſeuerante ſtatu innocentiæ in primis Parentibus non daretur error, vt docet D. Auguſtinus lib. 3. de libero arb. cap. 18. vbi ſic ait. Approbare vera pro falſis, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati.

La riſolutione del quaſito ſarà la Predica. Attenti dunque, & incominciо.

Come dunque ci ſpiega l'Angelico la Profetia del buon vecchio Simeone: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & reſurrectionem multorum in Iſrael? *S. Bernardo in Cant. Serm.* 15. *parlando di Chriſto Signor noſtro, e della Virtù del ſuo nome trà li altri encomij dice di eſſo*: Qui ſolus in veritate dicit. Salus Populi ego ſum, iam vox, iam ſenſus eſt, & patet, eum non inane portare nomen inſtar priorum. *Perche di eſſo ſoggionge* Sentitur infuſa ſalus, & beneficium non tacetur. Venit enim Filius Hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat: non enim venit perdere, ſed ſaluare.

Come dunque hoggi ſi ſente così contrario Aſſioma Poſitus eſt hic in ruinam.

Riſponde S. Tomaſo, che anzi per l'iſteſſo caſo che è poſto in ruinam *è poſto* in ſalute, in Catena Aurea *ſopra il corrente Euangelo:* Videndum eſt autem, ne fortè Saluator non æquè alijs in ruinam venerit, & in reſurrectionem. Quia enim in peccato ſtabam, primò mihi vtilitas fuit, vt

caderem

caderem, & peccato morerer. Denique, & Sancti Prophetæ quando anguſtiùs aliquid contẽplabantur, cadebãt in faciẽ ſuã, vt peccata per ruinam plenius purgarentur: Hoc ipſum, & Saluator tibi primum concedit: Peccator eras, cadat in te peccator, vt poſſis dehinc reſurgere, & dicere: Si commortui ſumus, & conuiuemus. Reſurrectio quidem eſt conuerſatio noua: cum enim laſciuus caſtus efficitur, auarus miſericors, atrox manſueſcit, reſurrectio celebratur, mortuo quidem peccato, reſurgente verò iuſtitia.

Et Quæſtione de Veritate art. 2. ad 9. Dicendum, quod gratia, quæ eſt, & ineſt, expellit culpam, non eam, quæ eſt, ſed quæ non eſt, priùs autem erat. Non enim expellit culpam per modum cauſæ efficientis (ſic enim oporteret, quod ageret in culpam exiſtentem ad eius expulſionem, ſicut ignis agit in aerem exiſtentem in eius expulſionem) ſed expellit culpam formaliter. Ex hoc enim ipſo, quod informat ſubiectum, ſequitur quod culpa in ſubiecto non ſit; ſicut patet de ſanitate, & infirmitate.

Ecco dunque come niuno deue ſpauentarſi al ſentire, che Chriſto Poſitus ſit in ruinam. *Onde Sant' Ambroggio lib. de Virginitate:* Omnis anima, *dice*, accedat ad Chriſtum, quia omnia Chriſtus eſt nobis; Si vulnere carere deſideras, medicus eſt. Si febribus æſtuas, fons eſt. Si grauaris iniquitate, iuſtitia eſt. Si auxilio indiges, virtus eſt. Si mortem times, vita eſt. Si Cœlum deſideras, via eſt.

Et apporta di tutto ciò la ſua ragione S. Tomaſo 3. P. quaſt. 8. art. 3. Prima nell' Argomento Sed contra *con l'auttorità dell' Apoſtolo 1. Timoth. 4. doue dice, che* Chriſtus eſt Saluator omnium hominum, & maximè Fidelium; Et 1. Io. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius Mundi. Saluare autem Homines, & propitiationem eſſe pro peccatis eorum, competit Chriſto, ſecundùm quod eſt caput.

Ma ſentiamo la Dottrina del corpo dell' Articolo. Dicendum, quod hęc eſt differentia inter corpus hominis naturale, & corpus Eccleſiæ myſticum, quod membra corporis naturalis ſunt omnia ſimul, membra autem corporis myſtici non ſunt omnia ſimul: neque quantum ad eſſe naturæ, quia corpus Eccleſiæ conſtituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio Mundi vſque ad finem ipſius: neque etiam quantum ad eſſe gratiæ, quia eorum etiam, qui ſunt in vno tempore quidam gratia carent, poſtmodum habituri, alijs eam iam habentibus. Sic igitur membra corporis myſtici accipiuntur, non ſolum ſecundum quod ſunt in actu, ſed etiam ſecundum quod ſunt in potentia. Quædam tamen ſunt, quæ quandoque reducuntur ad actum. Et hoc ſecundum triplicem gradum, quorum primus eſt per fidem, ſecundus

cundus per charitatem viæ, tertius per fruitionem Patriæ.

Sic ergo dicendum eſt, quod accipiendo generaliter ſecundum totum tempus Mundi, Chriſtus eſt caput omnium hominum; ſed ſecundum diuerſos gradus. Primò enim, & principaliter eſt caput eorum, qui actu vniuntur ſibi per gloriam: Secundò eorum, qui actu vniuntur ſibi per charitatem: Tertiò eorum, qui actu vniuntur ſibi per fidem: Quartò verò eorum, qui ſibi vniuntur ſolùm in potentia nondum reducta ad actum, quæ tamen eſt ad actum reducenda ſecundum diuinam prædeſtinationem: Quintò verò eorum, qui in potentia ſunt ſibi vniti, quæ nunquam reducetur ad actum: ſicut homines in hoc Mundo viuentes, qui non ſunt prædeſtinati, qui tamen ex hoc ſæculo recedentes totaliter deſinunt eſſe membra Chriſti; quia iam nec ſunt in potentia, vt Chriſto vniantur.

Laonde da eſſer Chriſto Capo noſtro ne ſeguita, come ſoggionge il S. D. nel corpo dell' Articolo ſeguente, che da lui dobbiamo ſperar ogni bene, perche come tale Propinquius ſe habet ad Deum, & perfectius participat dona ipſius, non ſolum quàm homines, ſed etiam quàm Angeli, & de eius influentia non ſolum homines recipiunt, ſed etiam Angeli. Dicitur enim Epheſ. 1. quod conſtituit eum, ſcilicet Chriſtum Deus Pater ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem poteſtatem, & principatum, & virtutem, & dominationem: & ſuper omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius. *E così dice ad 7. Che* Influentia Chriſti eſt, & in animas, & in Angelos.

E per queſto hà riceuuto lui prima la ſua gratia per communicarla à noi Diſputate Quæſtione de Gratia Chriſti art. 5. Prima nell' Argomento Sed contra con l' auttorità di S. Giouanni Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, & ita gratiam aliquàm habuit, per quam in nos gratiam refudit. Præterea Dionyſius 2. cap. Cœleſt. Hierar. dicit, quod illi, qui ſunt alios illuminantes, perficientes, & purgantes præhabent lumen, puritatem, & perfectionem: ſed Chriſtus in quantum eſt caput Eccleſiæ, purgat, illuminat, & perficit. Ergò oportet ad hoc, quod ſit caput, quod in eo ſit gratiæ plenitudo, per quam ſit purus, lucidus, & perfectus.

Ma ſentiamo hora il corpo dell' Articolo. Dicendum, quod ſicut dicit Damaſcenus Humanitas Chriſti quaſi inſtrumentum diuinitatis fuit, & ideò actiones eius nobis poterant eſſe ſalubres. In quantũ ergo ſpeciale Diuinitatis inſtrumentum fuit, oportuit quamdam ſpecialem coniunctionem ipſius ad Diuinitatem eſſe. Vnaquæque autem ſubſtantia tantò à Deo pleniùs bonitatem eius participat, quantò ad eius bonitatem appropinquat, vt patet per Dionyſium 12. Cœleſt. Hierar.

Hierar. Vnde, & Humanitas Chriſti ex hoc ipſo, quod præ alijs viciniùs, & ſpecialiùs Diuinitati erat coniuncta, excellentius bonitatem Diuinam participauit per gratiæ donum, ex quo idoneitas in ea fuit, vt non ſolùm gratiam haberet, ſed etiam per eam gratia in alios transfunderetur, ſicut per corpora magis lucentia lumen Solis ad alia tranſit.

Et quia Chriſtus in omnes Creaturas rationales quodammodo effectus gratiarum influit, inde eſt, quod ipſe eſt principium quodammodo omnis gratiæ ſecundum humanitatem, ſicut Deus eſt principium omnis eſſe. Vnde ſicut in Deo omnis eſſendi perfectio adunatur, ita in Chriſto omnis gratiæ plenitudo, & virtutis inuenitur, per quam non ſolùm ipſe poſſit in gratię opus: ſed etiam alios in gratiam adducere; & per hoc habet capitis rationem: in capite enim naturali non ſolum eſt vis ſenſitiua, ad hoc, quod ſentiat per viſum, auditum, & tactum, & huiuſmodi ſenſus; ſed eſt in eo, vt in radice, à qua in alia membra ſenſus effluunt. Sic ergò vna, & eadem gratia habitualis in Chriſto dicitur gratia vnionis, in quantum congruit naturæ diuinitati vnitæ: & capitis, in quantum per eam fit refuſio in ſalutem ſingularis verò perſonæ, in quantum ad opera meritoria proficiebat.

Siche da Chriſto dobbiamo ſperar la gratia, e la ſalute, è poſta tal ſperanza via piu ſi conferma l'aſſunto, che Poſitus eſt hic in ruinam, & reſurrectionem, *perche, come dice il S. D. 2. 2. quæſt. 20. art. 3. in corp.* Per ſpem reuocamur à malis, & inducimur ad bona proſequenda; & ideò ſublata ſpe irrefrænatè homines labuntur in vitia, & à bonis operibus retrahuntur; vnde ſuper illud Prou. 24. Si deſperauerit lapſus in die angustiæ, minuetur fortitudo ſua, dicit Gloſ. Nihil eſt execrabilùs deſperatione, quam qui habet, & in generalibus huius vitæ laboribus, & (quod peius eſt) in fidei certamine conſtantiam perdit. Et Iſidorus dicit in libro de ſummo bono: Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ eſt, ſed deſperare, eſt deſcendere in infernum.

Diche Dio ci liberi, e ci fermi con l'ancora della Speranza come dice S. Paolo Ad Hebr. 6. Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animam tutam, ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis, vbi Præcurſor pro nobis introiuit Ieſus. *doue S. Tomaſo lect. 6.* Comparat ſpem ipſi anchoræ, quæ ſicut in mari nauem immobilitat, ita ſpes animam firmat in Deo in hoc mundo, qui eſt quaſi quoddam Mare Pſal. 103. Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus. Iſta tamen anchora debet eſſe ſecura, vt ſcilicet non deficiat; vnde fit de ferro 2. ad Timoth. 1. Scio enim, cui credidi, & certus ſum, &c. Item debet eſſe firma; vt ſcilicet non citò à naui remoueatur; ita homo debet alligari iſti ſpei, ſicut anchora naui alligatur.

Eſt

Eſt autem differentia inter anchoram, & ſpem; quia anchora in imo figitur, ſed ſpes in ſummo, ſcilicet Deo. Nihil enim in præſenti vita eſt firmum, vbi poſſit anima firmari, & quieſcere. Vnde Geneſ. 8. dicitur, quod Columba non inuenit, vbi requieſceret pes eius: Et ideò dicit, quod debet incedere vſque ad interiora velaminis; Apoſt. enim per ſancta, quæ erant in tabernaculo, intelligit ſtatum præſentem Eccleſiæ: ſed per ſancta Sanctorum, quę per velum diſtinguebantur à Sanctis, intelligit ſtatum futuræ gloriæ: in illo ergo vult, quod figatur anchora ſpei noſtræ, qui eſt modo velatus ab oculis noſtris: Eſa. 64. Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præperaſti expectantibus te Pſal. 19. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te! Hanc ſibi fixit Præcurſor noſter, qui ibi ingreſſus eſt: vnde Ioan. 14. Vado parare vobis locum. Mich. 2. Aſcendit pandens iter ante eos; & ideò dicit, quod ipſe tamquam Præcurſor pro nobis ingreſſus eſt interiora velaminis, & ibi fixit ſpem noſtram.

Però ſi deue ſapere dice il S. M. lib. 3. Sent. ad Hannib. quæſt. vnica art. 4. che In ſpe tria ſunt conſideranda. Vnum ex parte obiecti, quod eſt ipſa beatitudo æterna, quæ Deus eſt, in cuius fruitione præmium eſſentiale conſiſtit. Secundum ex parte medij, quod eſt gratia, & meritum, per quæ beatitudo ſperatur. Tertium ex parte ſperantis ſcilicet ſtatus eius, vt nondum habeat, quod ſperat. Propter primum, & tertium ſimul, non fuit ſpes in Chriſto, nec in Angelis, nec in Beatis. Propter ſecundum non eſt in dæmonibus, nec in damnatis, quia nec poſſunt gratiam, vel meritum habere. Sed propter tria ſimul eſt in Viatoribus, Patribus in Limbo, & in animabus in purgatorio.

Siche in ragione del ſecondo punto la noſtra ſperanza ſi fonda nel merito, e nella gratia, la quale come ſoggionge il S. iui lib. 4. diſt. 17. quæſt. prima art. 2. in c. ſuppone nel medeſimo tempo la rouina totale della colpa, eſſendo che Ex parte formarum prior eſt culpę remiſſio in genere cauſæ materialis: ſed gratiæ infuſio prior eſt in genere cauſæ formalis, quia culpæ remiſſio eſt diſpoſitio ad gratiæ infuſionem. *E tanto dall' vna come dall'altra gia ſi sà, che ne è Chriſto il mediatore:* dicto lib. 3. diſt. 13. quæſt. vnica art. 3. Dicendum, quod gratia dicitur donum gratis collatum. Donum autem homini Chriſto gratis collatum fuit creatum, & increatum. Increatum fuit ipſe Spiritus Sanctus, qui in eius anima requieuit, vt dicitur Eſa. 11. & eſſe perſonam Verbi, quod eſt donatum naturæ humanæ per vnionem, & ſic ſimpliciter gratia Chriſti eſt infinita. Creatum autem donum eius, eſt ipſa gratia, qua formaliter anima eius perficiebatur, & hæc quodammodo fuit finita, & infinita. Finita fuit ſecundum eſſentiam, inquantum habuit eſſe limitatum,

ſed quatuor modis fuit infinita.

Vno modo quantum ad actum, quia concurrebat ad actum potentiæ infinitæ, cui vnita erat, ideſt diuinæ.

Alio modo quantum ad eos, in quos poterat operari, quia non limitabatur ad aliquos determinatos effectus, ſed poteſt in infinitis operari redemptionem.

Tertiò modo quantum ad rationem medij, quia diſponebat per modum congruentiæ ad vnionem infinitè diſtantem, quod nulla alia gratia facere poterat.

Quartò modo, ſicut quidam dicunt, per rationem gratiæ, quia quicquid fuit de ratione gratiæ totum illi homini fuit collatum, & ideo gratia ſine menſura, quia non ad determinatos vſus, ſiuè effectus dabatur, ſicut alijs Sanctis, ſicut alicui dicitur, quod accipiat vinum ſine menſura, quando ſibi totũ datur, licet ipſum vinũ in ſe ſit finitũ.

Non ci deue dunque ſpauentare, che Chriſto poſitus ſit in ruinam, *ma ben si apportarci conſolatione indicibile per là grande ſtima, che fa di noi di voler eſſer lui ſolo il noſtro Redentore, & abolir le noſtre colpe anche à coſto del ſuo ſangue* Quodlib. 2. art. 16. in corp. opuſc. 7. c. 6. Dicendum, quod opus vnius poteſt eſſe ſatisfactorium pro alio, ad quem per intentionem facientis refertur: Chriſtus autem pro Eccleſia ſanguinem ſuum fudit, & multa alia, & fecit, & ſuſtinuit, quorum æſtimatio eſt infiniti valoris propter dignitatem perſonæ: vnde dicitur Sapientiæ 8. quod infinitus eſt (in illa) theſaurus hominibus.

E finalmente ſi può toglier la difficoltà, ò ſia timore di quel termine in ruinam *con l'eſpoſitione, che apporta l'Angelico ſopra quel paſſo di S. Paolo* 1. *ad Corint.* 1. Perdã ſapientiã ſapientium, & prudentiã prudentiũ reprobabo, *doue dice il S. M.* Eſt conſiderandum, quod homines quantumcumque mali non totaliter donis Dei priuantur, nec in eis dona Dei reprobantur; ſed in eis reprobatur, & perditur, quod ex eorum malitia procedit: Et ideò nõ dicit ſimpliciter perdam ſapientiam, quia omnis ſapientia à Domino Deo eſt, vt dicit Eccleſiaſt. Sed perdam ſapientiam ſapientium, ideſt, quam ſapientes huius mundi adinuenerunt ſibi contra veram ſapientiam Dei, quia vt dicitur Iacob. 3. non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Similiter non dicit Reprobabo prudentiam; Nam veram prudentiam ſapientia Dei docet, ſed dicit prudentiam prudentium, ideſt, quam illi, qui ſe prudentes æſtimant in rebus mundanis, prudentiam reputant, vt ſcilicet bonis huius mundi inhæreant: vel quia, vt dicitur Rom. 8. Prudentia carnis mors eſt.

Con queſt' altro eſſempio ſi può anche appagar l'intelletto. In 4. Sent. d. 4. quæſt. 3. a. 2. qu. 2. ad 1. Quicumque ad Baptiſmum accedit, oſtendit

ſe

ſe veteri vitæ abrenunciare, & nouam inchoare; Vnde ſi voluntas eius adhuc in vetuſtate vitæ remaneat, aliud oſtendit, quam ſit in rei veritate; & ideò eſt ficta: *la quale come ſoggionge in 4. d. 4. q. 3. a. 2. q. 1. in c. 2. & 4. ad Hannib. d. 4. ad 2. a. 2. biſogna leuarla:* Quia contraria non ſe compatiuntur; vnde manente contraria diſpoſitione, baptiſmus vltimum ſuum effectum habere non poſſet: *E cosi eſſendo i peccati noſtri contrarij alla noſtra ſalute, fù conuenientiſſimo, che Chriſto Signor noſtro ci liberaſſe da eſſi 3. P. nel ſuo Prologo:* Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, teſte Angelo, Populum ſuum ſaluum faciens à peccatis eorum, viam veritatis nobis in ſe ipſo demonſtrauit, per quam ad Beatitudem immortalitatis vitæ reſurgendo peruenire poſſimus. *Et all'eſſempio hà aggionto i Sacramenti, che ſono medicina di tutti i peccati, come pure l'accenna il S. M. nel Prologo* ſuper 4. Sent. ad Annibaldum, Eccl. 38. Altiſſimus de terra creauit medicinam. De terra namque, ideſt de Humanitate Chriſti Sacramenta medicinalem efficaciam habent contra peccatum, *e cosi come dice S. Gio. 1. c. 2.* Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non ſolum pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

Mi diranno, ſe Chriſto hà reccato il rimedio à tutti i peccati del Mondo, perche dunque doppo la ſua venuta non tutti ſi ſaluano?

A queſto gran dubio riſponderò nella

SECONDA PARTE.

Per riſpondere dunque alla difficultà propoſta, dobbiamo ſupporre le dottrine ſeguenti di Ariſtotele, e S. Tomaſo, cioè: che Omnis cauſa, vel eſt actiua, vel paſſiua: Actiua dat alteri; veluti ignis dat manui calorem: Paſſiua recipit ab alio, veluti manus ab igne calefacta eſt; Ad actiuum autem, & paſſiuum reducitur motiuum, & mobile: Actiuum autem eſt illud, quod habet virtutem agendi: & motiuum, quod habet virtutem mouendi, quibus correſpondent paſſiuum, & mobile 3. Phiſ. & 8.

Inter actiuum, & paſſiuum; motiuum, & mobile ſemper relatio poſita eſt, & vt inuicem agant, & patiantur, neceſſaria eſt approximatio; & talis, vt vnum tangat aliud, ſi non realiter, ſaltem virtute. Cauſa huius neceſſitatis eſt, quia nulla res operatur, vbi non eſt. & ideò ſi motiuum habet operari in mobile, neceſſe eſt, vt ſit, vbi eſt mobile. 7. Phiſic. c. 2. text. 10. & ſeq.

Hęc igitur approximatio motiui ad mobile, & actiui ad paſſiuũ iuxta cuiuſq; rei naturam, neceſſaria eſt ad hoc, vt completa, & efficax determinatio rei ad actu operandum facta ſit, & hoc ita eſſe, experientia docet, & omnes Sapientes affirmant 7. Phiſ. text. 10.

Et

Et indi ſoggionge l'Angelico 3. c. Gent. cap. 67. num. 4. Si quis approximet motiuum mobili ea intentione, vt agat in illud, tunc approximans aliquo modo erit cauſa illius actionis, veluti ſi Medicus det medicinam, & Cocus approximet ignem cibis. Secus ſi talis intentio non adſit,

A noi adeſſo. Parlando S. Tomaſo nel 4. libro delle Sentenze Ad Hannibaldum diſt. 1. quæſt. 1. a. 2. della neceſſità de' Sacramenti dice. Dicendum, quod gratia donorum, & virtutum in hoc differt à gratia Sacramentorum, quod prima eſt ad perfectionem, & expeditionem potentiarum reſpectu ipſorum actuum, ſecunda verò eſt ad curationem morbi, ſiue ad integrationem potentiarum propter vulnerationem ipſarum per peccatum. Quia ergo curatio morbi, & reintegratio potentiarum neceſſaria eſt, ideò poſt peccatum neceſſarium fuit inſtitui Sacramenta, vt in elementis corporalibus gratiam curationis homo quæreret, ex quibus occaſionem morbi accepit.

E ſe alcuno dira, che Poſita cauſa ſufficienti, nihil aliud videtur eſſe neceſſarium ad effectum: ſed Paſſio Chriſti eſt ſufficiens cauſa noſtræ ſalutis: dicit enim Apoſtolus ad Rom. 5. Si cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius. Non ergò requiruntur Sacramenta ad ſalutem humanam,

Riſponde 3. P. quæſt. 2. art. 1. Ad tertium dicendum, quod Paſſio Chriſti eſt ſufficiens cauſa humanæ ſalutis: Nec propter hoc ſequitur, quod Sacramenta non ſint neceſſaria ad humanam ſalutem, quia operantur in virtute Paſſionis Chriſti, & Paſſio Chriſti quodammodo applicatur hominibus per Sacramenta, ſecundũ illud Rom. 6. Quicũque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus.

Hor queſta Virtù de' Sacramenti come ſegue in noi? Riſponde 3. P. quæſt. 3. art. 5. in c. Manifeſtum eſt, quod Sacramenta Eccleſiæ ſpecialiter habent virtutem ex paſſione Chriſti, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per ſuſceptionem Sacramentorum, &c. Et ſecundum realem vſum *ſoggionge iui art. 6. ad 1. Perche come inſegna S. Gio. Criſoſtomo portato da S. Tomaſo 1. 2. q. 20. a. 4. ad 1.* Voluntas eſt, quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo, *cioè ſpiega il S. M.* Quando voluntas hominis eſt conſummata, & non ceſſatur ab actu, niſi propter impotentiam faciendi.

Et ne apporta la ragione 3. P. de Saluatore quæſt. 20. art. 1. in c. Dicendum, quod cuilibet habenti aliquam naturam, conueniunt ea, quæ ſunt propria illi naturæ. Natura autem humana ex ſui conditione ſpecialiter Deo ſubijcitur, quantum ad proprium ſuum actum, in quantum ſcilicet propria voluntate obedit mandatis eius.

E così

E così hauendoci ordinato, che entriamo in Cielo per la porta de' Sacramenti, biſogna obedirlo; Perche queſta eſt ſubiectio obedientiæ, *la quale ci diſpone per la Gloria 3.* P. De Sacramentis quæſt. 12. a. 1. in c. Quia ſors gloriæ redditur ſecundum menſuram accipientis. Vnuſquiſque autem ex actu ſuo diſponitur, diſpoſitione dignitatis ad præmium.

Si deue però ſapere, come dimoſtra il S. D. 3. P. q. 65. a. 4. in c. Quod neceſſarium reſpectu finis (de quo nunc loquimur) dicitur aliquid dupliciter: vno modo ſine quo non poteſt haberi finis, ſicut cibus eſt neceſſarius vitæ humanæ, & hoc eſt ſimpliciter neceſſarium ad finem: Alio modo dicitur eſſe neceſſarium id, ſine quo non habetur finis ita conuenienter, ſicut equus neceſſarius eſt ad iter, hoc autem non eſt ſimpliciter neceſſarium ad finem.

Primò igitur modo neceſſitatis, ſunt tria Sacramenta neceſſaria: duo quidem perſonæ ſingulari: Baptiſmus quidem ſimpliciter, & abſolutè: Penitentia autem ſuppoſito peccato mortali poſt Baptiſmum: Sacramentum autem Ordinis eſt neceſſarium Eccleſiæ, quia vbi non eſt Gubernator, populus corruet, vt dicitur Prou. 11. Sed ſecundo modo ſunt neceſſaria alia Sacramenta: nam Confirmatio quodammodo perficit Baptiſmum: Extrema vnctio Pœnitentiam. Matrimonium verò, Eccleſiæ multitudinem per propagationem conſeruat.

Perche dunque non tutti ſi ſaluano doppo la venuta di Chriſto, è perche diſpreggiano i Sacramenti neceſſarij alla loro ſalute ibi ad 3. Poichè Contemptus Sacramenti, quod eſt de neceſſitate ſalutis, eſt ſaluti contrarius.

Mi diranno. An poſſit effectus alicuius Sacramenti haberi ſine perceptione talis Sacramenti, vel in re, vel ſaltem in voto.

Reſp. 4. Sent. diſt. 23. qu. 1. art. 2. qu. 1. ad 1. Dicendum, quod quamuis effectus principalis alicuius Sacramenti poſſit haberi ſine actuali perceptione illius Sacramenti, vel ſine Sacramento, vel per aliud Sacramentum ex conſequenti, nunquam tamen poteſt haberi ſine propoſito illius Sacramenti.

Si deue però notare, ſoggionge Quodl. 4. art. 10. Che licet Sacramenta in voto ſuſcepta habeant ſuum effectum, pleniùs tamen ipſum habent ſuſcepta in re. Dicendum, quod Sacramenta dupliciter operantur: vno modo, ſecundum quod exhibentur in actu; alio modo ſecundum quod habentur in voto. Et hoc ideò, quia Sacramenta operantur, vt inſtrumenta diuinæ miſericordiæ iuſtificantis: Dei autem eſt reſpicere hominis cor, ſecundum illud 1. Reg. 16. Homines vident ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor; & ideò quamuis res naturales non agant, niſi præſentialiter adhibitæ; Sacramenta tamen agunt etiam ſecundum quod ſunt in voto: ſed pleniùs ſacramentalem effectum inducunt, quando exhibentur.

Sicome

Sicome molto più acquiſta, chi è Martire in animo, & in fatti, che chi è ſolamente di volonta 4. ſent. diſt. 49. qu. 5. art. 3. qu. 2. ad 3. Dicendum, quod quidam actus ſunt, qui in ipſo actu habent quandam vehementiam delectationis, vel difficultatis, & in talibus actus ſemper addit ad rationem meriti, vel demeriti, ſecundum quod in actu oportet voluntatem variari ex vehementia actus à ſtatu, in quo prius erat: & ideò cæteris paribus actu luxuriam exercens plus peccat, quàm qui ſolum in actu conſentit, quia in ipſo actu voluntas augetur.

Similiter cum actus martyrij maximam difficultatem habeat, voluntas martyrij non pertinglt ad illud meritum, quod actui martyrum debetur ratione difficultatis: quamuis poſſit etiam peruenire ad altius præmium conſiderata radice merendi; Quia aliquis ex maiori charitate poteſt velle ſuſtinere martyrium, quàm alius ſuſtineat: vnde voluntariè martyr poteſt mereri ſua voluntate præmium eſſentiale æquale, vel maius eo, quod martyri debetur. Sed aureola debetur difficultati, quæ eſt in ipſa pugna martyrij. vnde aureola voluntariè tantum martyribus non debetur.

Il che anche ſi può ſpiegare col caſo, che ſi legge in S. Luca della Vedoua, quæ duo æra in Gazophylacium miſit, *la quale* ſecundum ſententiam Domini plus dedit, quam alij, *doue S. Tomaſo 2. S. diſt. 40. qu. 1. art. 3. ad 5.* Dicendum, quod Vidua illa plus alijs miſiſſe dicitur, quia efficaciori voluntate illud dedit: vnde magis merebatur apud Deum de præmio eſſentiali, quàm illi, qui maiora munera minore deuotione dabant: ſed quantum ad præmium accidentale, illi poterant plus mereri, ſecundum quod per maiora munera plus ſatisfaciebant, vel etiam miniſtros templi plus ad orandum pro ſe prouocabant, vel quidquid huiuſmodi eſt, quod actum exteriorem ſecundum ſe ſequitur.

Cosi ne' Sacramenti in re *vi è vna certa moltiplicità di ſignificati ſpirituali, che non ſono* in voto; *poiche come definiſce l'Angelico 3. P. quæſt. 1. art. 5.* Sacramentum propriè dicitur, quod ordinatur ad ſignificandam noſtram ſanctificationem. In qua tria poſſunt conſiderari, videlicet ipſa cauſa ſanctificationis noſtræ, quę eſt Paſſio Chriſti: & forma noſtrę ſanctificationis, quæ conſiſtit in gratia, & virtutibus, & vltimus finis ſanctificationis noſtræ, qui eſt vita æterna. Et hæc omnia per Sacramenta ſignificantur. Vnde Sacramentum eſt, & ſignum rememoratiuum eius, quod præceſſit, ſcilicet Paſſionis Chriſti, & demonſtratiuum eius, quod in nobis efficitur per Chriſti paſſionem, ſcilicet gratiæ, & prognoſticum, ideſt prænunciatiuum futuræ gloriæ.

Et art. 5. ad 3. I Sacramenti in re *ſono ordinati ſoggiunge* Ad expreſſiorem ſignificationem gratiæ Chriſti, per quam humanum Genus ſanctificatur: & ideò etiam neceſſe fuit determinari, quibus homines vterentur in Sacramentis.

Et indi anche ſoggionge: Nec propter hoc arctatur via ſalutis; quia res, quarum vſus eſt neceſſarius in Sacramentis, vel communiter habentur, vel paruo ſtudio adhibito haberi poſſunt.

Chi dunque ſpera di ſaluarſi s'accoſti con humiltà alli Santi Sacramenti. Che però diceua S. Agoſtino citato dall'Angelico in Catthena ſuper cap. 6. Io. Conſtat magnam eſſe gratiam, quod plurimi liberantur. Cur autem iſtum potius, quam illum liberet, inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Vnum eſt, *ſoggionge iui il S. Che*: Excelſa eſt patria, & humilis via. Qui recuſat viam, quid quærit patriam? *Qual è queſta ſtrada humile? Riſponde S. Tomaſo 3. P. q. 61. art. 1. in c. eſſere i Sacramenti*: Dicendum, quod Sacramenta ſunt neceſſaria ad humanam ſalutem triplici ratione. *La prima*, vt per corporalia, & ſenſibilia in ſpiritualia, & intelligibilia deducatur. *Seconda* ſumenda eſt, ex ſtatu hominis, qui peccando ſe ſubdidit per affectum corporalibus rebus, ibi autē debet homini medicinale remedium adhiberi, vbi patitur morbum, *Ilche ſegue mentre l'huomo* humiliatur, ſe corporalibus ſubiectum cognoſcens, dum ſibi per corporalia ſubuenitur, &c. *E però niſſuno traſcuri queſta humiltà ſe deſidera eſſer Cittadino di coſi nobil Patria*.

Bonum *dice il S. D. 2. 2. quæſt. 17. art. 4. in corpore*, quod quis ſperat, habet rationem cauſæ finalis: auxilium autem, per quod aliquis ſperat illud bonum obtinere, habet rationem cauſæ efficientis; *e queſti ſono i Sacramenti 3. P. q. 62. a. 1.* Ex multis Sāctorū auctoritatibus habetur, quod Sacramenta nouæ legis non ſolùm ſignificant, ſed cauſant gratiam; Et ideò dicendum, quod duplex eſt cauſa agens, principalis, & inſtrumentalis: principalis quidem operatur per virtutem ſuæ formæ, cui aſſimilatur effectus, ſicut ignis ſuo calore calefacit: & hoc modo nihil poteſt cauſare gratiam niſi Deus: quia gratia nihil aliud eſt, quàm quædam participata ſimilitudo naturæ diuinæ, ſecundùm illud 2. Petri 1. Magna nobis, & prætioſa promiſſa donauit, vt diuinę ſimus conſortes naturæ.

Cauſa vero inſtrumentalis non agit per virtutem ſuæ formæ. ſed ſolùm per motum, quo mouetur à principali agente: vnde effectus non aſſimilatur ſecuri, ſed ideæ, quæ eſt in mente artificis. Et hoc modo Sacramenta nouæ legis gratiam cauſant: adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus ad gratiam in eis cauſandam: vnde Auguſtinus dicit 19. contra Fauſtum. Hæc omnia (ſcilicet Sacramenta) fiunt, & tranſeunt; virtus tamen (ſcilicet Dei) quæ per iſta operatur, iugiter manet. Hoc autem propriè dicitur inſtrumentum, per quod aliquis operatur: vnde, & Tit. 3. dicitur: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

Chi dunque aſpira alla gloria ſeguiti l'inſtitutione de' Sacramenti coſi ordi-

nata da Dio: perche come cosi conclude il medeſimo Angelico 1. 2. *quæſt.* 114. *art.* 1. Meritum hominis apud Deum eſſe non poteſt, niſi ſecundum præſuppoſitionem diuinæ ordinationis. *E tanto baſti, &c.*

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM,

Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & Homines. *Lucæ c.* 2.

NON voglio affaticarmi queſta mattina, per captiuar l'vdienza delle Signorie loro nel corrente Diſcorſo. mentre con l'eſſempio, che hanno auanti alli occhi del Bambino Gieſù, il qual ſedendo in mezzo de' Dottori prudentemente gl aſcolta, ne reſtano à baſtanza perſuaſi. Onde meritamente Alberto Magno nel ſuo Sermone, che ſà ſopra queſta Domenica, conclude. Si igitur ille, qui erat fons ſapientiæ, & qui omnia ſciebat, Doctores audiuit, & interrogauit: multò conuenientius nos, qui homines illiterati ſumus, verbum Dei audire debemus. Propter noſtram quippe doctrinam conſcripta eſt Pagina Sacræ Scripturæ. Vnde dicit Apoſtolus ad Rom. 15. Quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, *e ſoggionge l'Angelico* 2. 2. *qu.* 169. *art.* 1. *ad* 1. *che* Spiritus Sanctus di erſo ſtylo libros conſcripſit accommodans ſe vnicuique ingenio, &c. *E però ſenz'altro ripiglio il Tema.* Et Ieſus proficiebat ſapientia, &c. *E così anche dobbiamo profittar noi. E queſta ſarà la Predica.*

E primo per proua di ciò è certo, che l'eſſempio del Bambino Gieſù molto ne conuince: Ecce, *dice Alberto Magno*, habemus hic exemplum à Puero Ieſu, quod ſicut ætate proficimus, ideſt, ſicut de die in diem ſeneſcimus, & magis, ac magis portæ mortis appropinquamus: ita etiam de die in diem proficere debemus in ſapientia, & gratia, tàm coram Deo, quàm coram hominibus, vt videlicet de tempore in tempus vera ſapientia ſapientiores exiſtamus, & ampliorem nobis gratiam tàm Dei, quàm hominum conquiramus.

Ma che? ſoggionge il Beato, heu multi faciunt è conuerſo: qui ſcilicet de die in diem, de anno in annum magis, ac magis deficiunt in ſapientia, & gratia tàm diuina, quàm humana. Et de illis poteſt dici illud ſæculare prouerbium, quod videlicet, Qui erant in iuuentute Angeli, facti ſunt in ſenectute Diaboli. Hinc eſt, quod dicit Eccl. 25. c.

Quod

Quod Dominus odit ſenem fatuum, & inſenſatum.

Et apporta di ciò l'eſſempio del Vecchio vttuagenario Heli Teodoreto qu. 12. il quale gia per la ſua dapocaggine, e negligenza nel ſeruitio di Dio era à punto diuentato, come ſciocco, & inſenſato. Che però li fece far Iddio quella ſeuera correttione da Samuele, benche giouinetto, e di dodeci anni. Ad arguendum, *dice Teodoreto*, Pontificem, qui ſenuerat, adoleſcentulus dignus eſt habitus, cui Deus appareret, *e poco doppo*: eam ætatem, *cioè* puerilem antiquæ prætulit Deus: & eum, qui octoginta, & ſex annos vixerat, & quadraginta annos duplici magiſtratus honore dignus fuerat habitus (erat enim, & Iudex, & Pontifex) deſpiciens: loquutus eſt cum paruo puero, docens quantum canitie eſt melius iuuentus ornata virtute.

E l'iſteſſo Teodoreto Orat. 1. in Danielem. Hinc etiam docemur Auctorem omnium rerum nullam ætatis rationem habere: ſed pietatem tantum, ac Religionis ſtudium requirere, qua in iuuene comperta, multis eum natu maioribus anteponit. Quod erga Ioſeph ipſum feciſſe comperimus, nec non erga Samuelem Prophetam. Nam puero admodum iuueni apparuit, & iuſſit Seni ſupplicia prædicere, vt ea re, & ſenio confectum accuſaret, & grariam in adoleſcentulo vigentem oſtenderet, *perche in fatti Iddio vuole, che ſempre più andiamo profittando, e creſcendo* in ſapientia, & gratia apud Deum, & homines.

Che però Vgon Cardinale qui: miſticè autem proficere ætate eſt creſcere in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt dicitur Epheſ. 4. c. quod eſt dilatari per charitatem, exaltari per contemplationem, profundari per humilitatem: *e cosi dite in tutte le altre Virtù.*

Ma ſentiamo S. Giouanni Damaſceno lib. 3. de Fide c. 22. Chriſtus, *dice*, Proficit ſapientia, & gratia non in ſe, ſed in ſuis membris, ſcilicet Chriſtianis. Ideo enim profecit ipſe, maiores Virtutum actus in dies edendo, vt nos idem facere doceret. Tota enim vita noſtra continuus eſt, vel profectus, vel defectus. Cum enim non proficit, tunc deficit: vt ergo non deficiat, ſemper proficiat, oportet.

Cosi l'inſegna parimente S. Bernardo Epiſtola 253. Nunquam iuſtus arbitratur ſe comprehendiſſe: nunquam dicit ſatis eſt, ſed ſemper eſurit, ſititque iuſtitiam, ita vt ſi ſemper viueret, ſemper quantum in ſe eſt, iuſtior eſſe contenderet: ſemper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. *Et aſſegna queſta bella ragione.* Non enim ad annum, vel ad tempus inſtar mercenarij, ſed in æternum Diuino ſe mancipa famulatui.

L'iſteſſo Epiſtola ad Garinum: Quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non contingat conſequi? Ideo Paulus aiebat: ſic currite, vt comprehendatis.

datis. Ibi Chriſtiane figo tui curſus, profectuſque metam, vbi Chriſtus poſuit ſuam. Factus eſt, inquit, obediens vſque ad mortem. Quantumlibet ergo cucurreris, ſi vſque ad mortem non peruueneris, brauium non appræhendes.

Hora paſſiamo alle ragioni di S. Tomaſo Semper .n. *dice il S.D.* De principijs naturæ lib. 1. c. 3. debemus ducere Quæſtionem ad cauſam primam, vt ſi quæratur, quare iſte ſanus? Reſpondendum eſt, quod Medicus ſanauit eum. Et iterum, quare Medicus ſanauit eum? Propter artem ſanandi; quam habet, *e tal modo d'intendere ſoggionge iui, è gran perfettione honoreuole à chi lo poſſiede. Perche* Omnis ſcientia bona eſt, & non ſolum bona, verum etiam honorabilis. Quod autem omnis ſcientia ſit bona, patet, quia bonum rei eſt illud, ſecundum quod res habet eſſe perfectum, hoc enim vnaquæque res quærit, & deſiderat. Cum igitur ſcientia ſit perfectio hominis in quantum homo, ſcientia eſt bonum hominis.

E tal ſcienza, che non ſolo inſegni d'abbracciar il bene: ma anche ſappi rifiutar il male 1. 2. qu. 111. art. 4. in corpore, & ad 4. doue apporta il detto di S. Agoſtino de Trinit. cap. 1. Aliud eſt ſcire tantummodo, quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, aliud ſcire quemadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur.

Et in 2. Sent. diſt. 22. quæſt. 1. art. 1. ſoggionge, che ſecondo la perfettione chriſtiana importa anche, che ſia ſcienza prattica. Sciendum eſt, quod ſcientia ſecundum rationem ſcientiæ non dicit aliquam cauſalitatem, aliàs omnis ſcientia cauſa eſſet, ſed in quantum eſt ſcientia artificis operantis res, ſic habet rationem cauſæ reſpectu rei operatæ: vnde ſicut eſt cauſalitas artificis per artem ſuam, ita conſideranda eſt cauſalitas diuinæ artis. *Onde doppo inferiſce*, Quod principalitas cauſalitatis conſiſtit penes voluntatem, quæ imperat actum. *E cosi doppo ſoggionge*: Scientiam Dei eſſe cauſam bonorum, ſecundum quod conſequuntur formam diuinæ artis, & finem, non tamen, quod reſpectu horum dicat perfectam cauſalitatem, niſi prout illi adiungitur voluntas.

Che però opuſc. de præſcientia, & prædeſt. in cap. 4. *dice*: Si præſcientia Dei accipiatur pro ſimplici notitia futurorum, certum eſt, quod ipſa non eſt cauſa rerum præſcitarum. Et ideò licet præſciat res futuras, non tamen eis neceſſitatem imponit.

Et 2. 2. qu. 171. art. 6. ad 2. Diuina præſcientia reſpicit futura ſecundum quod ſunt in ſuis cauſis, in quantum ſcilicet videt ordinem cauſarum ad effectum, &c.

Hora dunque quali ſono le cauſe del noſtro profitto, e nella gratia, e nelle Virtù?

Riſponde

Risponde primieramente in 4. Sent. disi. 17. quæst. 2. art. 2. in c. Che Ex parte formarum prior est culpæ remissio in genere causæ materialis, sed gratiæ infusio prior in genere causæ formalis, quia culpæ remissio est dispositio ad gratiæ infusionem. *Onde non possono star insieme l'infusione della Diuina Gratia con l'affetto al peccato, l'amor di Dio, e l'amore all'offesa di Dio 2: 2. quæst. 24. art. 11. Perche se consideriamo la Carità* Ex parte Spiritus Sancti mouentis animum ad diligendum Deum, ex hac parte charitas impeccabilitatem habet ex virtute Spiritus Sancti, qui infallibiliter operatur quodcumque voluerit. Vnde impossibile est hæc duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem mouere ad actum charitatis, & quod ipse charitatem amittat peccando.

Et 1. 2. qu. 112. art. 3. Præparatio ad gratiam, secundum quod est à Deo mouente, habet necessitatem ad id, quod ordinatur à Deo.

Siche il primo passo nella via di Dio è leuar li ostacoli alla Diuina gratia, che sono le macchie de' peccati, delle quali dice il S. D. in 4. Sent. dist. 18. q. 1. a. 2. quæstiunc. 1. ad 1. Quamuis ad ipsam priuationem gratię nõ differant, differunt tamen quantum ad causam, ex qua macula consequitur; & secundum hoc etiam quodlibet peccatum vnam maculam addit, in quantum nouum obstaculum gratiæ ponit.

Il qual ostacolo in consequenza ci impedisce poi la visione diuina, in cui stà la nostra beatitudine, q. 4. de malo a. 1. ad 14. Dicendum, quod carentia diuinæ visionis dupliciter conuenit alicui. Vno modo sic, quod non habeat in se, vnde possit ad diuinam visionem peruenire. Et sic carentia diuinæ visionis competeret ei, qui in solis naturalibus esset absque peccato. Alio modo potest alicui competere carentia visionis hoc modo, vt habeat in se aliquid, ex quo debeatur ei, quod careat visione diuina. Et sic carentia visionis diuinæ est pœna, & originalis; & actualis peccati.

Il qual peccato mentre non si toglie, sempre resta il reato alla detta pena della priuatione alla diuina visione In 4. dist. 16. quæst. 2. art. 1. in respons. ad 1. Peccatum quodlibet potest dimitti, vel remitti quoad duo scilicet quantum ad culpam, & quantum ad reatum. Non autem potest esse secunda remissio sine prima, quia quandiù manet culpa, manet debitum pœnæ. Culpa autem in deordinatione voluntatis consistit. Vnde non potest culpa remitti, nisi reordinetur voluntas, quod esse non potest, quandiù in ipsa deordinatione manet, aliàs duo opposita essent simul vera, &c.

Che però dice il S. D. in 4. dist. 7. qu. 1. art. 3. quæstiunc. 2. in c. Gratia, quæ datur ad rectè viuendum, & peccatorum remissionem, per prius respicit voluntatem, quàm alias potentias, per eam enim peccatur, & rectè viuitur, & ideò oportet, quod infusio gratiæ iustificantis

cantis ſit ſecundum talem modum, qui voluntati competat. *Affinche anche fortificata dalla gratia poſſa indi ſchiuar i peccati, eſſendoche, ſe bene come dice il S. M. nella P. 2. quæſt. 109. art. 8.* Antequam reparetur per gratiam iuſtificantem, poteſt ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundum aliquod tempus: quia non eſt neceſſe, quod continuò peccet in actu; ſed quod diù maneat abſque mortali, eſſe non poteſt, *maſſime ſtanti le ferite, che ſeco porta il peccato mortale, come lo accenna iui quæſt. 85. art. 3.* In quantum ergo ratio deſtituitur ſuo ordine ad verum, eſt vulnus ignorantiæ in quantum verò voluntas deſtituitur ordine ad bonum, eſt vulnus malitiæ: In quantum verò iraſcibilis deſtituitur ſuo ordine ad arduum, eſt vulnus infirmitatis: in quantum verò concupiſcentia deſtituitur ſuo ordine ad delectabile moderatum ratione, eſt vulnus concupiſcentiæ. Sic igitur iſta quatuor ſunt vulnera inflicta toti humanæ naturæ ex peccato Primi Parentis. *Et indi ſoggionge* Sed quia inclinatio ad bonum virtutis in vnoquoque diminuitur per peccatum actuale, vt ex dictis patet, etiam iſta ſunt quatuor vulnera ex alijs peccatis conſequentia, in quantum ſcilicet per peccatum, & ratio hebetatur, præcipuè in agendis, & voluntas induratur ad bonum, & maior difficultas benè agendi accreſcit, & concupiſcentia magis exardeſcit.

E finalmente ſoggionge ſopra quelle parole del Salmo 37. Curuatus ſum vſque in finem: Hæc incuruatio poteſt referri ad depreſſionem animi propter grauedinem peccati: quia peccata faciunt ſicut graue onus, quod hominem incuruat, & facit terram aſpicere. Ita peccata faciunt inferiora aſpicere, & non permittunt per affectum tendere ad ſuperiora.

Si vede dunque la neceſſità, che ogn'vno hà della Diuina Gratia, la quale come dice Ad Hannibald. in 2. Sent. diſt. 5. quæſt. 2. art. 1. Habet duos effectus, quorum vnus eſt remiſſio culpæ, *del quale habbiamo trattato ſin hora. E l'altro effetto* eſt iuſtitiæ gratuitæ adeptio, *che ſeco porta il Choro di tutte le altre Virtù, che ci fanno meritar la Gloria* quæſt. 27. de Veritate art. 5. ad 17. Immeditatus effectus gratiæ eſt conferre eſſe ſpirituale, quod pertinet ad informationem ſubiecti, ſiuè ad iuſtificationem impij, quæ eſt effectus gratiæ operantis; ſed effectus gratiæ mediantibus virtutibus eſt elicere actus meritorios.

De quali dobbiamo ſempre più eſſer ſolleciti, che è la ſeconda ragione, che ci deue muouere di creſcer in ſapientia, & gratia coram Deo, & Hominibus. *Et eccone ſubbito la Dottrina dell'Angelico 2. 2. qu. 114. art. 8. in c.* Dicendum, quod illud cadit ſub merito condigni, ad quod motio gratiæ ſe extendit: motio autem alicuius mouentis non ſolùm ſe extendit ad vltimum terminum motus, ſed etiam ad totum progreſſum in motu:

motu: terminus autem motus gratiæ eſt vita æterna: progreſſus autem in hoc motu eſt ſecundum augmentum charitatis, vel gratiæ; ſecundum illud Prou. 4. Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectum diem, qui eſt dies gloriæ: Sic igitur augmentum gratiæ cadit ſub merito condigni.

Perilche ſi deue ſapere, come dice il S. M. 1. 2. qu. 114. art. 4. Quod humanus actus habet rationem meriti ex duobus: Primò quidem, & principaliter ex diuina ordinatione; ſecundum, quod actus dicitur eſſe meritorius illius boni, ad quod homo diuinitùs ordinatur: Secundò verò ex parte liberi arbitrij, in quantum ſcilicet homo habet præ cæteris creaturis, vt per ſe agat voluntariè agens: & quantum ad vtrumque principalitas meriti penes charitatem conſiſtit: Primò enim conſiderandum eſt, quod vita æterna in Dei fruitione conſiſtit: motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni eſt proprius actus charitatis, per quam omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem; ſecundum quòd aliæ virtutes imperantur à charitate: & ideò meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem; ad alias autem virtutes ſecundariò, ſecundum quod earum actus à charitate imperantur: Similiter etiam manifeſtum eſt, quod id, quod ex amore facimus, maximè voluntariè facimus: vnde etiam ſecundum, quod ad rationem meriti requiritur, quòd ſit voluntarium, principaliter meritum charitati attribuitur.

Mi diranno, ſe il merito s'attribuiſce principalmente alla charità, à che ſeruono le altre virtù?

Riſponde il S. D. quæſt. 6. de potentia art. 9. in c. In rebus naturalibus videmus, quod à cauſa vniuerſali omnes particulares cauſæ ſumunt efficaciam agendi, tamen effectus determinatus, & proprius attribuitur cauſæ particulari, ſicut patet de virtutibus actiuis inferiorum corporum reſpectu virtutis cœleſtis corporis, & de Orbibus inferioribus, qui etſi ſequantur motum primi Orbis, habent tamen ſinguli proprios motus: ita etiam eſt, & de virtutibus, quibus meremur. Nam omnes habent efficaciam mérendi à charitate, quę nos vnit Deo, à quo meremur, & voluntatem perficit, per quam meremur. Singulæ tamen Virtutes merentur ſingularia quædam præmia eis proportionaliter reſpondentia: ſicut Humilitas meretur exaltationem, & Paupertas regnum, &c.

Notiſi però qui vn'oſſeruatione dell'Angelico importante, che ſicome nella carità di Dio vi è la ſua differenza, così anche nelle altre virtù. Quanto à quella P. 2. quæſt. 109. art. 3. ad 1. Dicendum, quod natura diligit Deum ſuper omnia prout eſt principium, & finis naturalis boni: Charitas autem ſecundum quod eſt obiectum Beatitudinis, & ſecundum

quod

quod homo habet quamdam ſocietatem ſpiritualem cum Deo.

Secondo all'altre virtù. Quæſt. vnica de virtutibus in quæſt. diſput. art:10.ad 8. Dicendum,quod Temperantia infuſa,& acquiſita,exempli gratia, conueniunt in materia, vtraque enim eſt circa delectabile tactus, ſed non conueniunt in forma effectus, vel actus: licet enim vtraque quærat medium; tamen alia ratione requirit medium temperantia infuſa, quam temperantia acquiſita: nam temperantia infuſa exquirit medium ſecundum rationes legis diuinæ,quæ accipiuntur ex ordine ad vltimum finem: Temperantia autem acquiſita accipit medium ſecundum inferiores rationes, ſcilicet in ordine ad bonum præſentis vitæ.

Appariſce anche ciò nella Fede, regolata da lume ſopranaturale, e naturale. Quæſt. de veritate art:10. ad 10. *doue dice il S. M.* Quod Hæreticus aliqua credat, quæ ſupra naturalem cognitionem ſunt, non eſt ex aliquo habitu infuſo: quia ille habitus dirigeret eum in omnia credibilia æqualiter: ſed eſt ex quadam æſtimatione humana, ſicut Pagani aliqua de Deo ſupra naturam credunt.

Hora dunque ſicome dice S. Paolo 1.Cor.13. verſ.10. Cum venerit,quod perfectum eſt,euacuabitur, quod ex parte eſt. Quod intelligitur,*dice iui S. Tomaſo* De perfectione,quæ imperfectioni opponitur, tunc enim perfecto aduenient tollitur imperfectum, ſecus ſi non oponantur, *laſciando da parte tutti i motiui humani, & imperfetti, che poßono occorrere nell'eſſercitio delle Virtù. applichiamo l'animo à i più ſublimi, e perfetti; Che però ſoggionge l'Apoſtolo Ad Epheſ.5*. Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, *doue l'Angelico*; Cautio eſt quædam conditio prudentiæ, per quam aliquis vitat impedimenta agendorum, & hanc cautelam debent omnes habere.

E trà l'altre cautele, dice il S. D. lib. de Anima, *è mirar non alle coſe ſenſibili, mà alle intelligibili, non alle preſenti, mà alle abſenti, non alle temporali, mà alle eterne*. In Homine ſunt contrarij appetitus, quorum vnum Continentes ſequuntur, & alij repugnant. *Ilche ſegue*: quia poſſunt fieri appetitus contrarij ad inuicem, *ciòè*, cum ratio concupiſcentiæ contrariatur. Et fit,& accidit hoc in habente ſenſum temporis,ideſt qui non ſolùm cognoſcunt, quod in præſenti eſt, ſed conſiderant præteritum, & futurum, quia intellectus quandoque ab aliquo concupiſcibili retrahere iubet, propter futuram conſiderationem. Sicut cum febricitanti, ex iudicio intellectus videtur à vino abſtinendum eſſe; ne febris incaleſcat. Sed concupiſcentia incitat ad accipiendum illud, quod iam in præſenti eſt. Videtur enim, quod in præſenti eſt delectabile, eſſe ſimpliciter delectabile,& bonum

bonum, ex eo, quod non conſiderat futurum.

E doppo In Homine ſunt duo mouentia: ſcilicet appetitus, & intellectus, ita tamen, quod ſub intellectu Phantaſia comprehendatur, quæ habet aliquid ſimile intellectui, in quantum mouet ad abſentiam ſenſibilium ſicut intellectus, quia hæc etiam eſt principium motus. Multi enim homines prætermiſſa ſcientia intellectus, ſequuntur in ſuis motibus phantaſiam, ſicut illi, qui non ſecundum rationem agunt, ſed impetu mouentur ad aliquid agendum.

Per tanto ſicome dice parimente il S. M. ex lib. Phyſic. De principijs naturæ loco citato. Cum ars imitatur naturam, oportet, quod ſic ſe habeat ſciētia artificialis circa artificialia, ſicut ſe habet ſciētia naturalia circa naturalia: ſed eiuſdem ſcientiæ artificialis eſt cognoſcere materiam, & formam vſque ad aliquem certum terminum, ſicut Medicus cognoſcit ſanitatem, & formam, & choleram, & flegma, & huiuſmodi, ſicut materiam, in qua eſt ſanitas. Nam in temperatione humorum ſanitas conſiſtit.

Cosi nella ſcienza, e prattica delle virtù dobbiamo ſapere, come ſi può auanzar l'anima noſtra, e'l ſuo principio, e fine; eſſendo che, come pure inſegna il S. D. 1. p. qu. 77. a. 3. Ex his duobus actio ſpeciem recipit, ſcilicet ex principio: vel ex fine, ſeu termino.

Ilche ſpiega eccellentemente lui medeſimo 1. 2. *qu.* 55. *a.* 4. *apportando la ſpiegatione della virtù, che ſi definiſce*: Bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nullus malè vtitur; quam Deus in nobis ſine nobis operatur, *dice dunque coſi* Dicendum, quod iſta definitio perfectè complectitur totam rationem virtutis: perfecta enim ratio vniuſcuiuſque rei colligitur ex omnibus cauſis eius: comprehendit autem prædicta definitio omnes cauſas virtutis.

Cauſa namque formalis virtutis, ſicut, & cuiuſlibet rei accipitur ex eius genere, & differentia, cum dicitur bona qualitas: genus enim virtutis qualitas eſt, differentia autem bonum: eſſet tamen conenientior definitio ſi loco qualitatis habitus poneretur, qui eſt genus propinquum: Virtus autem non habet materiam ex qua, ſicut nec alia accidentia, ſed habet materiam circa quam, & materiam, in qua; ſcilicet ſubiectum: materia autem circa quam eſt obiectum virtutis; quod non potuit in prædicta definitione poni: eo quod per obiectum determinatur virtus ad ſpeciem; Hic autem aſſignatur definitio virtutis in communi: vnde ponitur ſubiectum cauſæ materialis, cùm dicitur, quod eſt bona qualitas mentis. Finis autem virtutis cum ſit habitus operatiuus, eſt ipſa operatio.

Sed notandum, quod habituum operatiuorum aliqui ſunt ſemper ad malum, ſicut habitus vitioſi: aliqui verò quandoque ad bonum,

& quandoque ad malum, ſicut opinio ſe habet ad verum, & falſum: Virtus autem eſt habitus ſemper ſe habens ad bonũ: & ideò, vt diſcernatur virtus ab his, quæ ſemper ſe habent ad malum, dicitur, qua rectè viuitur: vt autem diſcernatur ab his, quæ ſe habent quandoque ad bonum, quandoque ad malum, dicitur, qua nullus malè vtitur.

Cauſa autem efficiens virtutis infuſæ (de qua definitio datur) Deus eſt. propter quod dicitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur: quę quidem particula ſi auferatur, reliquum definitionis erit commune omnibus virtutibus, & acquiſitis, & infuſis.

De hac vide 2. Sent. d. 27. a. 2. 3. S. d. 23. qu. 1. a. 2. quæſt. de verit. art. 2.

E come Iddio ſia cauſa efficiente, l'aſſegna parimente quæſt. 27. de verit. art. 1. ad 2. Perche dice il S. M. Deus viuificat animam, non ſicut cauſa formalis, ſed ſicut cauſa efficiens: vnde aliqua forma cadit media: ſicut Pictor facit parietem album effectiuè mediante albedine: albedo verò nulla forma mediante: quia facit album formaliter.

Hor ſe il Signor'Iddio è cauſa efficiente della gratia, e delle virtù nell'anime noſtre, come vorrà mai, che ſiano otioſe? quæſt. 3. de potentia art. 7. Non ſic eſt intelligendum, quod Deus in omni re naturali operetur, quaſi res naturalis nihil operetur; ſed quia in ipſa natura, vel voluntate operante Deus operatur. Quod qualiter intelligi poſſit, oſtendendum eſt. Sciendum namque eſt, quod actionis alicuius rei res alia poteſt dici cauſa multipliciter: Vno modo, quia tribuit ei virtutem operandi, ſicut in 8. *Phyſic.* dicitur quod Generans mouet graue, & leue, in quantum dat virtutem, per quam conſequitur talis motus. Et hoc modo Deus agit omnes actiones naturæ, quia dedit rebus naturalibus virtutes, per quas agere poſſunt, &c.

Alio modo dicitur vna res eſſe cauſa actionis alterius, in quantum mouet eam ad agendum: in quo non intelligitur collatio, aut conſeruatio virtutis actiuæ, ſed applicatio virtutis ad actionem: ſicut homo eſt cauſa inciſionis cultelli ex hoc ipſo, quod applicat acumen cultelli ad incidendum, mouendo ipſum. Et quia natura inferior agens non agit, niſi mota, eo quod huiuſmodi corpora inferiora ſunt alterantia, Cœlum autem eſt alterans non alteratum, & tamen non eſt mouens, niſi motum, & hoc non ceſſat, quouſque perueniatur ad Deum: ſequitur de neceſſitate, quod Deus ſit cauſa actionis cuiuſlibet rei naturalis,, vt mouens, & applicans virtutem ad agendum.

Et eccone la ſua ragione anche molto à propoſito 3. c. Gent. cap. 13. Per gubernationem cuiuſcumque Prouidentis res gubernatæ deducuntur ad finem conuenientem. Vnde, & de Prouidentia Diuina *Gregorius Niſſenus* dicit, quod eſt voluntas Dei, per quàm omnia, quæ

ſunt,

ſunt, conuenientem deductionem accipiunt. Finis autem vltimus cuiuſlibet creaturæ eſt, vt conſequatur diuinam ſimilitudinem, ſicut ſupra oſtenſum eſt.

Ilche ſe milita in tutte le altre creature, tanto più in noi mediante la ſua diuina gratia, è virtù infuſa in 2. diſt. 26. quæſt. 1. art. 4. ad 3. Dicendum, quod bonitas, quam virtus habenti confert, eſt bonitas perfectionis in comparatione ad opus; ſed gratia confert animæ perfectionem in quodam Diuino eſſe, & non ſolùm reſpectu operis: ſecundum, quod quodammodo gratiam habentes Deiformes conſtituit.

E finalmente per parte di Dio ſa parimente à propoſito la Dottrina, che apporta l'Angelico 1. 2. quæſt. 91. art. 4. doue tratta. Vtrum fuerit neceſſarium eſſe aliquam legem diuinam; *e riſponde in tal modo in riſtretto, che perche* Homo ordinatur ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanæ, ideò neceſſarium fuit, vt ſupra legem naturalem, & humanam dirigeretur etiam ad ſuum finem lege diuinitùs data.

La quale è certo, che promoue alli atti virtuoſi a' ſuoi tempi, e luoghi 2. 2. q. 90. art. 1. in c. Dicendum, quod lex quædam regula eſt, & menſura actuum, ſecundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur: dicitur enim lex à ligando, quia obligat ad agendum.

Hor mi diranno e quali ſono le ragioni per parte noſtra di oſſeruar le diuine leggi, e creſcer ſempre nelli atti virtuoſi, in gratia, & ſapientia, &c. *Mediante vn poco di reſpiro lo vedremo nella*

SECONDA PARTE.

Torniamo da S. Tomaſo, che ſempre procede con buon ordine nelle ſue proue, e dottrine: a punto come lui inſegna opuſc. 34. *doue dice: che* Opus ſapientis oportet eſſe ordinatum. Hoc enim propriè ad Sapientem dicimus pertinere, vt omnia congruo ordine diſponat. *Ilche propriamente occorre à i Santi come lui. Ad Epheſ. 1. verſ. 8.* Deus det vobis illuminatos oculos cordis veſtri, *doue egli ſteſſo ſoggionge:* Videtur etiam Deus in via. Sancti enim, qui habent cor repletum iuſtitia, vident excellentius, quàm alij, qui vident per effectus corporales, quantò enim ſunt effectus propinquiores Deo, tantò magis cognoſcitur per illos.

A noi adeſſo alla riſolutione del Quesito tanto importante. S. Tomaſo P. 2. q. 46. a. 5. ad 1. dice che: ea, quę ſecundùm ſe appetuntur ſine menſura appetuntur, vt Philoſoph. dicit 1. Polit. Hinc auarus amat diuitias, infirmus ſanitatem abſque menſura. *E Dio vltimo noſtro fine come dobbiamo*

mo amarlo? Dice il S. D. Quodlib. 8. art. 4. Che Duplex est cognitio charitatis. Vna, qua cognoscitur quid est charitas. Alia qua charitas percipitur, vt cum aliquis cognoscit, se charitatem habere, quod pertinet ad cognitionem an est. Prima quidem cognitio charitatis eodem modo competit habenti, & non habenti. Nam intellectus humanus natus est rerum quiditatē comprehendere. Sed secundum alium modum cognoscendi charitatem, charitas non percipitur à nostro intellectu, nisi per hoc, quod actus percipiuntur, vt patet per Philosophum in decimo Ethic. Actus autem charitatis eliciuntur ab ipsa charitate, & per hunc modum dicitur aliquis, se cognoscere habere charitatem per ipsam essentiam, quam habet in rerum natura, & non solum in intellectu. *E così in tal modo* nullus potest cognoscere charitatem, nisi charitatem habens, quia actus charitatis, & aliarum virtutum præcipuè consistunt in motibus interioribus, qui non possunt esse cogniti, nisi operanti.

Hor lasciando da parte la charità speculatiua, veniamo alla prattica. Chi potrà mai satiarsi d'amar Dio, dal cui amore riceue l'anima nostra tanta perfettione? P. 2. quæst. 28. art. 5. Dicendum, quod sicut supra dictum est, amor significat coaptationem quamdam appetitiuæ virtutis ad aliquod bonum. Nihil autem, quod coaptatur ad aliquid, quod est sibi conueniens, ex hoc ipso læditur, sed magis si fit possibile, proficit, & melioratur, quod verò coaptatur ad aliquid, quod non est sibi conueniens, ex hoc læditur, & deterioratur. Amor ergo boni cōuenientis est perfectiuus, & melioratiuus amantis: amor autem boni, quod non est conueniens amanti, est læsiuus, & deterioratiuus amantis. Vnde maximè homo perficitur, & melioratur per amorem Dei: læditur autem, & deterioratur per amorem peccati, secundum illud Oseæ 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt.

E questa perfettione non ci deue parer impossibile, essendo che come dice il S. M. lib. 2. Sent. ad Hannibald. dist. 16. art. 3. in c. Ex ipsa natura humana mens habet, quod possit esse capax Dei, *e la sua capacità consiste* in hoc, quod Deum actualiter capit, quod fit per gratiam, & virtutes.

E se alcuno dira, anche Iddio è nelle pietre per essenza, presenza, e potenza, che differenza dunque vi sarà trà le pietre, e noi?

Risponde il S. M. in 1. Sent. ad Hannibald. dist. 14. art. 3. ad 2. Dicendum, quod licet Spiritus Sanctus fuerit in iustificato ante iustificationem aliquo modo, non tamen fuit in eo, vt ab ipso habitus; sicut non dicimus, quod lapis habeat Spiritum Sanctum, quamuis sit in eo per essentiam, præsentiam, & potentiam: & ideò quando incipit esse in homine, vt ab eo habitus, tunc dicitur sibi dari.

Ilche si fà mediante i suoi doni 2. 2. qu. 52. art 3. Dicendum, quod sicut

dictum

dictum est, dona Spiritus Sancti ad hoc pertinent, quod creatura rationalis moueatur à Deo. Circa motionem autem humanæ mentis à Deo duo considerari oportet. Primò quidem, quod alia est dispositio eius, quod mouetur, dum mouetur. Et alia dum est in termino motus. Et quidem quando mouens est solum principium mouendi, cessante motu, cessat actio mouentis super mobile, quod iam peruenit ad terminum, sicut domus postquam ædificata est, non ædificatur vlterius ab ædificatore. Sed quando mouens non solum est causa mouendi, sed etiam est causa ipsius formæ, ad quam est motus, tunc non cessat actio mouentis etiam post adeptionem formæ. Sicut Sol illuminat aerem, etiam postquam est illuminatus. Et hoc modo Deus causat in nobis, & virtutem, & cognitionem, non solum quando primò acquirimus, sed etiam quamdiù in eis perseueramus.

E non ci deue parer difficile, che il Signor Iddio si communichi in più modi alle sue creature dice S. Tomaso in 2. Sent. dist. 18. quæst. 2. art. 2. in c. Perche come insegna iui In naturalibus agentibus actio sequitur ex necessitate formæ, vnde secundum vnitatem formæ oportet esse vnitatem in effectu; Sed in Diuinis actio sequitur intellectum, & ideò secundum quod diuersa ab vno possunt intelligi, ita diuersi effectus ab vno immediatè procedere possunt, & secundum hoc multitudo à Deo processit, prout se intellexit, vt idæam plurium, idest vt participabilem diuersimoda imitatione.

E così Sua Diuina Maestà cibà resi capaci sopra le altre creature inferiori di questa diuersa imitatione, essendo che come dice iui Ad 2. In vn certo modo Infinitatem habet anima rationalis tam ex parte intellectus agentis, quo est omnia facere, quam ex parte intellectus possibilis quo est omnia fieri, & cuius est formam vniuersalem recipere, in qua sunt potentia infinita singularia.

E però non è da marauigliarsi, che l'huomo possa crescer nella sapienza, nella gratia, e in tutte le virtù ad imitatione di Christo, che è l'Idea parimente imitabile da ciascuno di noi, & in questo per tanto dobbiamo metter la nostra gloria in questo mondo, come dice il medesimo Angelico riferito da Cornelio à Lapide in fine del cap. xv. in Ierem. Sãcti non gaudent, nec gloriantur, nisi in bono virtutis maximè triplici, scilicet Primò in tribulationum passione Rom. 5. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Secundò in Proximorum conuersione 2. *Cor.* 7. Multa mihi fiducia est apud vos, multa gloriatio pro vobis. Tertiò in conscientiæ puritate 2. *Cor.* 1. Gloria nostra hæc est, Testimonium conscientiæ nostræ.

Secundò gloriantur Sancti in Deo, scilicet, Primò in diuina dilectione, ostensa per passionem Christi *Galat.* vlt. Mihi absit gloriari, nisi

in

in Cruce Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Secundò in Diuina cognitione Ieremiæ 9. In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe me. Tertiò in diuina imitatione Eccl. 23. Gloria magna eſt ſequi Dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

Mà come mai potiamo noi pouere craature imitar il Creatore eſſendo tanto diſtanti da eſſo? Riſponde l'Angelico Opuſc. de diuinis moribus *ſopra quelle parole dette da Chriſto S. N.* Perfecti eſtote ſicut, & Pater veſter perfectus eſt, *doue ſoggionge*: In Sacra Scriptura nihil nobis impoſſibile conſulitur, vel præcipitur. In hoc verbo Domini Ieſu non ſunt nobis præcepta facta diuina, vel mores diuini, ad quos nemo perfectè poteſt attingere: Sed inuitamur, vt ad eos imitandos pro poſſibilitate noſtra accedere ſtudeamus: quia hæc poſſumus mediante gratia, & debemus, & nihil digniùs: vt dicit Ioan. Epiſcopus, quam vt homo ſui conditoris ſit imitator, & ſecundum modum propriè facultatis diuini operis executor.

E ſe pure alcuno deſidera, che ſi metta in termini la difficoltà della noſtra diſtanza da Dio: Che Nullus mouetur ad infinitum: vt Philoſophus dicit in 1. Cœli, & Mundi, quia omnis motus eſt propter conſecutionem termini, qui non inuenitur in infinito: ſed Deus in infinitum diſtat à nobis *adunque non potiamo eſſer perfetti come lui, comunque ſi ſia.*

Riſponde il S. Opuſc. 70. Dicendum, quod cum Deus in infinitum à creatura diſtet: nulla creatura mouetur in Deum, vt ipſi adequetur, vel recipiendo ab ipſo, vel cognoſcendo ipſum. Hoc igitur, quod creatura in infinitum diſtat, non eſt terminus motus creaturæ: ſed quælibet creatura mouetur ad hoc, quòd Deo aſſimiletur plus, & plus quantum poteſt: *Sicome parimente ſegue nel di lui conoſcimento*, Quod humana mens debet ſemper moueri ad cognoſcendum de Deo plus, & plus ſecundum modum ſuum, Vnde dicit Hilarius: Qui piè infinita perſequitur, etſi non contingat aliquandò, tamen proficiet prodeundo.

E finalmente ſuper Boetium de Trinit. Opuſc. 70. Dicendum, quòd cum perfectio hominis conſiſtat in coniunctione ad Deum, oportet quod homo ex omnibus, quæ in ipſo ſunt, quantum poteſt ad diuina innitatur, & adducatur, vt intellectus contemplationi: & ratio inquiſitioni diuinornm vacet, ſecundum illud Pſal. Mihi adhærere Deo, bonum eſt. Et ideò Philoſophus in 10. Ethic. excludit dictum quorundam, qui dicebant, quod homo non debebat ſe de rebus diuinis intromittere, ſed ſolum de humanis.

Che però ſe bene, come dice S. Agoſtino portato dal medeſimo S. D. in 1. *c. lo. lect.* 3. Comprehendere Deum impoſſibile eſt, *Però almeno* attingere mente, magna beatitudo eſt. *Et à queſto fine ſoggionge iui num.* 70.

Filius

Filius Dei carnem assumere venit in mundum, vt illuminaret gratia. & veritate omnes homines. Io. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati. Item infra 9. Quamdiù in mundo sum, lux sum mundi: Et ideò non dicit lux Iudæorum: quia licèt olim tantum in Iudea notus esset; tamen posteà toti mundo innotuit. Isa. 49. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.

Conuiene dunque se desideriamo esser salui caminar alla perfettione, che ci hà insegnato il Verbo incarnato, poiche questa è la vera strada, come così lo conclude l'Angelico Opusc. 1. c. 172. Considerandum est autem, quòd si est determinata via perueniendi ad aliquem finem, illum finem consequi non possunt, qui per contrariam viam incedunt, aut à via recta deficiunt. Non enim sanatur æger, si contrarijs vtatur, quæ Medicus prohibet: nisi fortè per accidens. Est autem determinata via perueniendi ad fœlicitatem, per virtutem scilicet; non enim consequitur aliquid finem suum, nisi quod sibi proprium est operando. Neque enim planta fructum faceret, si naturalis operationis modus non seruaretur in ipsa. Neque Cursor perueniret ad brauium, aut miles ad palmam, nisi vterque secundum proprium officium operaretur. Rectè autem operari hominem propriam operationem, est operari ipsum secundum virtutem: Nam virtus vniuscuiusque rei est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, vt dicitur in 2. Ethic. Cum igitur vltimus finis hominis sit vita æterna, non omnes ad eam perueniunt: sed soli, qui secundum virtutem operantur. *Ilche prego, che vi conceda il Signor' Iddio.*

Amen.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. *Ioan.* cap. 2.

AN Tomaſo in Ariſt. De Anima lib. 3. lect. 8. *inſegna, che il noſtro intelletto* antequam haberet habitum ſcientiæ, qui eſt primus actus, non poterat operari cum vellet, ſed oportebat, quod ab altero reduceretur in actum, ſed quando iam habet habitum ſcientiæ, qui eſt actus primus, poteſt cum voluerit, procedere in actum ſecundum, qui eſt operatio: *Et all'hora ſoggionge* Cum intellectus actu intelligit, ſpecies intelligibiles ſunt in eo ſecundum actum perfectum; Cum autem habet habitum ſcientiæ, ſunt ſpecies in ipſo intellectu medio modo inter potentiam puram, & actum purum. *Vediamo dunque queſta mattina, ſe medianti l'intelletti ſecondi dell'Angelico, e delli altri Santi Padri poſſiamo arriuar à qualche vera, perfetta, e profitteuole intelligenza del corrente Euangelo; poiche come parimente inſegna la noſtra S. Madre Tereſa* De Via perfectionis cap. xi. Qui Deum verè, & ſincerè diligunt, omne quod bonum eſt, amant, quærunt, ambiunt, promouent, laudant; bonis quoque ſemper ſe iungunt, fauent, & auxiliantur: ad hæc aliud non amant, quàm veritates, &c.

Hor quali belle verità ci porge l'Euangeliſta ſopra il citato Tema. Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ? *Se vorranno hauer vn poco di patienza, hor hora gliele ſpiego con la maggior breuità, che mi ſarà poſſibile conforme all'auuiſo pure del S. D. il quale ſopra quel paſſo di S. Paolo Ad Hebr. 13.* Rogo vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij, etenim perpaucis ſcripſi vobis, *coſi auuiſa:* Sermones breues valdè accepti ſunt, quia ſi ſunt boni, auidiùs audiuntur, ſi verò mali, parùm grauant. *Attenti dunque, e ſon da capo.*

E prima ſi deue auuertire, che chi viene alla Predica, deue procurar di intenderla, e non dormire, come dice S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 173. art. 4. Intelligentia eſt opus in viſione: & ratio eſt, quia Prophetiæ donum perficit hominem humano modo, & perfecto: loqui autem ſine intelligentia eorum, quæ dicuntur, non pertinet ad perfectionem humanam: ſed eſt potius amentium, & ſomniantium, & aliquo modo vſu rationis carentium, &c.

E più ſopra quel teſto di S. Marco 1. c. 13. num. 21. Si qnis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus: ecce illic: ne credideritis: *dice il S. D.* Notandum, quod vera doctrina ſit in publico. Matth. 10. Quod dico

vobis

vobis in occulto, dicite ſuper tecta. Et Prouerb. 1. Sapientia dat vocem in plateis. At verò falſa doctrina quærit angulos. Deſertum, eſt locus occultus, quia caret hominibus; vel quia eſt intercluſus; infideles, & hæretici dum fideles ſunt in ſocietate, vel congregatione, non poſſunt decipere: ſed nituntur, quod à ſocietate ſeparentur, & tunc decipiunt.

Che però ſcriuendo il S.D. contra Aueroyſtas Opuſc. 16. de veritate intellectus cosi conclude num. 70. Hæc igitur ſunt, quæ in deſtructionem prædicti erroris conſcripſimus, non per documenta fidei: ſed per ipſorum Philoſophorum rationes, & dicta. Si quis autem gloriabundus de falſi nominis ſcientia velit contra hæc, quæ ſcripſimus aliquid dicere, non loquatur in angulis, nec coram pueris, qui neſciunt de cauſis arduis iudicare: ſed contrà hoc ſcriptum ſcribat: ſi audet: & inueniet non ſolum me, qui aliorum ſum minimus: ſed multos alios, qui veritatis ſunt cultores, per quos eius errori reſiſtetur, vel ignorantiæ conſuletur. *A noi adeſſo, & al propoſito publico del noſtro Aſſunto.*

Vgone Cardinale ſopra queſto paſſo dice, che, Moraliter ſunt multiplices nuptiæ. Primæ ſunt inter Deum, & humanam naturam factæ, quando Chriſtus quaſi infatuatus amore noſtro noſtram naturam ſibi copulauit, ſicut aliquis dines homo infatuatus amore alicuius vilis ācillæ, eam aſſumit in coniugem. De iſto amore dicit Bernardus, O amoris vis? amore quid violentius! ſolus amor triumphat de Deo.

Secundæ nuptiæ ſunt inter Chriſtum, & Eccleſiam: Vnde Epheſ. 5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut, & Chriſtus Eccleſiam. Auguſtinus tractatu 9. in Ioannem: Nec illæ, quæ virginitatem Deo vouent, ſine nuptijs ſunt: Nam & ipſæ pertinent ad nuptias cum tota Eccleſia, in quibus nuptijs Chriſtus eſt Sponſus.

Tertiæ nuptiæ ſunt inter Deum, & animam: Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in iuſtitia.

Hor qui entra la ſanta curioſità d'ogn'vno, che mi aſcolta, e mi dice; Sara mai l'anima mia fatta degna di cosi nobile ſpoſalitio? Certè *dice la noſtra Serafica Maeſtra* in Caſtello Animæ cap. 1. magni in omnem partem refert ſcientiam habere, & litteras noſſe. Ne turres ſine fundamento ædificemus, *ſoggionge* Manſ. 7. cap. 4.

E S. Tomaſo Opuſc. 73. in prohemio ſoggionge alla Santa. Omnis homo à natura non degenerans veritatem amat: & eam ſcire ſuper omnia deſiderat. Quam ſi quis concupiſcit vero corde, & eam quæſierit in ſimplicitate cordis ſui: ipſa ſeipſam manifeſtabit: & Deus, qui hoc promittit verax eſt; & eam præbet diligentibus ſe: ſicut ſcriptum eſt Sap. 6. Præocupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat.

Quali dunque ſono i fondamenti, e le ragioni di queſto Diuino Spoſalitio tanto degno, e importante da ſaperſi?

Andiamo prima da S. Tomaſo 1. p. q. 95. a. 5. ad 5. Ad hoc quod aliquis accipiat gratiam, requiritur conſenſus ex parte recipientis, cum per hoc perficiatur matrimonium quoddam ſpirituale inter Deum, & Animam.

Doue notiſi quella parola, ſpirituale, *dice il S. D. nelle Queſtioni Diſputate* Quæſt. De libro vitæ art. 1. ad 3. *Perche* in illis, quæ tranſlatiuè dicuntur de Deo, hoc eſt generaliter obſeruandum, quod ſecundum nullam imperfectionem in diuinam prædicationem aſſumantur, & ideo auferendum eſt quicquid ad materialitatem pertinet.

E cosi nel caſo noſtro, quando Dio ſi dice Spoſo, auuiſa S. Girolamo nella ſua Epiſtola Ad Euſtochium *ſopra quelle parole* Sacramentum hoc magnum eſt, propter quod relinquet homo Patrem, & Matrem, *che ciò s'itende, che* Erunt ambo iam non vt ibi in carne vna, ſed in Spiritu vno.

Conforme anche inſegna la noſtra Serafica Maeſtra Manſ. vii. c. 2. Iam alias dixi, eſto id genus comparationes hic adferam (quod aliæ aptiores non occurrant) ita tamen id intelligendum eſſe, non maiorem hic corporis memoriam haberi, quam ſi anima in ipſo non ageret, ſed ſolum ſpiritus foret.

Siche ſecondo l'Angelico è vero, che ſi celebra queſto nobiliſſimo matrimonio trà Dio, e l'Anima noſtra, mediante la Diuina gratia per parte dell'iſteſſo Iddio, & il conſenſo per parte della noſtra anima. Il qual conſenſo, come s'habbia da intendere lo ſpiega S. Bernardo Serm. 25. eſponendo quelle parole delle Sacre Canzoni cap. 4. v. 1. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea, &c. *doue dice il Santo: Perche non lo troua? E riſponde:* Habet Mundus iſte noctes ſuas, & non paucas: quid dico, quia noctes habet Mundus, cum penè ipſe ſit nox, & totus ſemper verſetur in tenebris? Nox eſt Iudaica perfidia, nox ignorantia Paganorum, Nox Hæretica prauitas. Nox etiam Catholicorum carnalis, animaliſue conuerſatio. An non nox vbi nō percipiuntur ea, quę ſunt Spiritus Dei? Sed & apud Hæreticos, vel Sciſmaticos quot Sectæ, tot noctes. Fruſtrà per has noctes iuſtitiæ Solem, & lumen quæritis veritatis, ideſt Sponſum, quia nulla ſocietas luci ad tenebras. *Fuori dunque da tante notti ſta l'anima da ſpoſarſi con Dio.*

Paßa auanti la Spoſa. Surgam, & circuibo Ciuitatem per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni *doue S. Ambrogio lib. 3.* De Virgin. Non eſt Chriſtus circumforaneus. Chriſtus enim pax eſt; in foro lites. Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas. Chriſtus fides eſt, in foro fraus, atque perfidia. Chriſtus Operator eſt: in foro inane otium. Chriſtus charitas eſt; in foro obtrectatio. Chriſtus in Eccleſia eſt: in foro Idola. Fugiamus ergò forum, fugiamus plateas.

Seguita

Seguita: Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem. Num quem diligit anima mea viditis?

Vgone qui, Vigiles, ideſt, Angeli, quibus totus Mundus cuſtodiendus deputatus eſt. Ad inueniendum ſiquidem Sponſum adiuuerunt me; Omnes enim ſunt adminiſtratorij Spiritus miſſi in miniſterium, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Inuentam autem à Vigilibus ſe dicit Sponſa, non ſe eos inueniſſe, ſolicitudinem eorum erga ſibi commiſſos homines inſinuans.

E fatta l'interrogatione ſubito dice: Paululum cum pertranſiſſem eos (ſublimius contemplando) inueni, quem diligit anima mea: nihil enim eſt dignius ſuper Angelos, niſi Sponſus: *Onde conclude:* Omnis ergo creatura pertranſeunda eſt; quaſi via, qua venitur ad Sponſum.

Mà di più: Etiam ipſe Sponſus in quantum homo pertranſeundus eſt quaſi via, non eſt amplectendus, vt finis, ſicut dicit Auguſt. Propter, quod ipſe ſe viam *Io.*14. Vocat, & veritatem, & vitam, ſed in quantum Deus eſt. Ego ſum, inquit, via, veritas, & vita *L'Anima dunque, che ſi ſpica da tutto il creato, quella ſola è degna di queſto Spoſalitio Diuino.*

*Perilche S. Agoſtino in Pſal.*3. *ſopra quel Verſo:* Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me: Noli aliud à Domino extra illum quærere, ſed ipſum Dominum quære, & exaudiet te, & adhuc te loquente dicet: Ecce adſum, Quid eſt, ecce adſum? Ecce præſens ſum, quid vis? quid à me quæris? Quidquid tibi dedero vilius eſt, quam ego. Me ipſum habe, me fruere, me amplectere. Nondum potes totum; ex fide continge me, & inhærebis mihi.

Quindi l'iſteſſo S. Agoſtino in Pſal. 102. Pecori bonum eſt implere ventrem, dormire, geſtire viuere, ſanum eſſe, generare. Tale tu bonum quæris? Cohæres Chriſti quid gaudes, quod ſocius es pecorum? Erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium, ipſe erit bonum, à quo tu in tuo genere factus es bonus, & omnia in genere ſuo facta ſunt bona, qui ſatiat in bonis deſiderium tuum.

*Idem in Pſal.*62. Amas diuitias? ipſe Deus tibi erit diuitiæ tuæ. Amas fontem bonum? Quid præclarius illa Sapientia? Quid lucidius? Quidquid hic poteſt amari pro omnibus tibi erit, qui fecit omnia tamquam adipe, & pinguedine repleatur Anima mea.

*In ſomma Iddio vuol eſſer tutto il noſtro amore, & all'hora ſe perfettamente l'amiamo, & acconſentiamo a queſto total amore, ſi paſſa queſto ſpoſalitio trà Dio, e l'Anima noſtra, dice S. Bernardo Serm.*85. *Perche l'Amore è il proprio abbracciamento.* Talis conformitas maritat Animam Verbo, cum cui videlicet diſſimilis eſt per naturam, ſimilem nihilominus ipſi ſe exhibet per voluntatem, diligens ſicut dilecta eſt. Ergò ſi perfectè

diligit, nupſit. Verè ſpiritualis, ſanctique connubij contractus eſt iſte. Parum dixi contractus, complexus eſt.

Felice dunque chi cosi ſi troua, poiche come ſoggiunge la noſtra S. Madre nelle Manſioni VII. cap. 2. In hac gratia Spiritualis matrimonij ſemper anima cum Deo ſuo in illo centro remanet. *Et ne apperta la ragione S. Tomaſo in 3. Sent. diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 4. Dicendum, quod in amore eſt vnio amantis ad amatũ: ſed eſt ibi triplex diuiſio. Ex hoc enim quòd amor trasformat amantem in amatum, facit amantem intrare ad interiora amati, & è contra, vt nihil amati amanti remaneat non vnitum, ſicut forma peruenit ad intima formati, & è conuerſo: & id ò amans quodammodo penetrat in amatum, & ſecundum hoc amor dicitur acutus. Acuti enim eſt diuidendo ad intima rei deuenire: & ſimiliter amatum penetrat amantem ad interiora eius perueniens. Et propter hoc dicitur, quod amor vulnerat, & quod transfigit iecur. Sed quia nihil poteſt in alterum transformari, niſi ſecundum quod à ſua forma quodammodo recedit, quia vnius vna eſt forma: ideò hanc diuiſionem penetrationis præcedit alia diuiſio, qua amans à ſeipſo ſeparatur in amatum tendens. Et ſecundum hoc dicitur amor extaſim facere, & feruere: quia quod feruet, extrà ſe bullit, & exhalat. Quia verò nihil à ſe recedit, niſi ſoluto eo, quod intra ſeipſum continebatur, ſicut res naturalis non amittit formam, niſi ſolutis diſpoſitionibus, quibus forma in materia retinebatur: ideò oportet, quod ab amante terminatio illa, qua infrà terminos ſuos tantum continebatur, amoueatur. Et propter hoc amor dicitur liquefacere cor, quia liquidum ſuis terminis non continetur, & contraria diſpoſitio dicitur cordis duritia.

Siche mediante la gratia di queſto diuino matrimonio Anima conformatur Deo; *Sicome* Ad hoc, quod aliqua Perſona Diuina mittatur ad aliquem per gratiam, oportet quod fiat aſſimilatio illius ad diuinam Perſonam, quæ mittitur per aliquod gratiæ donum. *E cosi per eſſempio*, Quia Spiritus Sanctus eſt amor per donum charitatis, anima Spiritui Sancto aſſimilatur. *P. P. quæſt.* 43. *art.* 5. *ad* 2.

E queſta è la più fina diuotione, che poſſa hauer l'anima noſtra, poiche, ſicome inſegna poi il S. M. nella 2. 2. *q.* 82. *a.* 1. *in corp.* Deuotio dicitur à deuouendo, vnde deuoti dicuntur, qui ſeipſos quodammodo Deo deuouent, vt ei ſe totaliter ſubdant: propter quod, & olim Gentiles deuoti dicebantur, qui ſeipſos Idolis deuouebant in mortem pro ſui ſalute exercitus, ſicut de duobus Decijs Titus Liuius narrat: vnde deuotio nihil aliud eſſe videtur, quàm voluntas quædam promptè tradendi ſe ad ea, quę pertinent ad Dei famulatum: vnde *Exodi* 35. dicitur, quòd multitudo filiorum Iſrael obtulit mente promptiſſima, atque deuota primitias Domino.

Mi

Mi diranno: E chi non haueſſe mai hauuto queſta diuotione, e deſideraſſe hora di hauerla, che rimedio? Riſponde S. Tomaſo iui art. 3. in corp. Dicendum, quod cauſa deuotionis extrinſeca, & principalis Deus eſt, de quo dicit Ambroſius ſuper Lucam, quod Deus, quos dignatur, vocat, & quem vult Religioſum, facit, & ſi voluiſſet Samaritanos ex indeuotis deuotos feciſſet. Cauſa autem intrinſeca ex parte noſtra oportet, quod ſit meditatio, ſeu contemplatio: dictum eſt enim, quod deuotio eſt quidam voluntatis actus ad hoc, quod homo prompte ſe tradat ad diuinum obſequium: omnis autem actus voluntatis ex aliqua conſideratione procedit, eo quod bonum intellectum eſt obiectum voluntatis: vnde, & Auguſtinus dicit in lib. de Trinit. quod voluntas oritur ex intelligentia, & ideò neceſſe eſt, quod meditatio ſit deuotionis cauſa, in quantum ſcilicet homo per meditationem concipit, quod ſe tradat diuino obſequio.

Ad quod quidem inducit duplex conſideratio: vna quidem, quæ eſt ex parte diuinæ bonitatis, & beneficiorum ipſius, ſecundum *Pſal.* 77. Mihi adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam: & hæc conſideratio excitat dilectionem, quæ eſt proxima deuotionis cauſa: alia vero eſt ex parte hominis conſiderantis ſuos defectus, ex quibus indiget, vt Deo innitatur, ſecundum illud *Pſal.* 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi? auxilium meum à Domino, qui fecit Cœlum, & terram: Et hæc conſideratio excludit præſumptionem, per quam aliquis impeditur, ne Deo ſe ſubijciat, dum ſuæ virtuti innititur.

Mà non voglio ometter vn'altro aiuto per la diuotione, che apporta iui parimente Ad 2. Dicendum, quod ea, quæ ſunt Diuinitatis, ſunt ſecundum ſe maximè excitantia dilectionem, & per conſequens deuotionem, quia Deus eſt ſuper omnia diligendus; ſed ex debilitate mentis humanæ eſt, quod ſicut indiget manuductione ad cognitionem Diuinorum, ita ad dilectionem per aliqua ſenſibilia nobis nota, inter quæ præcipuum eſt humanitas Chriſti, ſecundum quod in præfatione dicitur, vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur; & ideò ea, quæ pertinent ad Chriſti humanitatem, per modum cuiuſdam manuductionis maximè deuotionem excitant, cum tamen deuotio principaliter circa ea, quæ ſunt diuinitatis conſiſtat.

Concorda con queſta Dottrina parimente la N. S. M. nelle Manſioni VII. cap. 7. Nonnullis quoque Animabus videbitur, quod de Paſſione Domini, & minùs adhuc de Beatiſſima Virgine Maria, deque vita Sanctorum nullatenus poterunt meditari, ac cogitare; Quorum tamen memoria, & recordatio tam inſignem nobis fructum adfert, & tan-

toperè

topere animum confortat. Equidem non possum intelligere, quid tandem cogitant, dum ab omni re corporea ita se diuellunt; nam assiduè in amoris incendio agere, & inardescere, Angelicarum mentium proprium est, non nostrum, qui adhuc in corpore mortali sumus, quibus opus est, de ijs agere, cogitare, & cum ijs conuersari, qui hoc ipso in corpore constituti cum essent, tam heroica propter Deum facinora præstiterunt. Quantò ergo absurdiùs, & magis noxium vltrò, & de industria sequestrare nos velle ab vnico bono, & remedio nostro, Sacratissima inquam Saluatoris nostri Iesu Christi humanitate? Nam Dominus ipse asserit, & testatur, se viam esse, & lucem, neque quemquam ad Patrem, nisi per se venire posse, & qui videt me, videt, & Patrem meum.

In questo modo afferma iui la Santa: Illius Maiestas Animam paulatim disponit, & habilem efficit, quo tandem in animum inducat, & audeat, tam potenti se Domino coniungere, eumque in Sponsum eligere.

E ne assegna la sua ragione l'Angelico nella P. 2. quæst. 62. art. 3. in corp. Perche dice il S. Oportuit, quod aliquid homini supernaturaliter adderetur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalem.

Primò quidem quantum ad intellectum addūtur homini quędam principia supernaturalia, quæ diuino lumine capiuntur: & hæc sunt credibilia, de quibus est fides. Secundò verò est voluntas, quæ ordinatur in illum finem; & quantum ad motum intentionis in ipsum tendentem, sicut in id, quod est possibile consequi, quod pertinet ad Spem: Et quantum ad vnionem quamdam spiritualem, per quam quodammodo trāsformatur in illum finem, quod fit per charitatem.

Hora se è così, & habbiamo eletto tutti quanti siamo qui Iddio per Sposo, e Signore delle Anime nostre. Che cosa ci resta da riflettere. Sarà questo per la

SECONDA PARTE.

S. Tomaso opusc. 14. de natura verbi intellectus in fine *dice che* Deus, quia omnia vnico intuitu videt, vno verbo omnia dicit: Nos verò multa verba habemus propter imperfectionem intellectus nostri in intelligendo, & horum quædam oriuntur ex alijs: sicut verbum Conclusionis ex principijs: quædam verò non: sicut in rebus, quæ non habent connexionem ad inuicem, vt patet de lapide, & ligno: Quædam statim offeruntur intelligenti, quædam cum maiori: quædam cum minori discursu. *Hora dunque che cosa manca al discorso già fatto?*

Sentiamo quello ci vien detto in S. Matteo cap. 6. Nemo potest duobus Dominis

Dominis ſeruire, *doue S. Bonauentura*. O quam diſſimiles, *dice*, ſunt iſti duo Domini, Deus, & Diabolus! Primus enim eſt ſuauiſſimus, iuxta illud: Suauis Dominus vniuerſis, *Pſal.* 144. Secundus, crudeliſſimus, teſte Propheta: Tradam AEgyptum in manu Dominorum crudelium. *Iſa.* 19. Deo ſeruitur flendo per pœnitentiam: Diabolo, ridendo per laſciuiam: Vnde Chriſtus Dominus. Plorabitis, & flebitis vos, Mundus autem gaudebit *Io.* 16. Deo ſeruitur vigilando in cuſtodia contrà Diabolum. Diabolo ſeruitur dormiendo in negligentia contra Dominum. Hinc Apoſtolus: Non dormiamus, *dice*, ſicut, & cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus 1. *Theſſ.* Deo ſeruitur aſcendendo de virtute in virtutem vſque in Cœlum: Diabolo, deſcendendo de vitio in vitium vſque ad infernum. Quo inferri poteſt illud, aſcendunt montes, & deſcendunt campi *Pſal.* 103. Et illi quidem aſcendunt vſque ad Cœlos, iſti autem deſcendunt vſque ad abiſſos, *Et indi conclude*.

Cum ergo nemo poſſit duobus Dominis ſeruire, repudiemus alterum, ſcilicet, Diabolum, vt ſoli Deo ſeruiamus.

Sophon. 1. *Con ſeueriſſima minaccia dice Dio a quelli, che vogliono ſeruir à due Padroni*: Diſperdam, qui iurant in Domino, & iurant in Melchon, *Doue S. Girolamo*: Hi ſunt, qui ſæculo pariter, & Domino putant, ſe poſſe ſeruire, & duobus Dominis ſatisfacere, Deo, & Mammonæ, qui militantes Chriſto obligant ſe negotijs ſæcularibus, & eandem imaginem offerunt Deo, & Cæſari.

Che però Dauid diſe ſoleua dire: Confitebor tibi Domine in toto corde meo *Pſal.* 9. *doue Teodoreto*: Proprium eſt perfectorum hominum totum cor Deo dedicare, & omnem mentem ipſi conſecrare: qui enim partitur cogitationes in Mammonam, & Deum, in Chriſtum, & in aurum, in præſentem vitam, & in futuram non poteſt verè dicere: Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

In ſomma dice la Spoſa: Dilectus meus mihi, & ego illi *Cant.* 2. *doue Vgone Cardinale*: Dilectus meus mihi totus vixit, & totus mihi mortuus eſt, tota vita eius, & tota mors mihi fuit, ideſt, propter me, & ego illi ſimiliter tota viuam, & tota moriar.

Che è la confidanza, che ſeco porta la Carità, come dice il S. M. in 3. ſent. diſt. 23. quæſt. 1. art. 5. ad 5. Dicendum, quod cognitio, & affectio finis non ſufficiunt ad hoc, quod homo incipiat operari propter finem, niſi habeat fiduciam de conſecutione finis: quia aliàs nunquam incipiet operari, & præcipuè quando finis eſt eleuatus ſupra naturam operantis, & reputatur bonum ipſi operanti.

Che però dice il S. D. 2. 2. quæſt. 183. art. 4. In omni humano ſtudio eſt inuenire principium, medium, & finem; & ideò ſtatus ſpiritualis

ſer-

ſeruitutis, ac libertatis ſecundum tria diſtinguitur, principium, ad quod pertinet ſtatus incipientium; medium, ad quod pertinet ſtatus proficientium; & finem, ad quem ſtatus perfectorum ſpectat.

E di queſti vltimi ſoggionge il S. M. quæſt. 184. art. 2. Excedunt perfecti, quia ab illorum affectu excluditur non ſolum illud, quod eſt charitati contrarium, ſed etiam omne illud, quod affectum mentis impedit, ne totaliter feratur in Deum.

E di chi è tale, ſe le può dire ſoggionge Cant. 7. Caput tuum, vt Carmelus, *Perche* Caput Eccleſiæ Carmelo Monti comparatur: quia mens Sanctorum quadam conuerſatione ſublimis eſt per perfectum aſſenſum virtutum.

E vi concorda ſimilmente la noſtra Seraſica Maeſtra nelle cit. te Manſioni VII cap. 2. doue dice: Hic forſan locum habebit illud Apoſtoli: Qui adhæret Deo, vnus cum eo ſpiritus efficitur, quantum ſcilicet ad illud Diuinum matrimonium, præſupponit enim, Maieſtatem eius, iam per vnionem, animæ ſe coniunxiſſe: vnde, & addit: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Sic, & anima mihi hic dicere poſſe videtur, hic enim eſt, vbi papiliuncu lus, quem diximus, emoritur, & quidem ſummo cum gaudio, cum eius vita iam ſit Chriſtus.

E concorre qui parimente l'iſteſſo Angelico Opuſc. 63. Perche: Hoc teſtatur Spiritus Sanctus in Canticis: Oleum effuſum nomen tuum, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te: hoc eſt, tanta eſt ſuauitas, quæ à te Domine inceſſanter effunditur, quòd ad amorem tuum feruentes, & fortes animæ pertrahuntur. Sic cognoſcens Dominum Saulus per vocem dicentem. Ego ſum Ieſus Nazarenus: mox tractus fuit ad obediendum diuinæ voluntati dicens: Domine quid me vis facere? Sic, & Beata Maria Magdalena; vt cognouit, quod Ieſus accubuit in domo Phariſæi, ſtatim venit in feruore, afferens alabaſtrum vnguenti prætioſi. Tanta eſt enim in Deo iucunditas, & amabilitas, vt cognitus ab anima ſtatim ipſam ad ſe trahat, eamque vehementer in ſe abſorbeat ad ſimilitudinem adamantis, qui virtute ſua fortiter ferrum ad ſe trahit.

E così anche ci tira noi con tal forza, mentre è gionta la ſua amabilità à farſi huomo, affinche in tal ſembianza maggiormente foſſe amato da noi, e ci tiraſſe in tal guiſa ad eſſer Santi, e perfetti, & vn medemo ſpirito reſpettiuamente con lui. Opuſc. 6. cap. 5. contrà Græcos, doue inſegna, che voluntatis humanæ rectitudo conſiſtit in ordinatione amoris, qui eſt principalis affectio. Ordinatus autem amor eſt, vt Deum ſuper omnia diligamus, quaſi ſummum bonum. Et vt in ipſum referamus omnia, quæ amamus tanquam in vltimum finem: & vt in alijs amandis ſeruetur debitus ordo: vt ſcilicet corporalia ſpiritualibus poſtponamus. Ad prouo-

candum

candum autem noſtrum amorem in Deum nihil magis valere potuit, quàm quòd verbum Dei, per quod omnia facta ſunt; ad reparationem naturæ noſtræ eam aſſumeret, vt idem eſſet, & Deus, & homo: Primò quidem quia ex hoc maximè demonſtratur quantum Deus diligat hominem, quòd pro eius ſalute homo fieri voluit: nec eſt aliquid, quod ad amandum magis prouocet, quàm quod aliquis ſe cognoſcat amari. Deinde, quòd homo habens intellectum, & affectum ad corporalia depreſſum, ad ea, quæ ſuprà ſe ſunt de facili eleuari non poterat. Facilè autem eſt homini cuilibet, vt alium hominem diligat, & cognoſcat, ſed conſiderare diuinam altitudinem, & in eam ferri per debitum amoris affectum, non eſt omnium hominum: ſed eorum, qui per Dei auxilium cum magno ſtudio, & labore à corporalibus ad ſpiritualia ſubleuantur: vt ergo omnibus pateret via ad Deum, voluit Deus homo fieri: vt etiam paruuli Deum cognoſcere, & amare poſſent: quaſi ſimilem ſibi: & ſic per id, quod capere poſſunt, paulatim proficerent ad perfectum.

Et opuſc. 7. de duobus præceptis Charitatis. Manifeſtum eſt, quòd non omnes poſſunt ſcientiæ inſudare: & propterea à Chriſto data eſt lex breuis: vt ab omnibus poſſet ſciri, & nullus propter ignorantiam poſſit ab eius obſeruantia excuſari: & hæc eſt lex diuini amoris.

E per hauer queſt'amore, che vimedio? ſoggionge il S. opuſc. 7. de decem Præceptis: *ſpiegando quel Salmo*, Concaluit cor meum intrà me. Si ergo vis diuinum amorem conſequi, mediteris bona. Durus enim nimis eſſet, qui diuina beneficia, quę conſecutus eſt, pericula etiam, quę euaſit, & beatitudinem, quæ ſibi à Deo repromittitur, cogitans, ad diuinum amorem non accenderetur. Vnde Auguſtinus. Durus eſt animus hominis, qui etſi dilectionem nolit impendere, ſaltem non velit rependere.

E cosi anche ſi ſueglia maggiormente la deuotione ſoggionge il S. M. 2. 2. q. 82. a. 3. ad 1. Dicendum, quòd conſideratio eorum, quæ nata ſunt dilectionem Dei excitare, deuotionem cauſant. *Sicome all'oppoſito:* Conſideratio quorumcumque ad hoc non pertinentium, ſed ab eis mentem diſtrahentium, impedit deuotionem.

Dice quello: tal volta non ſento che pena, che non poſſo hauer diuotione, mà ſolo vna certa aridità, e ſtanchezza, che non poſſo applicarmi à niente, che mi conſoli, &c.

Riſponde l'Angelico in 4. cap. Ioannis lect. 1. *ſopra quelle parole:* Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Oſtendit infirmitatem, quamquam eſſet virtutis immenſæ, non defectum virtutis, ſed vt oſtenderet veritatem naturæ aſſumptæ. Nam ſecundum Auguſt. Ieſus fortis eſt: quia in principio erat verbum: ſed infirmus eſt: quia

Verbum caro factum eſt. Chriſtus ergo volens oſtendere veritatem humanæ naturæ, permitebat eam agere, & pati, quæ ſunt propria hominis: volens etiam oſtendere in ſe veritatem diuinæ naturæ, faciebat, & operabatur propria Dei. Vnde quando retrahebat influxum virtutis diuinæ à corpore, eſuriebat, & fatigabatur: quando verò ipſam virtutem diuinam corpori exhibebat ſine cibo, non eſuriebat, & in laboribus non fatigabatur. Vnde ieiunauit 40. diebus, & 40. noctibus. *Cosi auuiene talvolta à noi dice il S. D. lib. 4. contrà Gent. cap. 17. num.* 12. Reuelatio myſteriorum proprium opus Dei oſtenditur in ſcripturis. Dicitur enim *Daniel.* 2. eſt Deus in Cœlo reuelans myſteria. Item ibi *num.* 13. Interiùs docere proprium opus Dei eſt. Dicitur enim in *Pſal.* 43 de Deo. Qui docet hominem ſcientiam. *Et Daniel.* 2. Dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam *E pure tal volta reſta l'anima all'oſcuro, perche* ei diuina occultantur *ſoggionge il S. D. opuſc. 60. art. 14. E ſe bene vorrebbe, come dice la N. S. Madre Tereſa nel Caſtello dell'Anima cap. 1. Entrare in Conclaue*, in quo Rex noſter ſedem habet: tamen ei ianua occluditur. *E perche? la dice iui l'Angelico, per l'indignità dell'anima. E quà dice la Santa*: Vt probet nos Dominus: neque enim dubium eſt, quin ſi modo in hac rerum omnium expoliatione, & derelictione perſeueret, id quod cupit aſſequatur, hac tamen conditione, vt ſe velut ancillam inutilem reputet (vt olim Chriſtus ſuos monuit) ac nullum ſe Domino obſequium præſtitiſſe exiſtimet, ob quod ſibi tales is gratias præſtet; ſed tamquam, quæ plura ab eo acceperit, longè maius ſe debitum contraxiſſe, ac ei plura debere, &c. *E doppo*: Dominus dabit vobis ea, vt intelligatis, quo ex ariditatibus humilitatem, non autem inquietudinem colligatis, &c. *E poco prima; parlando anche delle aridità dell'Oratione dice, che*: ſunt interiores quædam moleſtiæ, ac tædia, quas multæ animæ bonæ tam graues patiuntur, vt intollerabiles videantur, & quidē nulla ſua culpa, è quibus eas Dñs ſemper non ſine magno lucro atque vtilitate tandem educit. *Eſſendo proprio di Dio come ripiglia S. Tomaſo in 14. cap. Io. lect.* 4. Vt qui bono vtitur dono ſibi conceſſo, amplioris gratiæ, & doni acceptionem mereatur, & qui malè vtitur, hoc ipſum, quod accepit auferatur ab eo. Nam vt legitur *Matth.* 25. Seruo pigro ablatum eſt talentum, quod acceperat à Domino ſuo: quia non benè eo vſus fuit; & datum eſt ei, qui acceperat quinque, cum quibus lucratus fuerat alia quinque. Sic ergo eſt de dono Spiritus Sancti. Nullus enim poteſt Deum diligere, niſi habeat Spiritum Sanctum. Non enim nos præuenimus gratiam Dei, ſed ipſa præuenit nos. Ipſe enim prior dilexit nos: vt dicitur 1. *Io.* 3. Et ideò dicendum, quòd Apoſtoli primò quidem receperunt Spiritum Sanctum, vt diligerent Deum, & obe-

dirent

dirent mandatis eius, ſed neceſſe erat ad hoc, vt ampliori plenitudine Spiritum Sanctum reciperent, quòd benè vterentur diligendo, & obediendo dono Spiritus Sancti priùs accepto. *E così à ſimili nelli altri caſi, &c. e tanto baſti.*

DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM,

Cum deſcendiſſet Ieſus de Monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & ecce leproſus veniens adorabat eum. &c. *Matth. c. 8.*

An Proſpero lib. 2. De vocatione Gentium. Gratia Dei, *dice*, in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet ſuadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, cor illuminando, & imbuendo affectionibus fidei. Hæc autem opitulatio, *ſeguita il Santo*, per innumeros modos, ſiuè occultos, ſiuè manifeſtos omnibus adhibetur. Quòd verò à multis refutatur, ipſorum eſt nequitia; quòd à multis recipitur, eſt gratiæ diuinæ, & voluntatis humanæ. *Però nota S. Gregorio pòrtato dà S. Tomaſo in Catena aurea ſuper cap. 20. Matthæi*: Ex hoc, duo penſare debemus: Primum eſt, vt de ſe quiſque minimè præſumat, quia etſi iam ad fidem vocatus eſt, vtrum ad Regnum eligendus ſit, neſcit. Secundum verò eſt, vt vnuſquiſque proximum ſuum, quem iacere in vitijs conſpicit, deſperare non audeat, quia diuinæ miſericordiæ diuitias ignorat, *come ſi vede nel Leproſo d'hoggi*; lepra enim *dice S. Gio. Criſoſtomo citato pur anche dall' Angelico nel corrente Euangelo in Catena aurea*, eſt peccatum Animarum noſtrarum, ideo ergò Dominns de altitudine Cœli, quaſi de excelſo Monte deſcendit, vt lepram peccatorum noſtrorum mundaret. *E perche non lo riſanò nel Monte? Riſponde Origene citato iui parimente in Catena*: Deorſum currit, & in Monte nihil dicit, quia tempus eſt omni rei ſub Cœlo, tempus doctrinæ, & tempus curationis.

Hor che bella Dottrina ci daranno S. Tomaſo, e li altri Sacri Dottori, perche ogn'vno ſij ſolecito di eſſer purgato de ſuoi peccati? Se haueranno la bontà di attender al diſcorſo, hor hora glielo apporto à gloria di Dio, e profitto di tutti: Poiche come inſegna il S. D. nell' vltima queſtione de ſuoi Quodlib. prope finem:

Cum enim Deo ſeruire regnare ſit, digniùs obſequium eſſe non poteſt, quantum ad obſequentis naturã, quàm cooperari Deo in regimine prouidentiæ ſuæ, *Non ſolo* mouendo corpora cœleſtia *nel Mondo ſuperiore, mà più i cuori humani nel Mondo inferiore, che è l'Huomo*: Microcoſmus etenim, ideſt, minor Mundus eſt homo, in quo eſt quædam virtus mouens alias, quæ motæ exeunt in actus debitos. Nam videmus in homine motum infimum ſicut cordis, qui eſt ſecundum apprę. henſionem ſenſitiuam, & alios motus medios ſecundum apprehenſionem imaginatiuam, & alios ſupremos ſecundum apprehenſionem intellectiuam. *Attenti dunque ſe deſiderano intender Dottrine nobili, & importanti, e à propoſito dell'aſſunto.*

Non potiamo meglio intender l'importanza della mondezza da peccati, che nella preponderatione della diuina gratia, eſſendo certo, che doue s'applica viuamente la conſideratione d'vn contrario ſopra eccellente ad vn'altro, la volontà anche à quello ſi piega, e ributta queſt'altro, ſicome l'accenna il medeſimo Angelico lib. 3. de anima lect. xv. In homine ſunt contrarij appetitus, quorum vnum continentes ſequuntur, & alij repugnant; *Ilche ſegue*, quia poſſunt fieri appetitus contrarij ad inuicem *cioè*, cum ratio concupiſcentiæ contrariatur. Et ſit, & accidit hoc in habentibus ſenſum temporis, ideſt, qui non ſolum cognoſcunt, quod in præſenti eſt, ſed conſiderant præteritum, & futurum, quia intellectus quandoque ab aliquo concupiſcibili retrahere iubet propter futuram conſiderationem. Sicut cum febricitanti ex iudicio intellectus videtur à vino abſtinendum eſſe, ne febris incaleſcat. Sed concupiſcentia incitat ad accipiendum illud, quod iam in preſenti eſt. Videtur enim quod in præſenti eſt delectabile, eſſe ſimpliciter delectabile, & bonum, ex eo, quod non conſiderat futurum.

Siche ſecondo la diuerſità delle conſiderationi, ſeguono anche diuerſe affettioni in noi 2. 2. quæſt. 15. art. 1. in c. doue dice, che eſt aliquod intelligibile principium, per quod homo intelligit alia, cui quidem principio intelligibili mens hominis poteſt intendere, vel non intendere. Et quòd ei non intendat, contingit dupliciter, quandoque quidem ex hoc, quòd habet voluntatem, ſponteneè ſe auertentem à conſideratione talis principij, ſecundum illud *Pſal.* 35. Noluit intelligere, vt benè ageret. Alio modo per occupationem mentis circa alia, quæ magis diligit, quibus ab inſpectione huius principij mens auertitur ſecundum illud *Pſalm.* 57. Supercecidit ignis, ſcilicet concupiſcentiæ, & non viderunt Solem.

Et quæſt. 20. art. 4. in corp. Dicendum, quod quia obiectum ſpei eſt bonum arduum poſſibile adipiſci, vel per ſe, vel per alium, dupliciter poteſt in aliquo ſpes deficere de beatitudine obtinenda: vno modo, quia

quia non reputat eam, vt bonum arduum: alio modo, quia non reputat eam, vt possibilem adipisci vel per se, vel per alium: ad hoc autem quod bona spiritualia non sapiant nobis quasi bona, vel non videantur nobis quasi magna bona, precipuè perducimur per hoc, quod affectus noster est infectus amore delectationum corporalium.

E però bisogna disingannarlo, e soggettarlo alla ragione, poichè è certo, come dice il S. M. Quodlib. 4. art. 21. in corp. che Actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis, quia ratio præueniens ipsum potest eum imperare, vel etiam impedire. *Ponderando da vna parte i gran beni, che sono nella diuina gratia, e dall'altra i gran mali, che sono nella colpa.*

Hora veniamo alla diuina gratia in questa prima parte del presente discorso, e nella seconda trattaremo della colpa. P. 2. *quæst.* 111. Per gratiam ipse homo Deo coniungitur, quæ vocatur gratia gratum faciens.

Che è vna grande marauiglia, poiche come insegna il Filosofo 8. Etich. cap. 7. Constat autem si in virtute, vel vitio, vel diuitijs, vel in aliqua alia re magna distantia fiat, non vlterius sunt amici, neque dignum putant se esse amicos. Maximè autem hoc est manifestum in ipsis Dijs immortalibus; hi namque plurimum bonis omnibus antecellunt.

Dal che ne segue, soggionge S. Tomaso P. 2. *quæst.* 28. *art.* 4. *che* Qui quærunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere videntur, quasi impedientes excellentiam eorum.

Et 2. 2. quæst. 102. art. 2. ad 3. Dicendum, quod excellentiæ eorum, qui sunt in dignitate constituti, debetur honor, ratione sublimioris gradus; timor autem ratione potestatis.

Et lib. 3. contrà Gent. cap. 77. Ad dignitatem Regentis pertinet, vt habeat multos Ministros, & diuersos sui regiminis executores; quia tantò altius, & magis suum Dominium ostendit, quantò plures in diuersis Gradibus ei subduntur: nulla autem dignitas alicuius Regentis est comparabilis dignitati Diuini Regiminis.

E nondimeno dice S. Dionisio 4. de Diuinis Nom. Ipse Deus, qui est omnium causa, per abundantiam amatoriæ bonitatis extrà seipsum fit, in quantum *spiega l'Angelico in 3. sent. dist. 32. quæst. 1. art. 1. ad 3.* bonitatem suam creaturæ comunicat, vt communicet amato, quæ sunt sua.

Ilche può benissimo intendersi in quei trè modi, che apporta il S. M. in Io. lect. 6. sopra quelle parole; Dedit eis potestatem, *doue dice cosi:* Ad cuius euidentiam sciendum est, quod homines fiunt filij Dei. Primò per gratiæ infusionem: vnde quicunque habet gratiam gratum facientem, efficitur filius Dei. Secundò assimilatur Deo per operum perfectionem; quia qui facit opera iustitiæ, est filius. Tertiò assimilatur Deo per gloriæ adeptionem.

Ma non è ancora queſto il tutto quello, cha potiamo dire della diuina gratia: ſicome queſto nome Deus *dice il medeſimo P. P. 39. a. 4.* Quadoque ſupponit pro eſſentia, vt cum dicitur Deus creat, quia hoc prædicatum cõpetit ſubiecto ratione formæ ſignificatæ, quæ eſt Deitas. Quandoque verò ſupponit Perſonam: vel vnam tantum, vt cum dicitur, Deus generat, vel duas, vt cũ dicitur Deus ſpirat: vel tres, vt cum dicitur, Regi ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria, &c.

Coſi queſto nome Gratia *hà molti ſignificati accenna il P. S. Agoſtino ſuper Pſal. 144. doue diſcorre in tal modo:* Diſcite gratiam, intelligite gratiam. Nos antequam eſſemus, omninò non eramus, & facti ſumus homines, cùm antè nihil eſſemus. Deinde iam ipſi homines extraduce illius peccatoris, & maligni eramus; attendamus ergò gratiam Dei, non ſolùm, qua fecit nos, verum etiam, qua refecit. Cui ergò debemus, quia ſumus, illi debemus, quia, & iuſtificati ſumus.

Et Epiſtola 95. ad Innocentium Papam, *coſi ſcriue* Etſi enim quadam non improbanda ratione dicitur Gratia Dei, qua creati ſumus, vt non nihil eſſemus, nec ita eſſemus aliquid, vt cadauer, quod non viuit, & arbor, quæ non ſentit, aut pecus, quod non inelligit, ſed homines, qui & eſſemus: & viueremus, & ſentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio Creatori noſtro gratias agere debemus; vnde meritò, & iſta gratia dici poteſt, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita Dei bonitate donata eſt: Alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificamur, glorificamur.

E tanto dell' vna, quanto dell'altra ne apporta l'Angelico la ſua ragione generale 1. P. qu. 20. art. 2. doue coſi diſcorre: Voluntas Dei eſt cauſa omnium rerum: & ſic oportet, quod in tantum habeat aliquid eſſe, aut quodcumque bonum, in quantum eſt volitum à Deo. Cuilibet igitur exiſtenti Deus vult aliquod bonum. Vnde cum amare nihil aliud ſit, quàm velle bonum alicui, manifeſtum eſt, quod Deus omnia, quæ ſunt, amat: non tamen eo modo, ſicut nos. Quia enim voluntas noſtra non eſt cauſa bonitatis rerum, ſed ab ea mouetur, ſicut ab obiècto; amor noſter, quo bonitatem alicui volumus, non eſt cauſa bonitatis ipſius, ſed è conuerſo bonitas eius, vel vera, vel æſtimata prouocat amorem, quo ei volumus, & bonum conſeruare, quod habet, & addi, quod non habet, & ad hoc operamur. Sed amor Dei eſt infundens, & creans bonitatem in rebus.

Dalla quale generale Dottrina ſi conclude anche ſpecialmente il dono della diuina gratia P. 2. *qu.* 110. *art.* 1. Patet igitur, quod quamlibet Dei dilectionem ſequitur aliquod bonum in creatura cauſatum, quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum. Et ſecundum huiuſmodi boni differentiam differens conſideratur dilectio Dei ad creaturam. Vna quidem

quidem communis ſecundum quam diligit omnia, quæ ſunt, vt dicitur *Sap.* 11. ſecundum quam eſſe naturale rebus creatis largitur. Alia autem dilectio eſt ſpecialis, ſecundum quam trahit creaturam rationalem ſupra conditionem naturæ ad participationem Diuini boni, & ſecundum hanc dilectionem dicitur aliquem diligere ſimpliciter, quia ſecundum hanc dilectionem vult Deus ſimpliciter creaturæ bonum æternum, quod eſt ipſe. Sic igitur per hoc, quod dicitur homo gratiam Dei habere, ſignificatur quiddam ſupernaturale in homine à Deo proueniens.

E ſa qui à propoſito l'Articolo, che tratta il S. M. nella P. P. qu. 20. art. 3. doue domanda Vtrum Deus æqualiter diligat omnia, *e riſponde*, Dicendum, quòd cum amare ſit velle bonum alicui, duplici ratione poteſt aliquid magis, vel minus amari. Vno modo ex parte ipſius actus voluntatis, qui eſt magis, vel minùs intenſus. Et ſic Deus non magis quædam alijs amat, quia omnia amat vno, & ſimplici actu voluntatis, & ſemper eodem modo ſe habente. Alio modo ex parte ipſius boni, quod aliquis vult amato. Et ſic dicimus aliquem magis alio amare, cui volumus maius bonum: quamuis non magis intenſa voluntate. Et hoc modo neceſſe eſt dicere, quod Deus quædam alijs magis amat. Cum enim amor Dei ſit cauſa bonitatis rerum (vt dictum eſt) non eſſet aliquid alio melius, ſi Deus non vellet vni maius bonum, quàm alteri.

E che queſto bene ſia la Diuina Gratia, come qualità nobiliſſima, e permanente. lo proua direttamente P. 2. *qu.* 110. *art.* 2. Dicendum, quòd ſicut iam dictum eſt. In eo, qui dicitur gratiam Dei habere, ſignificatur eſſe quidam effectus gratuitæ Dei voluntatis. Dictum eſt autem ſuprà, quod dupliciter ex gratuita Dei voluntate homo adiuuatur. Vno modo in quantum anima hominis mouetur à Deo ad aliquid cognoſcendum, vel volendum, vel agendum, & hoc modo ipſe gratuitus effectus in homine non eſt qualitas, ſed motus quidam animę, actus enim mouentis, in moto eſt motus, vt dicitur in 3. Phyſic. Alio modo adiuuatur homo ex gratuita Dei voluntate, ſecundum quod aliquod habituale donum à Deo animæ infunditur. Et hoc ideò, quia non eſt conueniens, quod Deus minùs prouideat his, quos diligit ad ſupernaturale bonum habendum, quam creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus, ſic prouidet, vt non ſolum moueat eas ad actus naturales, ſed etiam largitur eis formas, & virtutes quaſdam, quæ ſunt principia actuum, vt ſecundum ſeipſas inclinentur ad huiuſmodi motus. Et ſic motus, quibus à Deo mouentur, fiunt creaturis connaturales, & faciles, ſecundum illud *Sap.* 8. Et diſponit omnia ſuauiter. *Et indi à fortiori conclude.*

Multò

Multo igitur magis illis, quos mouet ad conſequendum bonum ſupernaturale æternum, infundit aliquas formas, ſeù qualitates ſupernaturales, ſecundum quas ſuauiter, & promptè ab ipſo moueantur ad bonum æternum conſequendum. Et ſic donum gratiæ qualitas quædam eſt.

Nam Deus (*dice il S. D. quæſt. 27. de verit. art. 1. ad 1.*) viuificat animam, non ſicut cauſa formalis, ſed ſicut cauſa efficiens: vnde aliqua forma cadit media: ſicut Pictor facit parietem album effectiuè, mediante albedine: albedo verò nulla forma mediante: quia facit album formaliter.

Et P. 2. q. 112. art. 5. in c. Deus deificat communicando conſortium diuinæ naturæ per quamdam ſimilitudinis participationem.

Et 3. P. quæſt. 2. art. 10. ad 1. *dice*: Gratia, quæ eſt accidens, eſt quædam ſimilitudo Diuinitatis participata in homine.

E ſebene ſia accidente, è però più nobile di qualſiuoglia ſoſtanza creata, che è anche vn'altra eccellenza molto conſiderabile quæſt. 113. art. 3. doue domanda: An iuſtificatio impij ſit maximum opus Dei. e

Riſponde coſi: Dicendum, quod opus aliquod poteſt dici magnum dupliciter. Vno modo ex parte modi agendi: & ſic maximum opus eſt creatio, in quo ex nihilo fit aliquid. Alio modo poteſt dici opus magnum propter magnitudinem eius, quod fit: & ſecundum hoc maius opus eſt iuſtificatio impij, quæ terminatur ad bonum æternum Diuinæ participationis, quàm creatio Cœli, & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis.

Ilche parimente eſprime in 4. diſt. 17. qu. 1. art. 5. quæſtiunc. 1. ad 1. doue coſi parla: Dicendum, quod verbum Auguſtini intelligendum eſt quantum ad id, quod fit: quia in creatione fit res ſecundum eſſe naturæ, quod eſt minus, quàm eſſe gratiæ, &c.

Mà ſentiamo hora anche più ſpecificatamente il medeſimo S. Agoſtino lib. 2. ad Bonifacium cap. 6. doue verſo il fine dice: Gratia Dei non ſolùm omnia Sydera, & omnes Cœlos, verum etiam omnes Angelos ſupergreditur.

Et Tract. 72. in Ioannem *dice*: prorſus maius hoc eſſe dixerim (ideſt iuſtificare impium) quàm eſt Cœlum, & terra, & quæcumque cernuntur in Cœlo, & in terra.

Et Serm. 19. de verbis Apoſtoli: *afferma, che* Melius eſt iuſtum eſſe, quam hominem eſſe.

Che però ſuggionge S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 23. art. 3. ad 3. Dicendum, quod omne accidens ſecundum ſuum eſſe eſt inferius ſubſtantia; quia ſubſtantia eſt ens per ſe, accidens autem in alio. Sed ſecundum rationem ſuæ ſpeciei, accidens quidem, quod cauſatur ex principijs ſui ſubiecti,

biecti, eſt indignius ſubiecto, ſicut effectus cauſa. Accidens autem, quod cauſatur ex participatione alicuius ſuperioris naturæ, eſt dignius ſubiecto, in quantum eſt ſimilitudo ſuperioris naturæ, ſicut lux diaphano. Et hoc modo charitas (& eadem eſt ratio de gratia) eſt dignior anima, in quantum eſt participatio quædam Spiritus Sancti.

In ſomma per finirla è vna qualità, che ha dell'infinito, mentre ci vniſce a Dio, laonde ſe bene l'Angelico P. P. quæſt. 25. art. 6. ſtabiliſce in corp. Quod ſimpliciter loquendo, qualibet re à ſe facta, poteſt Deus facere aliam meliorem: *Nondimeno in riſpoſta ad 4. dice:* Dicendum, quod humanitas Chriſti, ex hoc, quod eſt vnita Deo; Et beatitudo creata ex hoc, quod eſt fruitio Dei, & Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei, habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eis: ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.

E ſoggionge la noſtra S. Madre Tereſa nel primo lib. della ſua Vita cap. 1. Che quelli Qui ſoli Deo corde colligati, & vniti ſunt, atque ipſum ſolum præ omnibus deſiderant, & amant, eò ſe illis communicat amiciùs, aperit planiùs: quin fieri poteſt tam illos Deo fideliter famulari, vt adeò ſe viciſſim illis familiarē exhibeat, non rarò; vt cum ijs blandos, amicorum ſe mutuò alloquentium ritu, ſermones miſceat, &c.

Il che è bene conſiderarlo per due cauſe, come auiſa la medeſima, e la prima l'apporta nelle Manſioni vij. cap. 1. Nam quo plus cognoſcemus eum creaturis ſuis ſe communicare, & familiarem reddere, eò etiam amplius magnitudinem ipſius laudabimus, & animam, qua cum Dominus ita deliciatur, non parui facere conniteмur.

La ſeconda l'aſſegna nel fine delle Manſioni vi. cap. x. che conoſcendo vn'anima tanti ſauori del Signor Iddio : magis ab omnibus rebus creatis affectum ſuum diuellit, & ſeparat, quod à ſolo Creatore ſibi conſolationem venire, & animam ſuam ſatiari poſſe videat: Denique magis anxia, & circumſpecta incedit, ad eum peccato non offendendum, *che ſara il punto della*

SECONDA PARTE.

Per proceder ordinatamente, e cauar qualche buona concluſione, è neceſſario di ſupporre ſempre qualche principio, come inſegna S. Tomaſo 1. p. quæſt. 42. art. 3. Dicendum, quod ordo ſemper dicitur per comparationem ad aliquod principium: Vnde ſicut dicitur principium multipliciter, ſcilicet ſecundum ſitum, vt punctus, ſecundum intellectum, vt principium demonſtrationis, & ſecundum cauſas ſingulas, ita etiam dicitur ordo.

Venghi dunque qui in primo luogo la noſtra miſtica Maeſtra nel ſuo Caſtello interiore Manſ. vij. cap. 1. e dica, che coſa è vn'anima, che è in peccato mortale. Permagni enim noſtra refert, nos nobis non perſuadere animam obſcurum quid eſſe: nam quod eam non videamus, hinc vt plurimum videri nobis poſſet, nullā dari lucem internam, ſed ſolum externam, quam oculis conſpicimus, quaſdam in anima verò noſtra tenebras, & caliginem eſſe. De ea, quæ in gratia Dei non eſt, id fateor eſſe verum, eamque in tenebris agere, id tamen non tam defectu Solis iuſtitiæ, qui intrà ipſam verſatur, eſſe ei dans; quam quod ipſa ad lucem recipiendam inepta ſit.

Quocirca, *Conclude*, quàm poſſumus, maximè, ſtudioſiſſimeq; Dominum rogemus pro ijs, qui in peccati mortalis reatu agunt. Quod certè luculenta, & bona quædam eleemoſyna erit. Si enim Chriſtianum aliquem validiſſima quadam catena manibus poſt terga reuinctis palo alicui affixum, ac præ fame propè emorientem videremus, idque non tam defectu, & carentia cibi (quem iuxta ſe habet lautiſſimum) quam quod eum manu accipere, ad ori ingerendum, nequeat, ac per hanc eum ita ad extrema redactum, vt iam iam expiraturus videatur, & moriturus, idque non ſolum morte temporali, ſed & æterna; Certè an non inſignis cuiuſdam crudelitatis argumentum foret, eum quidem vinctum identidem reſpicere, nullum tamen cibum eius ori ingerere? Quid verò foret, ſi per orationes veſtras catenę de manibus eius, exciderent? Per amorem Dei vos obſecro, eiuſmodi, vt animarum, veſtris in orationibus ſemper memoriam faciatis.

Siche ſecondo queſta Dottrina della S. Madre l'anima in peccato mortale, è priua della diuina gratia. Hor che concluſioni da queſto principio ne cana S. Tomaſo?

Hor hora apporto; mà non vorrei che ſi verificaſſe di me ciò, che già diſſe S. Paolo Ad Galat. 4. Factus ſum vobis inimicus, verum dicens vobis, *ò perche come apporta Il S. D. P. 2. quæſt. 29. art. 5.* Veritas eſt in cognitione ipſius hominis, quæ impedit ipſum à proſecutione amati: ſicut ſi aliqui vellent non cognoſcere veritatem Fidei, vt liberè peccarent, ex quorum perſona dicitur *Iob 22.* Scientiam viarum tuarum nolumus, *ouero:* Cum aliquis vult iacere in peccato, odit quod aliquis veritatem circa peccatum ſuum cognoſcat. Et ſecundum hoc dicit Auguſtinus in 10. Confeſſionum, quod homines amant veritatem lucentem: *mà:* odiunt eam redarguentem.

Ma non per queſto humano riſpetto deuo tacere, come auiſa il medeſimo S. Agoſtino, il quale ſopra quelle parole dette da Dio ad Iſaia: Clama, quaſi tuba exalta vocem tuam, *dice nel Sermone 106. de tempore:* Clamare ergò iubemur, & vehementer clamare, ne parcas peccatoris iniquitati,

tati, ne tacendo pereas, & dum verecundiæ eius conſulis, non conſulas ſanitati, ne vulnera illius, quæ clamando reſecare poteras, reticendo, in peius enutrias. Scitis quia tuba non tàm oblectationi eſſe ſoleat, quàm terroris, non tàm delectationem præferre, quàm inferre formidinem?

Così intonò ad Oſea cap. 5. v. 8. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama. *Ioelis c. 1.* Canite tuba in Sion, vllulate in monte Sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini. Rurſum. *Oſeæ 8.* In gutture tuo ſit tuba, quaſi Aquila ſuper domum Domini pro eo, quod tranſgreſſi ſunt pactum meum.

Onde S. Tomaſo opuſc. 45. ſoggionge: Quoniam ſanctum eſt honorare veritatem præ cæteris amicis, vt dicit *Philoſoph. in 1. Ethic.* ideò virtuoſi homines non dimittunt propter veritatem amicis diſplicere, ea quæ contraria reputant veritati reprobando: vt veritas agnita non ampliùs impugnetur: ſed potiùs tamquã precipua amica honoretur, &c.

O veda ogn'vno, ſe ſi deuono tacer le colpe, mentre il Signor Iddio ne fà tali riſentimenti. E con che ragioni? Eccole.

In 4. diſt. 18. q. 1. a. 1. quæſtiunc. 1. parlando dell'Anima noſtra, dice S. Tom. Pulchritudo animæ conſiſtit in aſſimilatione ipſius ad Deum, ad quem formari debet per claritatem gratiæ ab eo ſuſceptam: ſicut autem perceptio claritatis corporalis à Sole, prohibetur à nobis per aliquod obſtaculum interpoſitum: ita etiam claritas gratiæ prohibetur ab anima per peccatum commiſſum, quod diuidit inter nos, & Deum, vt dicitur *Iſa. 59.*

Et eccone la ſua ragione à priori *dice il S. D. Poiche ſi deue ſapere, come inſegna 3. contra Gent. cap. 100. Che in ogni ordine di coſe:* Prima menſura eſſentiæ, & naturæ cuiuſlibet rei eſt Deus, ſicut primum Ens, quod eſt omnibus cauſa eſſendi: Cum autem per menſuram de vnaquaque re ſumatur iudicium, oportet hoc naturale dici vnicuique, per quod conformatur ſuæ menſuræ: hoc igitur erit naturale vnicuique rei, quod à Deo ei inditum eſt. *E così* Omnes creaturæ comparantur ad Deum ſicut artificiata ad artificem: vnde tota natura eſt ſicut quoddam artificiatum diuinæ artis.

E per tanto chi pecca, ſi parte da Dio, poiche ſi parte dall'arte preſcritta dal medeſimo Iddio, ſicome così lo conclude il Santo Maeſtro nella P. 2. qu. 71. art. 2. ad 4. Dicendum, quod quicquid eſt contra rationem artificiati, eſt etiam contra rationem artis, qua artificiatum producitur: lex autem æterna comparatur ad ordinem rationis humanæ, ſicut ars ad artificiatum. Vnde eiuſdem rationis eſt, quod vitium, & peccatũ ſit cotra ordinem rationis humanæ, & quod ſit contra legem æternam. Vnde Auguſtinus dicit in 3. de lib. arbit. Quod

à Deo habent omnes naturæ, quod naturæ ſunt: & in tantum ſunt vitioſæ, in quantum ab eius, qua factæ ſunt, arte diſcedunt.

Ilche non ſolo ſi verifica nell'ordine naturale: ma anche nel ſopranaturale 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 3. *& ecco la ragione*: Quia cæteræ creaturæ non attingunt ad aliquid vniuerſale, ſed ſolum ad aliquid particulare, participantes diuinam bonitatem, vel in eſſendo tantum, ſicut inanimata, vel etiam in viuendo, & cognoſcendo ſingularia, ſicut plantæ, & animalia: natura autem rationalis, in quantum cognoſcit vniuerſalem boni, & entis rationem, habet immediatum ordinem ad vniuerſale eſſendi principium. Perfectio igitur rationalis naturæ non ſolum conſiſtit in eo, quod ei competit ſecundum ſuam naturam, ſed in eo etiam quod ei attribuitur ex quadam ſupernaturali perfectione diuinæ bonitatis.

E però chi pecca, può tranſgredir l'vna, e l'altra legge 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. *doue apporta la definitione del peccato*. Dicendum, quod peccatum nihil aliud eſt, quàm actus humanus malus: quod autẽ aliquis actus ſit humanus habet ex hoc, quòd eſt volũtarius; ſiuẽ ſit volũtarius quaſi a voluntate elicitus, vt ipſũ velle, vel eligere, ſiue quaſi à voluntate imperatus, vt exteriores actus, vel locutionis, vel operationis: habet autem actus humanus, quòd ſit malus ex eò, quòd caret debita commenſuratione: Omnis autem commenſuratio cuiuſcumque rei attenditur per comparationem ad aliquam regulam, à qua ſi diuertat, incommenſurata erit: regula autem voluntatis humanæ eſt duplex, vna propinqua, & homogenea; ſcilicet ipſa humana ratio; alia verò eſt prima regula, ſcilicet lex æterna, quæ eſt quaſi ratio Dei: & ideò Auguſtinus duo poſuit in definitione peccati: vnum, quod pertinet ad ſubſtantiam actus humani, quod eſt quaſi materiale in peccato, cum dixit, dictum, vel factum, vel concupitum: aliud autem, quod pertinet ad rationem mali, quod eſt quaſi formale in peccato cùm dixit: contrà legem æternam.

E quale principalmente conſiſte nella carità di Dio; perche Finis Præcepti Charitas eſt, vt dicitur 1. *ad Timoth.* 1. Per charitatem enim, *ſoggionge l'Angelico quæſt.* 7. *de malo* 1. *in c.* Anima coniungitur Deo, qui eſt vita animæ, ſicut anima eſt vita corporis. Et ideò ſi charitas excludatur, eſt peccatum mortale: non enim remanet aliquod principium vitæ, per quod iſte defectus reparetur: *Se bene ſoggionge, Sempre*, Reparari poteſt per Spiritum Sanctum: ſicut dicitur *Rom.* 6. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.

E ſoggionge S. Agoſtino Serm. 8. *de verb. Apoſtoli, che parimente per* Filium: *poiche* Filius hominis non venit, niſi quærere, & ſaluare, quod perierat.

E poco

E poco doppo: Quare venit in mundum? Peccatores ſaluos facere. Alia cauſa non fuit, quare veniret in mundum. Non enim de Cœlo ad terram merita noſtra bona, ſed peccata duxerunt. Hæc eſt cauſa cur veniret, peccatores ſaluos facere. Et vocabis, *dice*, nomen eius Ieſum. Quare vocabis nomen eius Ieſum? Quæ ratio huius nominis? Audi, quare: Ipſe n. ſaluũ faciet populum ſuum. Vnde? A peccatis eorũ.

Et Serm. 9. Nulla cauſa fuit veniendi Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ.

Mà andiamo tuttauia eſaminando le conditioni del peccato mortale, affinche ogn'vno più lo temi, e penſi meglio a' caſi ſuoi 1. 2. *quæſt.* 44. *art.* 2. *in c.* Timor conſiliatiuos facit: quia, vt Philoſophus *in* 3. *Etich.* dicit: Conſiliamur de magnis, in quibus quaſi nobis ipſis diſcredimus. Vnde homines maximè in timoribus quærunt conſiliari.

A noi adeſſo. S. Tomaſo di nuouo quæſt. 24. *de veritate art.* 12. Homo, qui eſt in peccato mortali habitualiter peccato inhæret: quãuis enim non ſemper habeat habitum vitij, quia ex vno actu luxuriæ v. g. habitus non generatur, voluntas tamen peccantis, derelicto incommutabili bono, bono commutabili quaſi fini adhæſit. Et huiuſmodi adhæſionis vis, & inclinatio in ea manet, quouſque iteratò bono incommutabili, quaſi fini inhæreat.

Hor queſta aderenza al peccato Dio non la vuole, dice il S. D. quæſt. 1. *de malo art.* 5. *doue così dice*: Hoc autem non poteſt eſſe à Deo, quod bonum diuinum, ſecundum quod in ſeipſo eſt, quis non velit, cum è contrario Deus omnem voluntatem inclinet ad volendum, quod ipſe vult: vult autem ſummum bonum, ſecundum quod eſt in ſeipſo: vnde malum culpæ non poteſt eſſe à Deo, &c.

Et ecco la ſua ragione, ſpiegata dal medeſimo Angelico P. P. quæſt. 48. *a.* 6. Deus eſt auctor mali pœnæ, non autem mali culpæ, cuius ratio eſt, quia malum pœnæ priuat bonum creaturæ; ſiuè accipiatur bonum creaturæ aliquid creatum, ſicut cœcitas priuat viſum, ſiuè ſit bonum increatum, ſicut per carentiam viſionis diuinæ tollitur creaturæ bonum increatum. Malum verò culpæ opponitur propriè bono increato: contrariatur enim impletioni diuinæ voluntatis, & diuino amori, quo bonum diuinum in ſeipſo amatur, & non ſolum ſecundum, quod participatur à creatura. Sic igitur patet, quod culpa plus habet de ratione mali, quam pœna.

L'vltimo motiuo di temer il peccato mortale è la pena, che Dio gli dà, che è pena eterna, di cui ne rende la ragione l'Angelico lib. 4. *contra Gent. cap.* 144. *perche*: Qui contra vltimum finem peccat, & contrà charitatem, in æternum debet puniri; *Poiche* Apud diuinum iudicium voluntas pro facto

facto computatur: quia ſicut homines vident ea, quæ exterius aguntur, ita Deus inſpicit hominum corda: Qui autem propter aliquod temporale bonum auerſus eſt ab vltimo fine, qui in æternum poſſideretur, præpoſuit fruitionem temporalem, illius boni temporalis æternæ fruitioni vltimi finis: vnde patet, quod multò magis voluiſſet in æternum illo bono temporali frui: ergò ſecundum diuinum iudicium ita puniri debet, ac ſi æternaliter peccaſſet: nulli autem dubium eſt, quin pro æterno peccato æterna pœna debeatur: debetur igitur ei, qui ab vltimo fine auertitur, pœna æterna.

E vi aggionge iui anche quest' altra ragione: Eàdem iuſtitiæ ratione, pœna peccatis redditur, & bonis actibus præmium: præmium autem virtutis eſt beatitudo, quæ quidem eſt æterna: ergo & pœna, qua quis à beatitudine excluditur, debet eſſe æterna.

Et in 4. diſt. 46. quæſt. 1. art. 3. Poteſt, & alia ratio aſſignari, quare pœna peccati mortalis ſit æterna: quia per illud contrà Deum, qui eſt infinitus, peccatur: vnde, cum non poſſit eſſe pœna infinita per intenſionem, quia creatura non eſt capax alicuius qualitatis infinitæ, requiritur, vt ſit ſaltem duratione infinita.

E così lo conclude ſimilmente P. 2. quæſt. 87. art. 4. In peccato duo ſunt, quorum vnum eſt auerſio ab incommutabili bono, quod eſt infinitum; vnde ex hac parte peccatum eſt infinitum. *E doppo:* Ex parte igitur auerſionis reſpondet pœna damni, quæ etiam eſt infinita.

Ilche quanto habbi da eſſer doloroſo, ogn'vno lo penſi. Sciendum ergo *concludo con l'Angelico in 2. d. 33. q. 2. a. 2.* quod ex hoc quod caret aliquis eo, quod ſuam proportionè excedit, non affligitur, ſi ſit rectę rationis: ſed tantum ex hoc, quod caret eo, ad quod aliquo modo proportionatus fuit: ſicut nullus ſapiens homo affligitur de hoc, quod non poſſit volare ſicut auis, vel quia non eſt Rex, vel Imperator, cum ſibi non ſit debitum. Affligeretur autem, ſi priuaretur eo, ad quod habendum aliquo modo aptitudinem habuit. Dico ergo, quod omnis homo vſum liberi arbitrij habens, proportionatus eſt ad vitam æternam conſequendam, quia poteſt ſe ad gratiam præparare, per quam vitam æternam merebitur. & ideò ſi ab hac deficiant, maximus erit dolor eis, quia amittunt illud, quod ſuum eſſe poſſibile fuit. *E tanto baſti affinche ogn'vno ſij ſollecito di liberarſi da tal lepra, & hauer cura di ſua ſalute, ſe pure ha giudicio di conoſcerla qu. 28. de verit. art. 1. ad 4.* Cum quilibet teneatur peccatum vitare, & hoc fieri non poſſit, niſi præſtito ſibi debito fine, tenetur qui ibet, cum primum ſuę mentis eſt compos, ad Deum ſe conuertere, & in eo finem conſtituere, & per hoc ad gratiam diſponitur.

Si deue però notare per toglier molti ſcrupoli, che come dice il Sacro Concilio

Concilio

Tridentino ſeſſ. 5. decreto de peccato originali Can. 5. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc Sancta Synodus fatetur, & ſentit, quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed vtliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus, non valet: quinimò, qui legitimè certauerit, coronabitur.

Quindi l'eruditiſſimo Padre Suarez tom. 3. de Relig. lib. 1. de Statu perfectionis cap. xiij. ſpiega, che la perfettione di queſta vita non excludit omnia peccata venialia, vel omnem concupiſcentiam, ſeu omnes motus eius inordinatos; id enim capacitatem huius vitæ excedit, vt docet Auguſtinus lib. de perfectione iuſtitiæ; & ex materia de gratia ſuppono; ſed ſufficit, quòd hæc excludantur à deliberato affectu eius, qui ad ſtatum perfectorum attigit. Et ideò ab his impedimentis faciliùs ac frequentiùs ſe expediat. Et in eo ſenſu accipiendum eſt, quod dixit Auguſt. lib. 83. qq. quæſt. 36. Charitatis venenum eſt ſpes adipiſcendorum, aut retinendorum temporalium; nutrimentum eius eſt imminutio cupiditatis. Perfectio nulla cupiditas.

Doue chi arriua è ſegno di eſſer molto perfetto: perche come ſoggionge S. Tom. 1. p. q. 62. a. 8. ad 3. Ad perfectionem libertatis pertinere poſſe diuerſa eligere, ſeruato ordine finis: poſſe autem eligere aliquid diuertendo ab ordine finis, potius pertinere ad defectum libertatis: & ideò non poſſe peccare maior eſt libertas. *Della quale piaccia à S. D. M. di farcene degni; poiche come dice S. Agoſtino lib. 1. retract.* Poteſtas hominis nulla eſt, niſi à Deo detur, de quo dictum eſt, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: cum enim hoc ſit in poteſtate, quod cum volumus facimus, nihil tam in poteſtate, quàm ipſa voluntas eſt; ſed præparatur voluntas à Domino. Vnde *Epiſt. 46.* Si non eſt Dei gratia, quomodo Deus ſaluat mundum? & ſi non eſt liberum arbitrium quomodo iudicat mundum?

Quindi qu. 6. de malo art. vnico; Deus cum omnia moueat ſecundum rationē mobilium, leuia ſurſum, & grauia deorſum, etiam voluntatem mouet ſecundum eius conditionem.

E la ſua conditione propria è che ſi porti al medeſimo Dio 1. 2. quæſt. 99. art. 3. Lex humana principaliter inſtituitur ad ordinandum homines ad inuicem. Lex autem diuina principaliter ad ordinandum homines ad Deum.

LAVS DEO.

DO-

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

Domine ſalua nos perimus. *Matth* 8.

An Tomaſo 2. 2. *q*152. *art*. 2. *ad* 1. Multa ſunt, *dice*, multitudini neceſſaria, ad quæ implenda vnus non ſufficit; ſed implentur à multitudine, dum vnus hoc, alius illud facit. Præceptum igitur legis naturę homini datũ de comeſtione, neceſſe eſt quòd ab vnoquoque impleatur: aliter enim indiuiduum conſeruari nõ poſſet. Sed præceptũ datum de generatione reſpicit totam multitudinẽ hominũ: cui neceſſariũ eſt, nõ ſolũ quòd multiplicetur corporaliter, ſed etiã, quod ſpiritualiter proficiat. Et ideò ſufficiẽter prouidetur humanę multitudini, ſi quidã carnali operationi operam dent; quidam verò ab hac abſtinentes, contemplationi diuinorum vacent ad totius humani generis pulchritudinem, & ſalutem. Sicut etiam in Exercitu quidam Caſtra cuſtodiunt, quidam ſigna deferunt, quidam gladijs decertant; quæ tamen omnia debita ſunt multitudini, ſed per vnum impleri non poſſunt. *Hor ſi domanda: e quelli, che ſono deſtinati, per cooperar alla ſalute delli altri mediante la diuina contemplatione, e predicatione, in qual conſideratione principalmente deuono fiſſar l'animo delli aſcoltanti? Riſponde il S. Concilio Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 16. Benè operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tamquam gratia filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tamquam merces, ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc enim eſt illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, & curſum repoſitam ſibi eſſe, aiebat Apoſtolus, à iuſto Iudice ſibi reddendam; non ſolum autem ſibi ſed, & omnibus, qui diligunt aduentum eius.

E per queſta Salute ſa di biſogno, che gridiamo ſino al Cielo: Domine ſalua nos perimus? *Al certo che ſi, è con che ragioni? Attenti, che hor hora le dico.*

L'Angelico in cap. 8. *Apocalyp. verſ.* 2. *eſponendo queſte vltime parole*: & vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ, *dice*: Comparatur autem tubæ Prædicatio, ſiuè officium prædicandi propter ſonum, quia publicè, & aperte fieri debet *Iſaiæ* 58. *verſ.* 1. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Item propter vſum. Vſi enim tubarum apud Iudæos erat in bellis, in feſtis, in conuiuijs. Similiter Prædicatio excitat ad bella contra vitia. *Ioſue* 6. *verſ.* 13. legitur, quod ſeptẽ Sacerdotes, ſeptẽ tubis clangebant ad bellandum contra Ierico, ideſt contra vitia mundi, qui mutatur vt Luna:

Ierico

Ierico enim interpretatur Luna. Item vocat ad vera solemnia, scilicet gratiæ, & gloriæ. *Isaiæ 30. vers.29.* Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solemnitatis. Item inuitat ad omnia conuiuia, quæ fiunt hic per gratiam, & in futuro per gloriam. *Infra 19.* Audiui quasi vocem tubæ magnæ. Gaudeamus, & exultemus, &c. Septem autem tubæ dicuntur propter vniuersitatem officij Prædicationis, quod datur Prædicatoribus ad hoc idoneis, vt scilicet de vniuersa scriptura prædicent vniuersis, diuitibus, pauperibus, magnis, & paruis, bonis, & malis, fidelibus, & incredulis. Item, vt prædicent vniuersa, quæ ad salutem pertinent: vt de vitijs, & virtutibus, supplicijs, & præmijs.

Quindi Cornelio à Lapide, eruditissimo Espositore della S. Scrittura in cap. xxvi. Ezechiel. sopra quella parola del Verso 26. Attoniti super repentino casu tuo; *Racconta, che Adriano Imperatore portaua vn'anello, nel quale era scolpita questa inscrittione:* Illis grauis est fortuna, quibus est repentina. *E Seneca:* Grauiùs nocet quodcumque inexpertum accidit. Melius est præcauere, quam cauere.

Ilche anche auuerti S. Agostino lib. de singular. Clericorum: Vbicumque fuerit prouidentia, frustrantur vniuersa contraria; vbi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur.

E S. Tomaso parlando della Prouidenza, 2.2. quæst.49. art.6. così discorre: Prudentia est propriè circa ea, quæ sunt ad finem, & hoc ad eius officium propriè pertinet, vt ad finem debitè ordinentur: & quamuis aliqua necessaria sint propter finem, quę subijciuntur diuinę prouidẽtię, humanę tñ prouidentię non subijciuntur, nisi contingentia operabilia, quæ per hominem possunt fieri propter finem. Præterita autem in necessitatẽ quandã transeunt, quia impossibile est nõ esse, quod factum est. Similiter etiam præsentia, in quantũ huiusmodi, necessitatem quandam habent: necesse est .n. Socratẽ sedere, dum sedet, Vnde consequens est, quod cõtingentia futura, secundũ quod sunt per homi. nem in finem humanæ vitæ ordinabilia, pertineant ad Prudentiam.

Mà doue s hà d hauer maggior prouidenza, che nel maggior pericolo, che è della salute eterna? Homines, *dice il medesimo S. Agostino tract. 33. in Ioannem in fine tom.9.* Periclitantur, & sperando, & desperando: Sperando, dum dicunt: Bonus est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet: Desperando, dũ ob grauia peccata, quę fecerunt, dicunt: iam dãnandi sumus, quare non quod volumus facimus? Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus, ne te occidat desperatio. Hinc vtrisque succurrere volens Dominus, illis qui spe periclitantur dicit *Eccles. 5.* Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem; subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Illis, qui deſperatione periclitantur quid dicit? In quacumque die impius conuerſus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiſcar. Propter illos ergò, qui deſperetione periclitantur, propoſuit indulgentiæ portum. Propter illos, qui ſpe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum:

Horsù dunque conclude il Santo: Quando veniat vltimus dies, neſcis, ingratus es, ſi eum expectas: quia hodiernum habes, in quo corrigaris. *E però appigliamoci à queſto vltimo auuiſo come più importante, che, chi hà tempo non aſpetti tempo, & in tempo raccorri al diuino aiuto, e gridi* Domine ſalua nos perimus.

Eſclamaua la noſtra Serafica Madre. Exclamat. 1. Quomodo, ò vita, ò vita, ſuſtentari potes, cum à vita tua ita abſis? Cui rei te, tanta in ſolitudine impendis? Quid te, ò anima mea, in tempeſtuoſo hoc mari poteſt conſolari? Miſereor me mei; & magis adhuc me piget temporis, quo vixi non compuncta. *E poco doppo ſoggionge*: Quando miſeriam meam benè conſidero, video nihil me, quod bonum ſit agere poſſe, niſi id mihi des Domine.

S. *Bernardo parimente riconoſce la neceſſità del diuino aiuto, nel quale dobbiamo ſperare. Serm. 9. in Pſalmum* Qui habitat: Si ſæuiat mundus, ſi fremat malignus, ſi ipſa caro aduerſus Spiritum concupiſcat, in te ego ſperabo. Quis enim ſperauit in eo, & confuſus eſt?

E doppo. Vt quid, ſi hæc ſapimus, vt quid cunctamur abijcere omnes ſpes miſeras, vanas, inutiles, ſeductorias, & huic vni tam ſolidæ, tam perfectæ, tam beatæ ſpei, tota deuotione animi, toto feruore ſpiritus inhærere? Scriptum eſt enim: Adiuuabit eos, quia ſperauerunt in eo.

Et aſſegna la ragione di queſta confidanza, che dobbiamo hauer in Dio S. Gerolamo à punto ſopra il corrente Euangelo: eſponendo quelle parole: Et facta eſt tranquillitas magna: *Perche dice egli*: Sentiunt omnes creaturæ Creatorem, & quæ apud nos inſenſibilia ſunt, illi ſunt ſenſibilia. Magna poteſtas, quia de magna poteſtate fit magna tranquillitas.

Et Origene: Decet magnum magna facere; & ideò, qui priùs magnificè conturbauit profundum maris, nunc iterum tranquillitatem magnam fieri iuſſit; vt Diſcipuli nimiùm conturbati, magnificè lętarentur.

Ma però notate, che: Suſcitauerunt eum, vt rogarent eum; *doue l'interlineale*: vult enim Dominus ſemper rogari. Et hoc, quia vult habere occaſionem dandi; quia largiſſimus, quia ditiſſimus, *Soggionge Hugone Cardinale*:

E S. Chriſoſtomo citato iui dal medeſimo: Confidere oportet, etſi magnæ ſurgant procellæ, quoniam vtiliter omnia diſpenſat.

Et

Et apporta parimente ſopra queſto paſſo dell'Euangelo quel detto dell'Eccleſiaſtico cap. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore; & præpara animam tuam ad tentationem. *Doue ſoggionge Vgone:* Sed tunc euigilandus eſt Ieſus precibus, & bonis operibus: *Prouerb. c.* 6. Suſcita amicum tuum, qui aliquando in nobis dormit per torporem, & ſtatim fiet tranquillitas; quia Ieſus, aut talibus dat cum tentatione prouentum, ideſt, fortitudinem reſiſtendi, ſicut dicitur 1. *Corinth.* 10. Aut etiam tentationem ſedat: *Iſaiæ* 43. Cum tranſieris per aquam tecum ero.

Et aſſegna l'Angelico le ſue proprie ragioni della neceſſità di queſti diuini aiuti in più trattati.

E ſia il primo P. 2. *quaſt.* 111. *art.* 2. Eſt autem in nobis duplex actus, primus quidem interior voluntatis. E quantum ad iſtum actum voluntas ſe habet vt mota, Deus autem vt mouens: Et præſertim cum voluntas incipit bonum velle, quæ prius malum volebat. Et ideò ſecundum, quod Deus mouet humanam mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans.

E parlando anche dell'intelletto iui quæſt. 109. *art.* 9. Altiora intelligibilia intellectus humans cognoſcere non poteſt, niſi fortiori lumine perficiatur, ſicut lumine fidei, vel prophetiæ, quod dicitur lumen gratiæ, in quantum eſt naturæ ſuperadditum.

Nelle quali Dottrine concorda il S.D. col S. Concilio Tridentino ſeſſ. 6. *cap.* 5. *doue coſi parla:* Declarat præterea, ipſius iuſtificationis exordium in adultis, à Dei, per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis exiſtentibus eorum meritis, vocantur; vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum ſe, ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & cooperando, diſponantur.

Et addita il P. S. Agoſtino quæſt. 2. *& lib. de gratia Chriſti cap.* 45. *doue riferiſce la ſentenza di S. Ambroggio lib.* 6. *in Lucam cap.* 96. *l'eſſempio di ſimil Conuerſione, e gratia attuale nella perſona di S. Pietro.* Et ideò, quod ibi ſcriptum eſt, reſpexit eum (*cioè Pietro*) Dominus; intus actum eſt. Miſericordia Dei latenter ſubuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit; interiori gratia ſua viſitauit Petrum, interioris luminis vſque ad exteriores lacrymas mouit, & produxit affectum. Ecce quemadmodum Deus adiuuando adeſt voluntatibus, & actionibus noſtris.

Item P. 2. quæſt. 110. art. 2. Dicendum, quod ſicut iam dictum eſt, in eo, qui dicitur gratiam Dei habere, ſignificatur eſſe quidam effectus gratuitæ Dei voluntatis. Dictum eſt autem ſupra, quod dupliciter ex gratuita Dei voluntate homo adiuuatur. Vno modo in quan-

tum anima hominis mouetur à Deo, ad aliquid cognoſcendum, vel volendum, vel agendum. Et hoc modo ipſe gratuitus effectus in homine non eſt qualitas, ſed motus quidam animæ: actus enim mouentis in moto eſt, vt dicitur in 3. Phyſicorum. Alio modo adiuuatur homo ex gratuita Dei voluntate, ſecundum quod aliquod habituale donum à Deo animæ infunditur: Et ſic donum gratiæ (*dice nel fine dell' Articolo*) qualitas quædam eſt.

Ilche maggiormente dichiara ini in Reſponſione ad 2. Dicendum, quod homo non poteſt ſe ad gratiam præparare, nec aliquod bonum facere ſine Dei auxilio: & ideò rogandus eſt, vt nos ad ſe conuertat, & etiam alios, *e cosi conuiene dire*: Domine ſalua nos, perimus.

Et in confermatione di queſta dottrina propone l'Angelico nella 2. 2. qu. 86. l'articolo 16. dove cerca: Vtrum peccatores orando impetrent aliquid à Deo? *E riſponde di ſi*: Non quaſi ex iuſtitia, *dice*, quia peccator hoc non meretur, ſed ex pura miſericordia: obſeruatis tamen quatuor præmiſſis conditionibus, vt ſcilicet pro ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, piè, & perſeueranter.

Quibus conditionibus concurrentibus (*già haueua accennato nell' articolo precedente*) ſemper aliquis impetrat, quod petit.

E conferma il S. M. queſta confidanza 3. P. quaſt. 86. art. 1. in corp. Dicendum, quod hoc, quod aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non poſſit, poteſt contingere dupliciter. Vno modo, quia aliquis de peccato pœnitere non poſſet: alio modo, quia pœnitentia non poſſet delere peccatum. Primo quidem modo non poſſunt per pœnitentiam deleri peccata Dæmonum, & etiam hominum damnatorum: quia affectus eorum ſunt confirmati in malo; ita quod non poteſt eis diſplicere peccatum, in quantum eſt culpa, ſed ſolum diſplicet eis pœna, quam patiuntur, ratione cuius aliquam pœnitentiam, ſed falſam habent, ſecundum illud *Sap.* 5. Pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Vnde talis pœnitentia non eſt cum ſpe veniæ, ſed cum deſperatione. Tale autem non poteſt eſſe aliquod peccatum hominis viatoris, cuius liberum arbitrium flexibile eſt ad bonum, & ad malum. Vnde, dicere, quod aliquod peccatum ſit in hac vita, de quo quis pœnitere non poſſit, erroneum eſt. Primò quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrij. Secundò, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moueri poteſt cor cuiuſcumque peccatoris ad pœnitendum, &c. *E però ſempre potiamo raccorrere alla diuina gratia, e dire*: Domine ſalua nos, perimus.

E ſuppoſto che lui ſteſſo ci muoue à domandarla, dobbiamo tanto più allargar il cuore alla ſperanza di riceuerla, perche come inſegna il S. D. P. 2. qu. 112. art. 3. Suppoſto che Præparatio hominis ad gratiam eſt à Deo, ſicut

à mouente

à mouente, & à libero arbitrio, ſicut à moto, habet neceſſitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis, ſed infallibilitatis; quia intentio Dei deficere non poteſt, ſecundum quod Auguſtinus dicit in libro de Prædeſtinatione Sanctorum: quod per beneficia Dei certiſſimè liberantur, quicumque liberantur. Vnde, ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quod homo, cuius cor mouet, gratiam conſequatur, infallibiliter ipſam conſequitur, ſecundum illud *Ioan. 6.* Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.

Et ecco la ragione, dice l'Angelico 3. contra Gent. cap. 150. poiche è certo, che Vnumquodque ordinatur in finem ſibi conuenientem ſecundum rationem ſuæ formæ; diuerſarum enim ſpecierum diuerſi ſunt fines: ſed finis in quem homo dirigitur per auxilium diuinæ gratiæ, eſt ſupra naturam humanam: ergo oportet, quod homini ſuperaddatur aliqua ſupernaturalis forma, & perfectio, per quam conuenienter ordinetur in finem prædictum.

Mà in ordine à tal forma ſoggionge nella P. 2. quæſt. 109. art. 7. Requiritur aliqua præparatio; quia omnis forma requirit ſuſceptibile diſpoſitum: ſed hoc quod homo moueatur à Deo, non præexigit aliquam aliam motionem, cum Deus ſit primum mouens.

Et ad 4. *ſoggionge parimente*: Dicendum, quod hominis eſt præparare animam, quia hoc facit per liberum arbitrium: ſed tamen hoc non facit ſine auxilio Dei mouentis, & ad ſe trahentis.

E poſto tal aiuto, non vi è da dubitare della noſtra ſalute P. P. qu. 19. art. 8. in corp. & ad 2. doue dice: Dicendum, quod ex hoc ipſo, quod nihil voluntati diuinæ reſiſtit, ſequitur quod fiant ea, quæ fieri vult.

E non importa qualſiuoglia contrario, poiche come dice il S. M. 1. parte qu. 23. art. 1. ad 3. Dicendum, quod prædeſtinari conuenit Angelis, ſicut, & hominibus, licet nunquam fuerint miſeri. Nam motus non accipit ſpeciem à termino à quo, ſed à termino ad quem. Nihil enim refert quantum ad rationem dealbationis, vtrum ille, qui dealbatur, fuerit niger, aut pallidus, vel rubeus. Et ſimiliter nihil refert ad rationem prædeſtinationis, vtrum aliquis prædeſtinetur ad vitam æternam à ſtatu miſeriæ, vel non.

Siche à primo ad vltimum *ſi conclude, che ogn'vno per miſerabile che ſia, può ſperar nel diuino aiuto, e gridar al Signor Iddio*. Domine ſalua nos, perimus. *Potendo lui ſolo vincer ogni noſtra indiſpoſitione, & introdur nell'anima noſtra qualſiuoglia diſpoſitione neceſſaria alla noſtra giuſtificatione P. 2. quæſt. 112. art. 7.* Dicendum, quod tota iuſtificatio impij, originaliter conſiſtit in gratiæ infuſione. Per eam enim, & liberum arbitrium mouetur, & culpa remittitur. Gratiæ autem infuſio fit in inſtanti abſque ſucceſſione. Cuius ratio eſt, quia quod aliqua forma non ſubitò impri-

imprimatur ſubiecto, contingit ex hoc, quod ſubiectum non eſt diſpoſitum, & agens indiget tempore ad hoc, quod ſubiectum diſponat. Dictum eſt autem ſuprà, quod Deus ad hoc, vt gratiam infundat animæ, non requirit aliquam diſpoſitionem, niſi quam ipſe facit. Cum igitur virtus diuina ſit infinita, poteſt quamcumque materiam certam ſubitò diſponere, & multò magis liberum arbitrium hominis, cuius motus poteſt eſſe inſtantaneus ſecundum naturam.

Sicome ne habbiamo l'eſſempio in S. Paolo P. 2. qu. 112. art. 2. ad 2. Quia ſubitò, cum eſſet in progreſſu peccati, perfectè motum eſt cor eius à Deo, audiendo, & adducendo, & veniendo, & ideò ſubitò eſt gratiam conſequutus. *Perche come ſoggiunge il S. D. 3. P. quæſt. 7. art. 13.* Gratia cauſatur in homine ex præſentia diuinitatis, ſicut lumen in aere ex præſentia Solis.

E però ſe bene dice il S. M. 1. p. quæſt. 21. art. 4. ad 1. che In iuſtificatione impij apparet iuſtitia, dum Deus culpas relaxat propter dilectionem; illam tamen ipſe miſericorditer infundit, ſicut de Magdalena legitur *Lucæ 7.* Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

E ciò viene ſoggionge egli dalla ſua radice, che è la predeſtinatione, che è parimente ex gratia *1. 2. quæſt. 57. art. 2. ad 2.* Quandoque ipſa æterna dilectio Dei, gratia Dei dicitur, ſecundum quòd dicitur etiam gratia prædeſtinationis: in quantum Deus gratuitò, & non ex meritis aliquos prædeſtinauit, ſeù elegit: Dicitur enim *ad Epheſ. 1.* Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.

Biſogna dunque per ogni modo raccorrere al diuino aiuto, main tempo, E queſto ſarà il Punto della

SECONDA PARTE.

Ariſtotile portato da S. Tomaſo lib. 4. Phyſicorum lectione xxiij. dice parlando del Tempo: Dignum autem conſideratione eſt, quomodo ſe habet tempus ad animam: & propter quid in omni videtur eſſe tempus, & in terra, & in mari, & in Cœlo.

Hor per quello, che ſpetta all'anima ſentiamo quello, che ne dicono i Santi Padri, e prima S. Gregorio Homil. 39. in Euangelia: Ecce vocat per ſe Deus, vocat per Angelos, vocat per Patres, vocat per Prophetas, vocat per Apoſtolos, vocat per Paſtòres, vocat etiam per nos, vocat per miracula, vocat plerumque, per flagella, vocat aliquando per huius Mundi proſpera, vocat aliquando per aduerſa: nemo contemnat, ne dum vocatus ſe excuſat, cum voluerit intrare non valeat. Audite quid Sapientia per Salomonem dicat. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane conſurgent, & non inuenient me. Hinc eſt, quod fatuæ Virgines tardè venientes, clamant dicentes: Domine, Domine, aperi nobis.

E ſoggionge

E ſoggionge il medeſimo S. Gregorio citato dall' Angelico in Catena aurea ſuper cap. 25. Matth. Dolore autem repulſionis compulſæ appellationem ingeminant Dominationis, inuocando Patrem, cuius in vita ſua miſericordiam contempſerunt. *E però tal grido fù in vano.*

Mà ſentiamo ciò, che dice à punto anche al propoſito dell' iſteſſa Parabola S. Criſoſtomo, portato iui da S. Tomaſo: Per hoc autem, quod dicit, dum irent emere, oſtendit; quia etſi miſericordes efficiamur poſt mortem, nihil hinc lucrabimur ad effugiendum, ſicut nec diuiti proſuit, quod factus eſt miſericors, & ſollicitus circa eos, qui ſibi attinebant.

Origene anco citato iui. Vel dicit dum irent emere. Eſt enim inuenire quoſdam, qui, quando debuerunt, neglexerunt aliquid vtile diſcere: in ipſo autem exitu vitæ ſuæ, dum diſponunt diſcere, comprehenduntur à morte.

Segue iui parimente S. Girolamo; Poſt iudicij autem diem, bonorum operum, & iuſtitiæ occaſio non relinquitur: vnde ſequitur. Et clauſa eſt ianua.

Auguſtinus De Verbis Domini: Receptis illis, qui ſunt in Angelicam vitam commutati, clauditur additus ad Regna Cœlorum, non enim poſt iudicium patet precum, & meritorum locus: ſed magna eius eſt ſeueritas poſt iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis miſericordia prorogata eſt.

E però ſegue: At ille reſpondens, ait, Amen dico vobis, Neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam. *Doue S. Girolamo:* Ex hoc autem, quod infert: Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam, intelligit, vniuerſa, quæ dicta ſunt, eſſe præmiſſa; vt quia ignoramus indicij diem, ſolliciti nobis lumen bonorum operum præparemus.

E però, chi hà tempo, non aſpetti tempo, perche può eſſere, che poi non ſiamo à tempo, come inſegna S. Tomaſo lib. 4. Phyſic. lect. xx. perche Quod eſt in tempore, aliquid patitur ſub tempore, ſecundum quod paſſio pertinet ad defectum. Et hoc probatur ex conſueto modo locutionis: Conſueuimus enim dicere, quod longitudo temporis tabefacit, ideſt putrefacit, & corrumpit. Et iterum quòd propter tempus omnia ſeneſcunt, quæ ſunt in tempore: & quod propter tempus obliuio accidit, quæ enim de recente cognouimus, in memoria manent, ſed per diuturnitatem temporis elabuntur. Quod ex ipſa ratione temporis apparet Eſt enim tempus numerus motus; de ratione autem motus eſt, quod faciat diſtare id, quod eſt à diſpoſitione, in qua prius erat. Vnde cum tempus ſit numerus primi motus, ex quo in omnibus cauſatur mutabilitas; ſequitur, quod per diuturnitatem temporis, omnia, quæ ſunt in tempore, remoueantur à ſua diſpoſitione.

La qual

La qual diſpoſitione corre, non ſolo nell'ordine naturale, mà anche nel ſoprannaturale, è ſpirituale, come appare nel fanciullo, che nel tempo, che è racchiuſo nel ventre della madre, non è capace di battesimo, fuori ſi, come inſegna S. Tomaſo in 4. diſt. 6. quæſt. 1. art. 1. Dicendum, quod, non eſt defectu diuinæ miſericordiæ, quod in maternis vteris exiſtentibus, non exibeatur remedium; ſed quia non ſunt capaces remedij, per quod, ſecundum legem communem, participes paſſionis Chriſti efficiãtur, à quo eſt remiſſio peccatorum: quia non poſſunt ſubijci operationi miniſtrorum Eccleſiæ, per quos talia remedia miniſtrantur.

E ſe nato, e gionto al tempo, che già hà l'vſo di ragione, ſi volta à Dio, ſi giuſtifica; ſe non lo fa pecca, grauemente, e ſi rende indegno della ſua ſalute. P. 2. q. 89. art. 6. in c. Quoniam Homini peruenienti ad vſum rationis, primum, quod tunc cogitandum occurrit, eſt deliberare de ſeipſo. Et ſi quidem ſeipſum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam conſequetur remiſſionem originalis peccati. Si verò non ordinet ſe ad debitum finem, ſecundum quod in illa ætate eſt capax diſcretionis, peccabit mortaliter, non faciens, quod in ſe eſt, &c.

Et quæſt. 5. de malo art. 2. ad 8. *dice*: Poſtquam verò vſum rationis habent, tenentur ſalutis ſuæ curam agere. Quod ſi fecerint, iam abſque peccato originali erunt, gratia ſuperueniente.

Dirai: in tempo, che l'huomo non hà ancora riceuuto la gratia, non hà merito appreſſo à Dio; dunque ne meno quella diſpoſitione di far quello, che può all'hora li gioua.

Riſpondo con l'Angelico 2. 2. quæſt. 83. art. 5. doue al terzo argomento, che così opponeua: Oratio præcipuè fidei innititur, ſecundum illud *Iacob. 1.* Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans: fides autem non ſufficit ad merendum, vt patet in his, qui habent fidem informem: ergo oratio non eſt actus meritorius.

Riſponde così: Dicendum, quod Oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia ſic innititur principaliter charitati: ſed quantum ad efficaciam impetrandi: quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiæ diuinæ, & miſericordiæ, ex quibus oratio impetrat, quod petit.

Sono dunque varie le diſpoſitioni ſpirituali, che riceuono gli huomini in diuerſi tempi da Dio, e ſecondo quelle deuono operare, e non eſtinguerle, conforme pure ſi legge Actorum 7. Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. *In conformità della quale reſiſtenza ſà à propoſito ciò, che ſcriſſe il S. D. 1. ad Theſſalon. cap. 5. lect. 5. doue dice così:* Aliquis dicitur extinguere ſpiritum in ſe, vel in alio, cum aliquis aliquid boni, ex feruore Spiritus Sancti vult facere; vel etiam cum aliquis bonus motus in ipſo ſurgit, & ipſe impedit *Actorum 7.* Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis.

E che

E che siano varie le dispositioni, con quali Dio ci muoue, e tira a se lo soggionge parimente il S. M. Quodlib. 2. art. 6 doue insegna, che: Tripliciter quis adiuuatur à Deo ad credendum, Primò per interiorem vocationem, Secundò per doctrinam, & prædicationem exteriorem, Tertiò per exteriora miracula. *E mai mancano questi aiuti, ò in vn modo, ò in vn altro; Che però soggionge:* Si Christus visibilia miracula non fecisset, adhuc remanebant alij modi attrahendi ad finem, quibus homines acquiescere tenentur. Tenebantur enim homines credere auctoritati legis, & Prophetarum. Tenebantur etiam interiori vocationi non resistere, sicut Isaias de se dicit cap. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Sicut de quibusdam dicitur Actorum 7. Vos semper Spiritui Sancto resistitis. *Et Psal. 94.* Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. *E molti altri passi simili.*

Essendo certo, come dice S. Tomaso de Veritate qu. 28. art. 3. che Ipse Deus, qui iustificat impium, tangit animam, gratiam in ea causando. Vnde, *in Psalm. 143.* Tange montes (Glossa) de gratia tua. Mens autem humana aliquo modo tangit Deum, eum cognoscendo, vel amando. Vnde, & in Adultis, qui possunt Deum cognoscere, & amare, requiritur aliquid vsus liberi arbitrij, quo Deum cognoscant, & ament; & ista est conuersio ad Deum, de qua dicitur *Zachar. 1.* Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

E cosi, quando l'huomo si conuerte à Dio, è segno, che coopera alla dispositione, e motione riceuuta dal medesimo: Dicta quæst. & art. ad 20. Dicendum, quod ista dispositio non requiritur propter impotentiam Agentis, sed propter conditionem recipientis, scilicet voluntatis, quæ immutari non potest per violentiam, sed proprio motu immutatur. Iste autem motus liberi arbitrij non solum se habet ad gratiam, vt dispositio, sed vt complementum; Operationes enim sunt quædam completiones habituum. Vnde perfectionem Agentis attestatur, quod habitus inducatur simul cum sua operatione, quia perfectio effectus demonstrat perfectionem causæ.

Et operando in tal tempo, e con tal dispositione, merita la vita eterna P. 2. quæst. 112. art. 2. ad 1. Dicendum, quod præparatio hominis ad gratiam habendam, quædam est simul cum infusione gratiæ: Et talis operatio est quidem meritoria, sed non gratiæ, quæ iam habetur; sed gloriæ, quæ nondum habetur.

Ilche concorda col S. Concilio Trident. sess. 6. cap. 6. doue così dice: Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, &c.

Et cap.7. Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur.

E doppo: Iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.

Et Can.4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, &c. anathema ſit.

Et che il noſtro libero arbitrio poſſa eſſer moſſo in più modi l'accenna S. Tomaſo quæſt.24. de veritate art.2. doue dice: Tota libertas ex modo cognitionis dependet; appetitus enim cognitionem ſequitur, cum appetitus non ſit, niſi boni, quod ſibi per vim cognoſcitiuam proponitur.

Et 1. 2. quæſt.27. art.1. ad 2. Radix libertatis eſt voluntas, ſicut ſubiectum; ſed ſicut cauſa, eſt ratio: Ex hoc enim voluntas poteſt ad diuerſa ferri, quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni.

Dunque mentre il Signor Iddio ci ſuggeriſce tante ragioni di conuertirci à lui, come noſtro vltimo fine, chi ſarà, che vogli rifiutarle? P. 2. qu. 10. art.2. Illud ſummum bonum, quod eſt perfectum, & cui nihil deficit, eſt tale bonum, quod voluntas non poteſt non velle, quod eſt beatitudo.

Mà queſta biſogna cercarla in tempo, conclude l'Angelico, primieramente nella P. 2. quæſt.114. art.1. Quia quandoque actus vltimæ gratiæ non eſt magis meritorius, ſed minus, quàm actus præcedentes, propter ægritudinis oppreſſionem.

Et in 2. diſt. 27. quæſt.1. art.6. *Anzi tal volta* Actus eſt in genere talis perfectionis, quæ tamen propter ſui paruitatem non ſufficit ad merendum.

Sicome per l'oppoſito in 2. diſt.29. quæſt.1. a.4. Quantò maiori charitate, & gratia actus informatur, tantò magis eſt meritorius. *E ſimilmente*. Quantò magis eſt voluntarius, plus habet de ratione meriti; ſimiliter etiamquantò magis obiectũ eſt arduum, tantò magis actus eſt meritorius.

E poi ſoggionge P. 2. quæſt.113. art.1. ad 1. queſto è certo, quod motus liberi arbitrij, qui concurrit ad iuſtificationem impij, eſt conſenſus ad deteſtandum peccatum, & accedendum ad Deum, qui quidem conſenſus ſubitò fit.

Et ecco la ragione iui quæſt.31. art.2. in corp. & ad 1. doue dice: Dicendum, quod ſicut dicitur in 3. de anima, motus dupliciter dicitur. Vno modo qui eſt actus imperfecti, ſcilicet exiſtentis in potentia, in quantum huiuſmodi; & talis actus eſt ſucceſſiuus & in tempore. Alius autem actus eſt motus perfecti, ideſt, exiſtentis in actu, ſicut intelligere,

gere, ſentire, velle, & huiuſmodi motus non eſt ſucceſſiuus, nec per ſe in tempore.

E così la gratia, da cui procede il medeſimo atto della giuſtificatione dice il S. D. in 4. ſent. diſt. 17. quæſt. 1. art. 5. quæſt. 3. Quia nullam commixtionem patitur cum ſuo oppoſito, eo quod ſuum oppoſitum magis habet naturam priuationis, quàm alicuius poſitionis, ſicut, & tenebra. Et ideò oportet, quod recipiatur ſubitò in ſubiecto: *ſe bene doppo* Poteſt intendi, & remitti ſecundum acceſſum ad cauſam gratiæ.

Se dunque in queſto punto, che Dio ti chiama, ti conuerti a lui, buon ſegno della tua giuſtificatione, perche, come dice il S. M. P. 2. quæſt. 113. art. 3. In eo, qui habet liberum arbitrium, non fit motio à Deo ad iuſtitiam abſque motu liberi arbitrij; ſed ita infundit donum gratiæ iuſtificantis, quod etiam ſimul cum hoc mouet liberum arbitrium ad donum gratiæ acceptandum in his, qui ſunt huius motionis capaces.

E però in queſto Nunc, *che Dio ci muoue, dobbiamo aſcoltarlo, e non aſpettar al ſecondo, in cui forſi non mouerà più; Perche, ſe bene dice S. Tomaſo dicto lib. 4. Phyſic. lect. xv. che* Maius tempus continet minus, vt annus menſem, menſis diem, ſimul enim eſt, & dies, & menſis, & annus: *Ad ogni modo* vnum nunc, cum indiuiſibile ſit, non continet alterum, & nunquam duo nunc ſunt ſimul.

E che noi ſiamo per corriſponder nel Nunc *ſeguente, non ſiamo certi; perche come inſegna il S. D. in 1. diſt. 38. qnæſt. 1. art. 5.* Quædam cauſæ ſunt, quæ ſe habent ad vtrumque, & in iſtis effectus de futuro nullam habent certitudinem, aut determinationem; & ideò contingentia ad vtrumlibet in cauſis ſuis nullo modo cognoſci poſſunt.

Sed ſolum in cauſis ſuperioribus, *ſoggionge quæſt. 12. de veritate art. 10. ad 12.* cognoſcuntur rerum euentus, *perche* cauſæ ſuperiores, quæ ſunt rerum rationes in diuina præſcientia, nunquam deficiunt ab impletione ſuorum effectuum, ſicut deficiunt cauſæ inferiores.

Mà il ſaperlo dalle cauſe ſuperiori, non ſta in noſtro potere; che però non potiamo hauerne certezza alcuna 1. 2. quæſt. 112. art. 5. Perche Certitudo non poteſt haberi de aliquo, niſi poſſit dijudicari per proprium principium; ſic enim certitudo habetur de concluſionibus demonſtratiuis per indemonſtrabilia vniuerſalia principia. Nullus autem poſſet ſcire, ſe habere ſcientiam alicuius concluſionis, ſi principium ignoraret. Principium autem gratiæ, & obiectum eius eſt ipſe Deus, qui propter ſui excellentiam eſt nobis ignotus, ſecundum *Iob 36.* Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram.

Mà non per queſto alcuno ſi perdi d'animo: mà ſi contenti de i doni, e delle virtù infuſe, che il Signor Iddio le communica pro hoc ſtatu: *Che però diceua S. Paolo Epheſ. 6. v. 12.* Confortamini in Domino, & in potentia virtutis

tis eius, induite vos armaturam Dei, &c. *doue S. Tomaſo lect. 3.* Sed poſſet dici; Si Deus poteſt, & vult, debemus eſſe ſecuri: ideò reſpondens dicit, quòd non; imò debet quilibet facere, quod in ſe eſt, quia ſi inermis iret ad bellum, quantumcumque Rex protegeret eum, eſſet in periculo; ideò dicit: Induite vos armaturam Dei, ideſt, dona, & virtutes, *Alle quali poi riſponde la Beatitudine, e viſione di Dio à ſuo tempo.*

Quanto à i Doni l'accenna il S. M. 1. 2. quæſt. 68. art. 2. ſopra quelle parole del Salmo 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Quia ſcilicet in hæreditatem illius terræ beatorum nullus poſſit peruenire, niſi moueatur, & deducatur à Spiritu Sancto. Et ideo ad illum finem conſequendum, neceſſarium eſt homini habere donum Spiritus Sancti. *E quanto alla Virtù dice parimnte iui in corpore Articuli, che* ad finem vltimum ſupernaturalem ratio mouet per virtutes theologicas.

Le quali, chi le chiama, e molto deſidera, il Signor Iddio le concede; che però egli medeſimo eſſorta ogn'vno Apoc. 3. 18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples ſias: *doue S. Tomaſo dice:* Per hoc oſtenditur, quòd magna oportet facere hominem. Loquitur ergo ſic Dominus propterea, vt magis ad induſtriam liberi arbitrij excitet hominem, per quam diſponatur ad ſapientiam, ſiuè charitatem, ſiuè ad ipſum Chriſtum, qui eſt theſaurus iuſtorum. Et ſi ſe diſponit, ita ſibi datur, ac ſi emiſſet.

E ne aſſegna la ragione il S. D. 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 4. in corp. Quia diuinam bonitatem decet, vt vbicumque diſpoſitionem inuenerit, perfectionem adijciat.

E finalmente, per maggior confidanza, ſoggionge 1. 2. quæſt. 114. art. 9. Dicendum, quòd etiam ea, quæ non meremur, orando impetramus.

Et opuſc. 7. de expoſitione orationis Dominicæ, *in conformità di queſta confidanza, auiſa, che:* Debet eſſe oratio ordinata ſicut deſiderium, cum oratio ſit deſiderij interpres: eſt autem hic debitus ordo, vt ſpiritualia carnalibus, cœleſtia terrenis deſiderando, & orando præferamus, ſecundum illud *Matth. 6.* Primum quærite regnum Dei, &c. hunc Dominus in oratione ſeruare docuit, in qua primò petuntur cœleſtia, & poſtmodum terrena.

E tali beni terreni ſoggionge 2. 2. quæſt. 83. art. 6. in corp. con tal conditione ſi deuono domandare. Non quidem principaliter, ſed ſicut quædam adminicula, quibus adiuuemur ad tendendum in beatitudinem. *E tanto baſti, &c.*

DO-

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM,

Simile factum eſt regnum Cęlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſeminauit Zizania in medio tritici, & abijt. *Matth.* 13.

AN. Tomaſo in librum 5. Ariſt. de Anima lect. 1. parlando della ſcienza dice: Sciendum eſt, quod ſcientia bona eſt, & non ſolum bona, verum etiam honorabilis. Nihilominus tamen vna ſcientia in hoc ſuperexcellit aliam. Quod autem omnis ſcientia ſit bona, patet, quia bonum rei eſt illud, ſecundum, quod res habet eſſe perfectum; hoc enim vnaquæque res quærit, & deſiderat. Cum igitur ſcientia ſit perfectio hominis in quantum homo, ſcientia eſt bonum hominis. Dicitur autem vna ſcientia magis nobilis altera, aut quia eſt meliorum, & honorabiliorum, aut quia eſt magis certa. Hæc autem ſcientia, ſcilicet de Anima, vtrumque habet, quia, & certa eſt, hoc enim quilibet experitur in ſeipſo, quod ſcilicet habeat animam, & quod anima viuificet. Et quia eſt nobilior; anima enim eſt nobilior inter inferiores craturas. *E però ogni trattato ſpettante ad eſſa importa molto, ſe è regolato da perſona erudita, come ſogginge la noſtra S. Madre, e Dottora cap. 2. Vitæ ſuæ, doue così dice*: Eruditus omnis, & ſcientia conſpicuus nunquam me decepit. *Al contrario de i poco letterati, de quali ſoggionge*: Quod veniale commiſſum erat, adeo peccatum non eſſe ſuggerebant, vt licitum dicerent; quod verò læthale, & grauius, inter venialia ab ipſis annumerabatur. Tantum hoc mihi in Spiritu nocuit, vt parum ſit, hoc me id loco ad multorum vtilitatem referre. *Tralaſciando queſti da parte, vediamo quello, che dicono i Sanij ſopra il corrente Euangelo. Attenti, & incomincio.*

E prima, perche ogn'vno reſti qua perſuaſo per attendere al diſcorſo ſopra il corrente Euangelo, ſi deue notare dice S. Tomaſo in cap. Ioan. lect. 4. Quòd lux ad videntem dupliciter comparari poteſt: vel vt obiectum: vel vt participata: vt patet in viſu exteriori. Oculus enim lucem exteriorem cognoſcit tanquam obiectum: ſed oportet ad hoc, quòd eam videat, quòd participet aliquam lucem interiorem, per quam aptetur, & diſ-

& diſponatur oculus ad lucem exteriorem videndam. Sic ergò, quod hic dicit (& vita erat lux hominum) dupliciter poteſt intelligi, vt dicatur lux hominum per modum obiecti, quaſi à ſolis hominibus conſpicabilis: quia ipſam ſolam rationalis creatura conſpicere poteſt, cum ipſa ſola diuinæ viſionis ſit capax. *Iob* 35. Docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cœli erudit nos: quia licet alia animalia cognoſcant aliqua, quæ vera ſunt, ſolus tamen homo ipſam rationem veritatis cognoſcit. *Et indi ſoggionge*: Poteſt etiam dici lux hominum participata. Nunquam enim ipſum Verbum, & ipſam lucem conſpicere poſſumus, niſi per participationem eius, quæ in ipſo homine eſt, quæ eſt ſuperior pars animæ noſtræ, ſcilicet lux intellectiua, de qua dicitur in *Pſal.* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, ideſt filij tui, qui eſt facies tua, qua manifeſtaris. *Hor dunque apriamo li occh alla luce, che ci moſtra nel corrente Euangelo.*

Cum autem dormirent Homines, &c. *Hipocrate 2. Aphor. 3. dice, che* Somnus, atque vigilia, vtraque, ſi modum exceſſerint, malum. *Et aggionge Holl. l. 2. c. de febribus, che* Febres omnes ſomniculoſæ periculi plenæ ſunt. *Et altroue:* Peſſima febris eſt, quæ perpetuam inclinationem habet ad ſomnum.

L iſteſſo paſſa nella via di ſpirito; Onde S. Bernardo Ad fratres de Monte: Caue ſerue Dei quantum potes, ne tutus quandoque dormias, ne ſit ſomnus tuus, non quies laſſi, ſed ſepultura corporis ſuffocati, non reparatio, ſed ſpiritus extinctio. Quantum ad debitum continui proceſſus nihil temporis, tam perit de vita noſtra, quàm quod ſomno deputatur; *Che però i Santi furono ſempre parchiſſimi nel ſonno; Onde S. Gerolamo lib. Illuſtrium Virorum Epiſt. 87. parlando di ſe ſteſſo dice*: Conſuetudinem meam noſti, breuiſſimo ſomno vtor, & quaſi interuigilo, ſatis mihi vigilare deſiuiſſe, aliquando dormiuiſſe me ſentio, aliquando ſuſpicor.

E per tanto in cento luoghi dalla S. Scrittura, e nel corrente Euangelo ci viene raccommandata la vigilanza: e queſta Propter duo *dice Vgone Card.*

Primò vigilandum eſt diligenter ad malum vitandum.

Secundò ad bonum conſeruandum,

Quanto al Primo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit Zizania in medio tritici, ideſt, *dice Vgone*, Venialia cum virtutibus charitate informatis. *Siche queſto è il primo male, che dobbiamo ſchiuare con la vigilanza.*

Ariſtotile nè ſuoi Problemi domanda: Quarè multum dormientes ſunt male diſpoſiti, & malè colorati? *E riſponde, che* In ſomno colliguntur multæ humiditates, quę in vigilia expelluntur, quæ non poſſunt in corpore conſumi, & ſic petunt citò eiici, & petunt per ſuperficiem corporis,

corporis, & præcipuè ad faciem, & ſic cauſam afferunt malæ diſpoſitionis, ſeu mali coloris, vt patet clarè flegmaticis, qui præ cæteris ſunt longioris ſomni.

Coſi paſſa nell'anima, dice S. Ambroſio in Sermone de Cœna Domini ſopra quel paſſo in S. Giouanni cap. 13. Qui lotus eſt, non indiget, niſi, vt pedes lauet. Lotus eſt, quia grauia peccata non habet, cuius caput, ideſt, intentio, & manus, ideſt, operatio, & conuerſatio munda eſt: ſed pedes; qui ſunt animæ affectiones, dum in hoc puluere gradimur, ex toto mundi eſſe non poſſunt, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curioſitati pluſquam oportet cedat animus, vel ad horam, in multis enim offendimus omnes. Veruntamen nemo contemnat, aut paruipendat, impoſſibile eſt enim cum eis ſaluari; impoſſibile eſt ea dilui, niſi per Chriſtum Ieſum, & à Chriſto: *Che però conclude al noſtro intento.* Nemo pernicioſa ſecuritate dormitet: declinans in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis; quoniam, vt audiuit Petrus ab ipſo, niſi lauerit ea Chriſtus, non habebimus partem cum eo.

E S. Anſelmo Epiſtola 6. Noſtra negligentia ſæpiſſimè incipit à minimis, in quibus nos callidus hoſtis ſolet decipere.

Coſi ingannò il Demonio Caino dice S. Gio. Criſoſtomo Hom. 87. in Matth. Sic de Cain factum eſſe videmus; non enim confeſtim cædem fratris illi ſuggeſſit, ne magnitudine rei commotus, tam ſceleſtum facinus abominaretur: ſed prius perſuaſit deteriora offerre, nullum eſſe id dicens peccatum: deinde inuidiæ venæno ſuccendit, nihil etiam mali ſecuturum perſuadendo: ita ſenſim in eum illapſus ad cædem fratris, & ad negationem ſceleris impulit; nec prius ceſſauit, quàm malorum omnium verticem impoſuit. Repellenda igitur malorum initia ſunt.

E queſt'iſteſſo lo proua il Santo con l'eſſempio di Giuda, accennando, che per il più ſi deuono ſchiuar, e temer più i peccati veniali, che i mortali; poiche i mortali à prima viſta ſi abborriſcono. Mirabile quiddam, atque inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnumquam non tanto ſtudio magna videri peccata eſſe euitanda, quanto parua, & vilia: illa enim, vt auertamur, peccati natura efficit; hæc autem, hac ipſa re, quia parua ſunt, deſides reddunt; & dum contemnuntur, non poteſt ad expulſionem eorum animus generosè inſurgere. Vnde citò ex paruis maxima fiunt negligentia noſtra. Hoc ipſum corporibus quoque accidere videbis. Sic in Iuda maximum proditionis malum exortum eſt: niſi enim putaſſet parum eſſe, pecuniam inopum ſurripere, in tantam proteruitatem non deueniſſet.

E ne aſſegna la ragione l'Angelico 2. 2. quæſt. 14. art. 4. doue và diſputando,

do. Vtrum homo poſſit primò peccare in Spiritum Sanctum, *come è il peccato, per eſſempio, della diſperatione della ſalute, ò proſontione di ſaluarſi ſenza meriti, ò impugnare la verità conoſciuta, e ſomiglianti? E riſponde, che ſe bene, ò per malitia del Demonio, ò per libertà dell'arbitrio difettuoſo, ò per qualche vehemente motiuo al male, e per l'affetto debole dell'huomo al bene, può accadere, che vno nel primo atto di peccato, pecchi per diſprezzo, e malitia contro lo Spirito Santo. Tuttauia per l'ordinario, e regolarmente parlando, il caſo non ſi dà: Imperoche* Vt in pluribus, tàm in bono, quàm in malo proceditur ab imperfecto ad perfectum.

Mà ſentiamo, ciò, che dice Ricardo Vittorino lib. 1. de eruditione interioris Hominis cap. 23. Qui ſtat, ait Apoſtolus, videat, ne cadat; De quantumlibet celſo faſtigio facilè poteſt in ima corrui, vel profundum demergi; imò proculdubiò quantò gradus altior, tantò caſus deterior. Debet ſemper nos illud Nabuchodonoſor ſomnium, & cautos reddere, & ſollicitos efficere. Vide, obſecro, viſionis eius ſtatuam, vide, inquam, à quanta ſublimitate incipitur, & in qualem tandem finem deducitur. Habet ſanè caput aureum, & finem teſteum: quid auro cariùs, quid teſta vilius? Attende, & illud quomodo gradatim ad deteriora vergit, & quandoque in fœdiſſimo fine finem facit. Prima pars aurea, ſecunda argentea, tertia ærea, quarta ferrea, & quinta teſtea.

Così ſoggionge: Quam multos videmus in initio conuerſionis ſpe gaudentes, ſpiritu feruentes, in tribulatione patientes, ſollicitos in opere, ſtudioſos in lectione, deuotos in oratione, quid iſti videntur tibi, niſi in auro operari, & in charitate initiari? Charitas enim, vt ſcriptum eſt, patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Sed ſunt multi, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: Nec tamen, qui huiuſmodi ſunt, ſtatim ſe in infima demergunt; ſed prius de bono in peius, dehinc de minus bono in malum, & demum de malo in deterius corruunt, paulatim incipiunt à priſtino deſiderio tepeſcere, & à priori feruore magis, magiſque deficere. *E però* Non dormiamus, &c.

Mà ſentiamo anche le ragioni, che apporta l'Angelico, per le quali ſi deue ſchiuar il peccato.

E prima ſuppongo l'auuiſo di S. Giouanni 1. Io. 1. che dice: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, *doue S. Tomaſo 3. p. quæſt. 89. art. 4. ad 2.* Dicendum, quod illud verbum non eſt intelligendum, quin aliqua hora poſſit homo eſſe abſque omni reatu peccati mortalis; ſed quia vitam iſtam Sancti non ducunt ſine peccatis venialibus.

Ilche ſi conferma con la deciſione del S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. Can. 23. con

queſte

queſte parole: Si quis dixerit hominem ſemel iuſtificatum, poſſe tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.

E'l Concilio Mil. can. 6. Item placuit, quod ait Ioannes Apoſtolus: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat propter humilitatem oportere dici nos habere peccatum, non quia ita eſt, anathema ſit.

Et Can. 7. Item placuit, vt quicumque dixerit in oratione dominica ideò dicere Sanctos: dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis hoc dicant, ſed pro alijs, qui ſunt in ſuo populo peccatores, anathema ſit.

Et Can. 8. Item placuit, vt quicumque verba ipſa dominicæ orationis, vbi dicimus dimitte nobis debita noſtra, ita volunt à Sanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit.

Et ecco la ragione dice il S. D. 1. 2. quæſt. 109. art. 2. in corp. Se bene Natura humana non eſt totaliter per peccatum corrupta, vt ſcilicet toto bono naturæ priuetur: poteſt quidem etiam in ſtatu naturæ corruptę aliquod bonum particulare agere (ſicut ædificare domos, plantare vineas, & alia huiuſmodi) non tamen totum bonum ſibi connaturale, ita quod in nullo deficiat: ſicut homo infirmus poteſt per ſeipſum aliquem motum habere, non tamen poteſt perfectè moueri motu hominis ſani, niſi ſanetur auxilio medicinæ. Sic igitur virtute gratiæ ſuperadditæ virtuti naturæ indiget homo in ſtatu naturę integrę quantum ad vnum, ſcilicet ad operandum, & volendum bonum ſupernaturale. Sed in ſtatu naturæ corruptæ quantum ad duo, ſcilicet vt ſanetur, & vlterius, vt bonum ſupernaturale virtutis operetur, quod eſt meritorium. *E di più ſoggionge*: in vtroque ſtatu indiget homo auxilio diuino, vt ab ipſo moueatur ad benè agendum. *Perche come ſoggionge iui art. 9.* Nulla res creata poteſt in quemcumque actum prodire, niſi virtute motionis diuinæ: *ilche ſpecialmente ſi manifeſta nella conditione dell'humana natura*, quæ quidem licet per gratiam ſanetur, quantum ad mentem; remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam ſeruit legi peccati, vt dicitur ad *Rom.* 7.

Hora dunque ſe ne meno i Santi poſſono eſſer liberi dalli peccati veniali, come tanto incarricano l'aſtinenza da eſſi?

Riſponde qui la noſtra Dottora, e S. Madre lib. de via perfectionis cap. 41. Diſtinguete con certa analogia trà peccati veniali: Hoc documentum interius apud voſmetipſas practicate (ipſum quippe permagni refert) ac ſemper vigilate, & ſuper vos ipſas reflectite, quoadusque tam firmum,

& reſolutum in Deum nullatenus peccandi in vobis propoſitum ſentiatis, mille vt potius mortes paratæ ſitis ſubire, quàm vel vnum lethale crimen admittere: Quo ad venialia verò, omnem date operam, vt aduertenter, & ſcienter nulla admittatis: Quis enim, non multa quotidie committat? Sed alia eſt aduertentia ſatis præcogitata, & præmeditata; alia verò ita repentina, & ſubita, vt ipſa peccati venialis admiſſio, & hæc aduertentia penè vnum quid ſint, & eodem momento contingant, vix vt percipere poſſimus quid faciamus. Sed liberet nos Deus, ne quod peccatum, quantumlibet exiguum, valdè aduertenter, & ſcienter admittamus: neſcio enim, quæ noſtra ſit audacia, vt tam magnum, ac potentem Dominum, in re quapiam, quantumuis parua, offendere præſumamus, quamquam paruum minimè ſit, quod aduerſus tantam Maieſtatem committitur, maximè cum ſciamus ab ipſo nos videri, ac notari. Hoc namque peccatum mihi valdè præcogitatum, & magna cum deliberatione factum viderur, & tamquam ſi peccans diceret, Domine, quantumuis tibi diſpliceat, nihilominùs id ipſe committam: iam tum ſcio id te videre, & noui id te nolle, & hoc ipſum etiam intelligo; verumtamen meam potius voluntatem, & appetitum ſequi, quàm tuam volo. Et huiuſmodi caſum paruum, quid eſſe, dicere quis audebit? Equidem non leuem id culpam eſſe reputo, ſed magnam, & valde quidem magnam.

Quanto alla prima ſorte de' peccati veniali concorda la S. M. con S. Tomaſo quæſt. 24. de veritate art. 12. in corpore doue dice, che Aliquid in nobis quaſi repentinè fit, *cioè* ex impetu paſſionis. Motus enim iræ v. g. & concupiſcentiæ interdum deliberationem rationis præuenit. Qui quidem motus in illicitum tendens ex corruptione naturæ peccatum veniale eſt. Et ideò poſt ſtatum naturæ corruptæ non eſt in poteſtate liberi arbitrij omnia huiuſmodi peccata vitare, quia eius actum effugiunt; quamuis poſſit impedire aliquem iſtorum motuum, ſi contra conetur, &c.

E quanto alli altri deliberati parimente concorda col medeſimo S. D. in 4. ſent. diſt. 38. quæſt. 2. art. 4. quæſtiunc. 2. ad 2. Dicendum, quod homo peccatum veniale committere, ne alius peccet mortaliter, non tenetur, nec benè facit committendo: quia ad vitandum peccatum non inclinamur principaliter ex damno proprio (quia hoc eſſet deſiſtere à peccato timore pœnæ) ſed inclinamur, ne Deum offendamus, cuius offenſa eſt etiam veniale peccatum, quamuis non ita magna, ſicut mortale: nullus autem debet Deum offendere parum, ne alius offendat multum: quia homo debet in infinitum plus diligere Deum, quàm proximum. Et ideò nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum ſcandalum, dummodo actus ſuus ex tali cauſa factus peccatum

veniale

veniale remaneat: eſt enim oppoſitio in adiecto, ſi dicatur, quod aliquis debet peccare, aut benè facit peccando.

La qual dottrina anche la conferma in 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 2. ad 3. Dicendum, quod quidam dicunt, quòd homo debet peccare venialiter, vt alium à mortali peccato impediat, ſed dictum contradictionem implicat, quia ex hoc ipſo, quod dicitur peccatum, ponitur indebitum fieri: vnde ſi aliquid ſit, quod nullo modo poſſit non eſſe peccatum, non debet fieri (nec etiam bonum eſt fieri, nec licitum) vt alius à peccato mortali liberetur; quamuis ad hoc ex quadam pietate ānimi etiam multi boni inclinentur: ſed poteſt hoc contingere, vt aliquid, quod aliàs eſt peccatum veniale, ex tali cauſa factum deſineret eſſe peccatum; ſicut dicere aliquod verbum iocoſum, quod non eſſet otioſum, ſi diceretur cauſa piæ vtilitatis.

Mà andiamo ancora più vedendo le ragioni di fugir i peccati veniali in 4. diſt. 16. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 1. ad 1. doue apporta la differenza delle macchie del peccato mortale, e veniale dice il S. D. Dicendum, quod macula poteſt eſſe dupliciter: vno modo per priuationem pulchritudinis, & ſic in veniali non manet aliqua macula, quia nō tollit gratiam, quę eſt animæ decor. Alio modo per hoc, quod pulchritudo, quæ eſt gratię, impeditur ne exteriùs appareat; ſicut per puluerem pulchritudo faciei fœdatur: & talis macula eſt in veniali, quia impeditur decor gratiæ, ne in actibus exteriùs oſtendatur.

Item 3. P. quæſt. 77. art. 2. ad 3. Animæ inducitur macula vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale, & hoc fit per peccatum veniale: & ideo ad tollendam maculam mortalis peccati requiritur infuſio gratiæ; ſed ad tollendam maculam venialis peccati requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quem remoueatur inordinata adhæſio ad rem temporalem.

Item 2. 2. quæſt. 73. art. 3. ad 3. Ex minori vitio poteſt oriri malus peccatum, ſicut ex ira naſcitur homicidium, & blaſphemia.

Item 1. 2. quæſt. 88. art. 3. Peccatum veniale ex genere poteſt diſponere ad peccatum mortale ex genere: qui enim peccat venialiter ex genere prætermittit aliquem ordinem, & ex hoc, quod conſueuit voluntatem in minoribus debito ordini non ſubijcere, diſponitur ad hoc, quod etiam voluntatem ſuam non ſubijciat ordini vltimi finis, eligendo id, quod eſt peccatum mortale ex genere.

Et art. 6. ad 1. Dicendum, quod veniale differt à mortali, ſicut imperfectum à perfecto, vt Puer à Viro, fit autem ex Puero Vir.

E finalmente 2. 2. quæſt. 43. art. 7. ad 5. dice, che Quamuis per peccatum veniale gratia non tollatur, per quam eſt hominis ſalus, in quan-

tum tameu veniale diſponit ad mortale, vergit in detrimentum ſalutis.

E però chi deſidera ſaluarſi, deue aſtenerſi quanto le ſia poſſibile da peccati veniali.

E tanto più da mortali, perche come ſoggionge Vgone Cardinale non ſolamente Diabolus ſuperſeminat zizania, ideſt, venialia cum virtutibus formatis, ſed etiam mortalia cum virtutibus informibus.

Quindi ſa à propoſito quell' Aſſoriſmo di Fonſ. l. 2. Aſſoriſm. 3. In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale. *Onde S. Agoſtino de Ciuit. Dei.* Quamuis anima immortalis perhibeatur, habet tamen, & ipſa ſuam mortem, cuius mors ſit, cum eam deſerit Deus: Duæ vitæ ſunt, vna corporis, altera animæ: ſicut vita corporis anima, ita vita animæ Deus: & quomodo ſi anima deſerat, moritur corpus; ſic anima moritur, ſi deſerat Chriſtus.

Che è quando prima pecca mortalmente; perche Deus neminem deſerit, niſi prius deſeratur *dice il S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. ma dichiamo tutte le formali parole del Concilio:* Deus, *dice*, ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur *Paral. 12. v. 5.* Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos. *Onde S. Fulgentio lib. 1. de duplici prædeſt. c. 13.* Iuſtè, *dice*, deſeritur à Deo, qui deſerit Deum, & quia homo deſerens Deum peccat, deſerens peccatorem Deus, iuſtitiam ſeruat.

L'iſteſſa dottrina apporta S. Agoſt. lib. de natura, & gratia c. 26. Hoc, *dice*, fideliter, & firmiter credat dilectio veſtra, quia nũquã prius Deus deſerit hominem, niſi prius ab homine deſeratur. Cum enim ſemel, & ſecundò, & tertiò vnuſquiſque grauia peccata commiſerit; expectat tamen illum Deus: cum verò in peccatis ſuis cœperit permanere, de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio; de deſperatione obduratio generatur. *E giunto poi il Peccatore à queſto ſegno, che ne ſegue? Prouerb. 28. v. 14.* Qui mentis eſt duræ, corruet in malum. *Et Eccleſiaſt. 3. v. 27.* Cor durum habebit malum in nouiſſimo. *Et Rom. 2. v. 5.* Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram.

Che però dobbiamo tanto più ſtar vigilanti, & auertiti di laſciarſi cogliere in queſti graui peccati, quanto è maggiore il danno, che ci apportano: Onde San Paolo ad Hebr. 3. Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malũ diſcedendi à Deo viuo, ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis in vobis fallacia peccati. *Ilche come ſegua, l'accenna S. Bernardo lib. 1. Ad Eugenium c. 1.* Primum, *dice*, tibi importabile videtur aliquid; proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, indicabis non adeò graue; paulò poſt, etiam delectabit: ita paulatim in duritiam itur.

Et ne apporta la ragione S. Tomaſo ſupponendo in primis *la dottrina, che dà nella*

dà nella 2. 2. quæſt. 10. art. 5. ad 1. che Formalis ratio alicuius peccati poteſt accipi dupliciter: vno modo ſecundum intentionem peccantis: & ſecundum hoc id, ad quod conuertitur peccans, eſt formale obiectum peccati, & ex hoc diuerſificatur eius ſpecies. Alio modo ſecundum rationem mali: & ſic illud bonum, à quo receditur, eſt formale obiectum peccati: ſed ex hac parte peccatum non habet ſpeciem.

Et in 4. Diſt. 16. quæſt. 3. art. 2. quæſt. 4. ad 5. Peccata ſpeciem ſortiuntur ex parte conuerſionis: quia ex parte auerſionis non differunt.

Dunque ex parte conuerſionis *vi può eſſer molta differenza, e quanto alla ſpecie, e quanto all'intenſione* intra eandem ſpeciem *ne peccati; Perche come dice il S.D. 1. 2. quæſt. 73. art. 6. Prima nell'Argomento* Sed contra: Multiplicata cauſa, multiplicatur effectus: ergo ſi cauſa peccati maior fuerit, peccatum erit grauius.

E nel corpo dell'Articolo: Dicendum, quod in genere peccati, ſicut, & in quolibet alio genere, poteſt accipi duplex cauſa. Vna, quæ eſt per ſe, & propria cauſa peccati, quæ eſt ipſa voluntas peccandi: comparatur enim ad actum peccati, ſicut arbor ad fructum, vt dicitur in Gloſſa ſuper illud *Matth. 7.* Non poteſt arbor bona fructus malos facere: & huiuſmodi cauſa quantò fuerit maior, tanto peccatum erit grauius. Quantò enim voluntas fuerit maior ad peccandum, tantò homo grauiùs peccat. Aliæ verò cauſæ peccati accipiuntur quaſi extrinſecè, & remotè, ex quibus ſcilicet voluntas inclinatur ad peccandum, ſicut finis, quod eſt proprium obiectum voluntatis: & ex tali cauſa augetur peccatum: grauiùs enim peccat, cuius voluntas intentione peioris finis inclinatur ad peccandum.

Et in termini della durezza, alla quale s'arriua. In 1. ſent. diſt. 40. qu. 4. art. 2. Dicendum, quod obduratio dicitur quandoque actus voluntatis obſtinatæ in malum, cui pertinaciter adhæret.

Dalche poi ne ſegue dice S. Paolo Rom. 2. che: Secundum duritiam tuam, & impenitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ. Ex hoc ſcilicet ſolo, *ſoggionge S. Tomaſo 3. P. quæſt. 88. art. 1. in corp.* Quod contemnitur Dei bonitas, quæ ad pœnitentiam expectat.

E però concludo il Primo Punto, vigilandum eſt diligenter ad malum euitandum, tam veniale, quam mortale.

Reſta il 2. Punto, che anche vigilandum eſt ad bonum conſeruandum. *Che ſara per la*

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 79. art. 1. ad 3. Dicendum, quod facere bonum

eſt

eſt actus completiuus iuſtitiæ, & quaſi pars principalis eius. Declinare autem à malo eſt actus imperfectior, & ſecundaria pars eius, & ideò eſt quaſi pars materialis, ſine qua non poteſt eſſe pars formalis completiua.

Che però ſoggionge P. 2. quæſt. 60. art. 5. ad 4. Bonum fortiùs eſt ad mouendum, quam malum, quia malum non agit, niſi virtute boni, vt Dionyſ. dicit 4. c. de diuinis nomin.

Et lib. 3. ſent. ad Hannibal. Diſt. 32. quæſt. vnica art. 1. Dicendum, quod vnicuique habenti cognitionem amabile eſt proprium bonum.

Hor che bene è queſto? Vgone Cardinale qui apporta quelle parole dell' Apocaliſſe c. 16. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, ideſt Beatus, *dice egli*, qui vigilat in cuſtodia ſui, ne in laqueos cadat Diaboli, & cuſtodit veſtimenta ſua, ideſt, innocentiam Baptiſmi, ne nudus ambulet à virtutibus, & operi bus bonis. *Sichè l'Innocenza, e le Virtù ſono il noſtro bene,*

Ma ſentiamo S. Tomaſo P. P. quæſt. 48. art. 6. Ex bona voluntate dicitur homo bonus, & ex mala malus:

Item P. P. quæſt. 49. art. 3. ad 5. Bonum hominis, vt eſt homo, eſt bonum ſecundum rationem, non autem ſecundum ſenſum corporis.

Item P. 2. quæſt. 71. art. 2. Bonum hominis eſt ſecundum rationem eſſe, & malum hominis eſt præter rationem eſſe, vt Dionyſ. dicit 4. c. de diuinis nominibus.

Item 2. 2. quæſt. 123. art. 1. Dicendum, quod ſecundum Philoſophum *in 2. Ethic.* Virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: vnde virtus hominis eſt, quæ bonum facit hominem.

Item P. 2. quæſt. 98. art. 5. ad 2. Dicendum, quod homo quantò Deo magis coniungitur, tantò efficitur melioris conditionis; & ideò quantò Populus Iudæorum erat aſtrictus magis ad diuinum cultum, dignior alijs Populis erat: vnde dicitur *Deut. 4.* Quæ eſt alia Gens ſic inclyta, vt habeat cerimonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſalem legem. Et ſimiliter etiam quantum ad hoc ſunt melioris conditionis Clerici, quam Laici, & Religioſi, quam Sæculares.

E finalmente lib. 3. cont. Gent. c. 141. Eſt autem ſummum bonum hominis fœlicitas, quæ eſt vltimus finis eius. Quantò ergo aliquid eſt huic fini propinquius, tantò præeminet inter hominis bonum. Huic autem propinquiſſimum eſt virtus.

La virtù dunque ſempre ci deue eſſer à cuore, ſe deſideriamo giunger alla final Beatitudine, & à quel bene di tutti i Beni.

Così vi gionſero quelle Vergini ſauie: Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias *Matth. 25. E S. Paolo diceua di ſe ſteſſo 1. Corinth. c. 9.* Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: *doue S. Bernardo Serm. 2.*

De Natiuit. Ergo, quia paratæ ſunt nuptiæ, & omnis nos Curiæ cœleſtis frequentia deſiderat, & expectat, curramus, non quaſi in incertum, curramus deſiderijs, & profectu virtutum.

E S. Effrem Paræneſi 8. col medeſimo ſentimento: Eſto fidelis, non frangaris laboribus; ſed Dominum expecta, qui te ad ſuum Regnum, & gaudium ſuo tempore perducet. Non ne ſi litteras diſceres, vexationem ſuſtineres? Si opificium aliquod ſæculi perficeres, non ne laborem ſubires? Quid propter Deum? *Pſal.* 83. Labores manuum tuarum, quia manducabis, Beatus es, & benè tibi erit.

Apporta parimente qui la ſua ragione l'Angelico 2. 2. quæſt. 82. art. 1. ad 1. Dicendum, quod mouens imponit modum motui mobilis. Voluntas autem mouet alias vires animæ ad ſuos actus: & voluntas ſecundum, quod eſt finis, mouet ſeipſam ad ea, quæ ſunt ad finem. Et ideò, cum deuotio ſit actus voluntatis hominis offerentis ſeipſum Deo ad ei ſeruiendũ, qui eſt vltimus finis; conſequens eſt, quod deuotio imponat modũ humanis actibus: ſiuè ſint ipſius voluntatis circa ea, quę ſunt ad finem, ſiuè etiam ſint aliarum potentiarũ, quę à voluntate mouentur.

E da queſta diuotione ſoggiogie iui art. 4. in c. ne ſegue poi l'allegrezza ſpirituale, che conſola in eſtremo l'anima noſtra: Dicendum, quod deuotio per ſe quidem, & principaliter ſpiritualem lætitiam mentis cauſat: *ſe bene poi* ex conſequenti, & per accidens cauſat triſtitiam: Dictum eſt enim, quod deuotio ex duplici conſideratione procedit, principaliter quidem ex conſideratione diuinæ bonitatis: quia iſta conſideratio pertinet quaſi ad terminum motus voluntatis tradentis ſe Deo; & ex iſta conſideratione per ſe quidem ſequitur delectatio ſecundum illud *Pſal.* 76. Memor fui Dei, & delectatus ſum: ſed per accidens hæc conſideratio triſtitiam quandam cauſat in his, qui nondum plenè Deo fruuntur; ſecundũ illud *Pſal.* 41. Sitiuit anima mea ad Deum viuum; & poſtea ſequitur, Fuerunt mihi lacrymę meæ panes, &c. Secundariò verò cauſatur deuotio ex conſideratione propriorum defectuum: nam hæc conſideratio pertinet ad terminum à quo homo per motum voluntatis deuotè recedit, vt ſcilicet non in ſe exiſtat, ſed Deo ſe ſubdat: Hæc autem conſideratio è conuerſo ſe habet ad primam: nam per ſe quidem nata eſt triſtitiam cauſare, recogitando proprios defectus; per accidens autem lætitiam; ſcilicet propter ſpem diuinę ſubuentionis. Et ſic patet, quod ad deuotionem primò, & per ſe conſequitur delectatio; ſecundariò autem, & per accidens triſtitia, quæ eſt ſecundum Deum.

Et in tal modo vna diuotione aggiuta l'altra, e coſi ſi conſerua il noſtro bene, ſicome lo conclude il S. D. 2. 2. quæſt. 82. art. 2. ad 2. Dicendum, quod pinguedo coporalis, & generatur per calorem naturalem digerentem,

tem, & ipſum calorem naturalem conſeruat, quaſi eius nutrimentum. Et ſimiliter charitas, & deuotionem cauſat, in quantum ex amore alicuius redditur promptus ad ſeruiendum amico: & etiam per deuotionem charitas nutritur; ſicut, & quælibet amicitia conſeruatur, & augetur per amicabilium operum exercitium, & meditationem.

Sicome anche ſi vede nella virtù della charità, di cui dice il medeſimo 2. 2. quæſt. 24. art. 6. che Quilibet actus charitatis diſponit ad charitatis augmentum, in quantum ex vno actu charitatis homo redditur promptior iterum ad agendum ſecundum charitatem; & habilitate creſcente, homo prorumpit in actum feruentiorem dilectionis, quo conatur ad charitatis profectum, & tunc charitas augetur in actu. *E così tanto meglio ſi conſerua, e compiſce all'intento della vigilanza, che ſi deue hauere* Ad bonum conſeruandum.

Mi diranno. Si potrebbe hauer qualche ſegno di tale accreſcimento? Riſponde parimente il S. M. opuſc. 61. cap. 17. doue appunto tratta de augmento charitatis. *E ne apporta queſti trè, ſupponendo* in primis *l'auttorità di S. Agoſtino, che dice*: Charitas, vt perficiatur naſcitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum fuerit perfecta, dicit: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: *Et indi ſoggionge*: Signa autem, vel effectus augmenti charitatis tria ſunt.

Primum, maior perfectio ſubiecti, ſcilicet potentiæ. Hæc eſt cauſa propria, neceſſaria, & immediata, & in genere cauſæ formalis; vt patet: Virtus enim eſt, quæ habentem perficit: & hæc eſt per ſe. Et ideò ſi ſimplex ad ſimplex, & magis ad magis. Sicut ergo, qui habet gratiam eſt Deo gratus, & qui maiorem, magis. *Prouerb.* 8. Ego diligentes me diligo, *E così, chi* magis, & magis.

Secundum, eſt maior impermixtio contrarij. Sunt autem contraria charitatis duo. ſcilicet, timor, & cupiditas; timor autem alius ſeruilis, cui opponitur amor charitatis, vt calidum frigido: & ideò non compatiuntur ſe ſimiliter. Alius initialis: cui opponitur, vt extremum medio: vt calidum tepido: & ideò ex his quaſi fit mixtio excellentijs religatis non habitis: ſed haberi poſſibilibus, vt in elementis contrarijs in mixto conuenientibus. Cæterum ſi calor augeatur in mixto fortiùs pugnabit contra frigidum, & citiùs prædominabitur: & ideò mixtio diſſoluetur. Et ſimiliter ex parte frigidi. Similiter omnino in propoſito 1. *Ioan.* 10. Perfecta charitas foras mittit timorem, & è conuerſo Timor initialis excreſcens, in quantum timor, & degenerans in ſeruilem, foras mittit charitatis amorem. Verum timor caſtus creſcente charitate creſcit, & eius effectus. Nam quem magis amo, & magis reuereor, &c.

Tertium

Tertium, eſt maior extenſio actus proprij, ſcilicet dilectionis, &c. *Che però:* Qui maiorem habet charitatis habitum, maioris elicit actum dilectionis: & qui magis diligit Deum, ſiuè amando eum: ſiuè concupiſcendo, ipſum magis vult: & qui magis vult, magis operatur, ſi poteſt. Vnde ſicut voluntas motrix eſt vitiorum inferiorum: Sic charitas omniũ virtutum: vnde charitas patiens eſt, benigna eſt, &c.

Augetur autem radicatio duratione: ſecundum illud. Charitas, aut proficit, aut deficit. *Epheſ.* 4. In charitate radicati, &c. Radicatur potentia in charitate, & charitas in potentia: ſicut eſt digitus in annulo: & annulus in digito. Cum igitur charitas in potentia continuat poſſeſſionem, quodammodò tendit ad faciendam præſcriptionem. vt quo diutiùs influit, difficiliùs expelli poſſit. Item motus creſcit ex frequentatione. *Ariſt.* Actus deſiderij ſuum ſimile, & tale additum tali fit magis tale.

Item ex feruore: ex eo, quod potentia affectiua expedita, & libera aliquid per cognitiuam apprehendit circa amatum: ex quo irritatur, & fortificatur ad amandum. *E ne aſſegna di ciò la ragione 1. 2. quæſt. 27. art. 2. in c. doue dice* ex Philoſopho in 9. *Ethic.* Quod ſicut viſio corporalis eſt principium amoris ſenſitiui: & ſimiliter contemplatio ſpiritualis pulchritudinis, vel bonitatis, eſt principium amoris ſpiritualis. Sic igitur cognitio eſt cauſa amoris ea ratione, qua, & bonum, quod non poteſt amari, niſi cognitum. *E vi aggionge S. Bernardo citato da San Tomaſo di ſopra nel detto opuſc. cap. 20. queſti altri motiui:* Valdè mihi amandus es Domine, per quem ſum, viuo, & ſapio: quaſi diceret anima: valdè à corpore amor, quod habet iſta à me: valdè ergo mihi amandus es Domine, cum habeam iſta potiora à te. *E così vuole parimente la N. S. Madre de via perfectionis cap. 7. che amiamo quelli, che ci portano all'amor diuino:* Bona Dei habendi ratio eſt, vt cum eius amicis agatur: ſemper enim indè magnum commodum percipitur. Id ipſa noui per experientiam; imò quòd iam in inferno non ardeam, huiuſmodi, ſecundum Deum, hominibus adſcribo. *Perche eſſi, come dotti, & illuminati da Dio ci leuano l'ignoranza, che ſuole eſſer caggione de peccati, come inſegna S. Tomaſo 1. 2. quæſt. 76. art. 1. nel corpo dell'Articolo doue aſſegna la ragione, perche l'ignoranza* eſt priuatio ſcientiæ perficientis rationem, quæ prohibet actum peccati, *ſicome appariſce nelli infedeli, de quali dice S. Paolo 2. Cor. 4.* Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, *doue gloſa il S. D. lect. 2.* Deus huius ſæculi, ideſt, illud, quod homines ſæculariter viuentes ſibi pro fine conſtituunt, excæcat mentes, in quantum impedit ne homines lumen gratiæ hìc, & gloriæ in futuro videre poſſint. *Dalche Dio ci liberi. Amen.*

DOMINICA VI. POST EPIPHANIAM.

Simile eſt Regnum Cœlorum grano Sinapis, quod minimum eſt omnibus ſeminibus; cum autem creuerit maius eſt omnibus oleribus.

Matth. cap. 13.

An Tomaſo nel ſuo Proemio in lib. Ariſt. De generat. & corruptione dice, che: ſicut tradit Philoſophus in 3. de Anima: Scientiæ ſecantur ſicut, & res. Nam, & omnes habitus diſtinguuntur per obiecta, ex quibus ſpeciem habent. *Coſi ſoggionge il medeſimo in Catena aurea ſopra il corrente Euangelo ſono varie le Parabole, & apporta l'autorità di S. Gerolamo, il quale coſi parla*: Propoſuit autem aliam Parabolam, quaſi diues Paterfamilias inuitatos diuerſis reficiens cibis, vt vnuſquiſque ſecundum naturam ſui ſtomachi varia alimenta ſuſciperet; *Perche altrimente come ſcriſſe Hipocrate lib. Aphor.* 17. Vbi cibus præter naturam ingeſtus eſt, hic morbum facit, & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues ſunt. *E vi aggiunge Fernelio lib. 4. c. 6. che* Plenitudo, quæ ſupra vires eſt, ideò putreſcit, quod neque concoqui, neque regi ab imbecillis viribus poſſit. Vnde conuenienter *conclude l'Angelico P. P. quæſt. 1. art. 9.* in Sacra Scriptura traduntur nobis ſpiritualia ſub metaphoris corporalium. Et hoc eſt, quod dicit *Dionyſ. 1. c. Cæleſt. hierarchiæ*: Impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum: conuenit etiam Sacræ Scripturæ, quæ communiter omnibus proponitur, ſecundum illud *ad Rom.* 1. Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum, vt ſpiritualia ſub ſimilitudinibus corporalium proponantur, vt ſaltem, vel ſic rudes ea capiant, qui ad intelligibilia ſecundum ſe capienda non ſunt idonei.

Vediamo dunque ſtamane, ſe ſi può addattar allo ſtomaco del noſtro intendimento la propoſta Parabola del grano di Senape, ſimile eſt Regnum Cœlorum grano Sinapis.

Aſcoltiamo volontieri li pretioſiſſimi documenti di Chriſto Signor Noſtro, che è vn gran ſegno d'eſſer aſcritti nel libro de figliuoli addottiui di Dio, come lo nota altamente l'Angelico in 8. c. Ioan. lect. 5. ſopra le parole iſteſſe di Chriſto: Quare loquellam meam non cognoſcitis? (*parlaua contro i perfidi Giudei d'all'hora*) quia non poteſtis audire ſermonem meum, *doue ſoggionge*

gionge il S. D. Nam ſicut dictum eſt ſupra. Dilectio Chriſti eſt ſignum filiationis diuinæ. Iſti autem Chriſtum non diligebant. Vnde manifeſtum eſt, eos ab hoc ſigno deficere. Quod autem eum non diligunt manifeſtat per effectum. Nam effectus dilectionis alicuius eſt, quòd diligens libenter audit verba dilecti. Vnde *Cant.* 2. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. *Et Cant. vltimo*, fac me audire vocem tuam: amici auſcultant tè. Quia ergo iſti Chriſtum non diligebant, durum videbatur eis etiam vocem eius audire. *Supra* 6. Durus eſt hic ſermo: quis poteſt eum audire? *Non ſono già ſimili le Signorie loro, che mi aſcoltano. Eperò vediamo, ciò, che ne predica il Signore ſul corrente Euangelo.* Simile eſt Regnum Cœlorum, &c.

Soleua dire Caſſiodoro Præfat. ad lib. de diuinis lectionibus: Dilectiſſimi Fratres indubitanter aſcendamus ad diuinas Scripturas per expoſitiones probabiles Patrum, velut per quãdam ſcalam viſionis Iacob, vt eorum ſenſibus prouocati ad contemplationem Domini efficaciter peruenire mereamur.

Quindi l'Abbate Abſalone Serm. 48. *dice*: In rationali, quod Pontifex legalis geſtabat in pectore, duodecim nomina filiorum Iſrael inſcripta erant cum his duobus nominibus, *Doctrina, & Veritas*. Vt eo ipſo ſignificaretur, Doctrinam Prælati Sanctorum Patrum veſtigijs debere inniti.

Andiamo per tanto da' Santi Padri nel caſo preſente, e niſſuno ſi marauigli della varietà de ſenſi loro, e che poi io ad vn ſolo m'appigli; Perche come dice Seneca Epiſt. 108. Non eſt, quod mireris, ex eadem materia ſuis quemque ſtudijs apta colligere, in eodẽ prato Bos herbam quærit, Canis Leporem, Ciconia Lacertam: *Cosi i Santi nella S. Scrittura, chi s'appiglia al ſenſo litterale, e chi al miſtico, e chi ad ambi inſieme, come dice S. Tomaſo nella ſua lettera Dedicatoria ad Vrbano IV. della Catena aurea*: Fuit autem mea intentio in hoc opere, non ſolum ſenſum proſequi litteralem: ſed etiam myſticum ponere.

A noi adeſſo: Simile eſt Regnum Cœlorum grano Sinapis: *Il Lirano gloſa per queſto picciol granello l'humiltà de' Santi*: Sic Sancti fuerunt paruuli in humilitate, ſed magni ſcientia, & virtute; & ideò ſic diuinitus exaltati, quod Volucres, ideſt, Principes huius Mundi alta petentes habitabant in ramis eorum, ideſt regebantur per eorum conſilium.

S. Agoſtino Serm. 31. *de Sanctis dice, che* Granum Sinapis ad feruorem fidei pertinet. *Onde ſicome* Granum Sinapis membrorum viſcera calefacit, *cosi* Vigor fidei cordium peccata comburit, & illud quidem aſperum algorem frigoris remouet; hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Rabano: Vel Granum Sinapis charitas, quæ calefacit, & venenum peccati expellit.

E finalmente S. Gerolamo, alla cui eſpoſitione m'appiglio, conformandomi con S. Chieſa, che ce la preſenta nel corrente officio, dice, che è la parola di Dio: Regnum Cœlorum prædicatio Euangelij eſt, quæ ducit ad vitam, & de qua dicitur ad Iudæos: auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius: Simile eſt ergo huiuſmodi regnum grano Sinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, hoc eſt in ſemet. ipſo, & in corde ſuo.

Hor come ſi può perſuadere à ciaſcuno di noi queſt'efficacia della parola di Dio, che habbi per proprio effetto il reccarci l'eterna vita, e'l Regno di Dio?

Andiamo prima dall'autorità della Scrittura Sacra, che ſempre deue anteporſi ad ogn'altra, laonde ſoleua dir S. Agoſtino in Pſal: 85. Homo ſum, & quantum conceditur de Scripturis Sanctis, tantum audeo dicere, nihil ex me. *E ne apporta la ragione S. Hilario lib. 5. de Trinit. Perche tutto quello, che ſpetta al foro di Dio, biſogna impararlo dall'iſteſſo Iddio:* A Deo ſciendum eſt, quid de Deo intelligendum ſit, quia non niſi Deo auctore cognoſcitur; *e però eſſendo Iddio autore della Scrittura Sacra, la quale c'inſegna queſta verità in più luoghi, è ragione, che ſia antepoſto ad ogni altra autorità, e ſia predicata ſopra ogni gran pulpito, e fatta ſentire da vicino, e da lontano, conforme all'Oracolo d'Iſaia c.* 40. Super Montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem. Exalta noli timere, dic Ciuitatibus Iudæ. Ecce Deus veſter. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, ecce merces cum eo. *Doue la Gloſa:* patet igitur, ex præmiſſis Euangelij nomen, materia, lingua, differentia, & ordo, & Euangelicæ Doctrinæ ſublimitas, &c. *che concorda col noſtro aſſonto, che l'Euangelo* ducit ad vitam, *ilche ſi proua.*

Prima Prouerb. 3. Cuſtodi legem, atque conſilium meum, & erit vita animæ tuæ.

S. Pietro à Chriſto: Verba vitæ æternæ habes. *Anzi l'iſteſſo Chriſto Io. 6. v. 63.* Verba, quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus, & vita ſunt: *Onde S. Ambrogio ſerm. 33.* Ipſa eſt refectio, quę ſaginat animam, quæ impinguat viſcera, cum de diuinis Scripturis cibum eloquij perennis accipimus; ipſa eſt eſca, quæ vitam æternam tribuit, & inſidias à nobis diabolicæ tentationis excludit.

Nicolò di Lira apporta nel ſuo Proemio, che ſà de conſideratione Sacræ Scripturę vn'altro Teſto, che è dell'Eccleſiaſtico c. 24. Hęc omnia liber vitę, *& aggiongendoui anche quelle parole di S. Gregorio Homil.* 35. Euangeliorum, *che ſono:* Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potiùs dicenda, quàm vita, *Indi conclude, che le ſcienze de Filoſofi apportano la morte, mà la S. Scrittura recca l'eterna vita. Dichiamo tutta la dottrina di queſto ſapientiſſimo Dottore;* Scientiæ verò à Philoſophis traditæ ordinantur

ad

ad fœlicitatem politicam, loquendo de politia huius vitæ. Similiter ſcientiæ ſpeculatiuæ ordinantur ad fœlicitatem contemplatiuam, loquendo de contemplatione, quæ poteſt haberi in vita præſenti,& per viam naturæ,quæ dependet ex phantaſmate; vnde dicitur 3. de Anima, quod intelligentibus nobis neceſſe eſt phantaſmata ſimul ſpeculari. Et de tali ſpeculatione dicitur ibidem,quod intelligere corrumpitur in nobis, quodam interius corrupto.

Mà la Sacra Scrittura ordinatur, *Soggionge egli*, ad fœlicitatem vitæ futuræ, quam Philoſophi neſciuerunt, ſecundum, quod dicit Hyeronymus in Epiſtola ad Paulinum de omnibus Sacræ Scripturæ libris. hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſtenes eloquens ignorauit. Ex quibus concluditur, quod libri à Philoſophis deſcripti continentes ſcientias ordinatas ad finem in hac temporali vita tantummodo naturaliter conſequendum, ſi comparentur ad libros Sacræ Scripturæ, quæ ordinantur ad finem æternæ vitæ, magis ſunt dicendi libri mortis, quàm vitæ.

Et apporta S. Tomaſo la ragione di queſta Sacra Scrittura nelle queſtioni diſputate quæſt.14. art.11. ad 1. doue dice cosi: Ad diuinam prouidentiam pertinet, vt cuilibet prouideat de neceſſarijs ad ſalutem.

Et in 3. ſent. diſt.25. quæſt.2. art 1. quæſtiunc.1. ad 1. Dicendum,quod in his, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, nunquam Deus homini quærenti ſuam ſalutem deeſt,vel defuit,niſi ex culpa ſua remaneat: vnde explicatio eorum,quę ſunt de neceſſitate ſalutis,vel diuinitùs homini prouidentur per Predicatorem fidei,ſicut patet de Cornelio Actuum 10. vel per reuelationem.

Ouero per la Sapienza, che è dono dello Spirito Santo infuſa ſoggionge 2. 2. quæſt.45. art. 1. Dicendum, quod ſecundum Philoſophum in principio Metaphyſicæ, Ad ſapientem pertinet conſiderare cauſam altiſſimam: per quam certiſſimè de alijs iudicatur, & ſecundum quam omnia ordinari oportet: cauſa autem altiſſima dupliciter accipi poteſt; vel ſimpliciter, vel in aliquo genere.

Ille ergo, qui cognoſcit cauſam altiſſimam in aliquo genere, & per eam poteſt de omnibus,quæ ſunt illius generis,iudicare, & ordinare, dicitur eſſe ſapiens in illo genere: vt in Medicina, vel Architectura: ſecundum illud 1. *ad Corinth. 3.* Vt Sapiens Architectus fundamentum poſuit.

Ille autem, qui cognoſcit cauſam altiſſimam ſimpliciter, quæ eſt Deus, dicitur ſapiens ſimpliciter, in quantum per regulas diuinas omnia poteſt iudicare,& ordinare. Huiuſmodi autem iudicium conſequitur homo per Spiritum Sanctum, ſecundum illud 1. *ad Cor. 2.* Spiritualis iudicat omnia, quia ſicut ibidem dicitur, ſpiritus omnia

ſcruta-

omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei: vnde manifeſtum eſt, quòd ſapientia eſt donum Spiritus Sancti.

Che è conforme alla Dottrina della noſtra S. Madre nelle Manſioni iv. cap. 3. doue inſegna, che la Maeſtà di Dio alio modo intellectum occupat; atque in cognitionem tam illuſtre, ac tam ſupra omne, quod ipſi aſſequi poſſumus, lumen infundit, vt eam velut abſorptam manere faciat, tuncque intellectus (vt tamen neſciat homo, quo id modo fiat) multò melius edoctus manet, quam per quaſcumque adhibere ipſi poſſumus diligentias, vtpotè, quæ non raro in cauſa ſunt, vt magis his perdatur. Cum enim potentias nobis Deus dederit, vt per eas laboremus, & omnia, quæ ſunt, ſuum præmium habeant; non eſt, quod eas incantare, aut vincire ſtudeamus, ſed ſuo eas officio fungi ſinamus Quoaduſque ad aliud ſublimius, & altius à Deo euehantur, &c.

La qual Dottrina parimente concorda in certo modo con quella, che apporta l'Angelico 2. 2. quæſt. 45. art. 2. in c. Dicendum, quod ſapientia importat quandam rectitudinem iudicij, ſecundum rationes diuinas. Rectitudo autem iudicij poteſt contingere dupliciter. Vno modo, ſecundum perfectum vſum rationis: alio modo propter connaturalitatem quandam ad ea, de quibus iam eſt iudicatum: ſicut de his, quæ ad caſtitatem pertinent, per rationis inquiſitionem rectè iudicat ille, qui didicit ſcientiam moralem; ſed per quandam connaturalitatem ad ipſam, rectè iudicat de eis, ille qui habet habitum caſtitatis.

Sic ergo circa res diuinas ex rationis inquiſitione rectum iudicium habere pertinet ad ſapientiam, quæ eſt virtus intellectualis: ſed rectum iudicium habere de eis, ſecundùm quandam connaturalitatem ad ipſas, pertinet ad ſapientiam, ſecundum quod donum eſt Spiritus Sancti: ſicut Dionyſius dicit in 2. c. de Diuinis Nominibus. Quod Hierotheus eſt perfectus in Diuinis, non ſolum diſcens, ſed & patiens Diuina.

E queſta diuerſità di direttioni la ſpiega ſimilmente il S. D. 2. 2. qu. 188. art. 8. doue tratta dello ſtato delle due Vite Cenobitica, & Anacoretica, che in quella è indrizzato, e gouernato il Religioſo con precetti di Obedienza; in queſta ſi laſcia alla motione dello Spirito Santo: Ad 3. Dicendum, quod actu obedire eſt neceſſarium his, qui indigent exerceri ſecùndum directionem aliorum ad perfectionem capiendam. Sed illi, qui iam perfecti ſunt, Spiritu Dei ſufficienter aguntur, vt non indigeant actu alijs obedire. Habent tamen obedientiam in præparatione animi.

E queſta graduatione di communicationi, diuerſa ſi vede dice il S. D. nella citata lettera ad Vrbano, maggiormente nella venuta al Mondo del Diuin Verbo incarne humana, mentre dice: Fons Sapientiæ Vnigenitum Dei Verbum præſidens

præſidens in excelſis, per quod Pater ſapienter fecerat, & ſuauiter diſpoſuerat vniuerſa, in fine temporum carnem ſumere voluit, vt ſub tegumento naturæ corporeæ, ſplendorem eius, humanus intuitus poſſet inſpicere, quem in Celſitudine Maieſtatis diuinæ attingere non valebat, *Non oſtante, che già* diffuderat radios ſuos, ſapientiæ videlicet ſuæ indicia ſuper omnia opera, quæ creauit.

Il che fece, dice la Serafica Madre nelle Manſioni vi. cap. 2. in fine per maggiormente ſuegliar in noi il deſiderio di eſſo, & incitarne ad opere heroiche: & ecco le ſue parole formali: Solet, & alijs Dominus modis animam expergefacere: excitat namque is ſuaue quoddam in anima deſiderium, quo ipſa illo frui deſideret, indeque ad heroica quędam opera facienda, & Domino laudes decantandas mirè manet diſpoſita.

E concorda la noſtra Santa con S. Gregorio 2. Moral. portato dall' Angelico nella P. P. quæſt. 107. art. 1. in c. Dignum eſt, vt mens noſtra qualitatem corporeæ locutionis excedens, ad ſublimes, atque incognitos modos locutionis intimæ ſuſpendatur.

Et in confermatione di ciò ſoggionge la S. M. iui cap. 3. Sunt videlicet quędam Dei ad animam alloquia, quę multifaria, ac diuerſa ſunt: etenim horum alia de foris venire videntur, alia ab intimo animæ penetrali, alia à ſuperiore eius parte, alia denique ita ab exteriori parte veniunt, vt etiam auribus percipiantur, quod formata, & articulata quædam vox eſſe videatur.

E che queſte locutioni ſijno da Dio, queſte ſono le proue, ſoggionge parimente iui la Santa.

Prima, ac præ cæteris vera eſt, dominium, & poteſtas illa, quam ipſe Dominus ſecum fert, quod ſcilicet loquitur ſimul, & operatur. Verſatur v. g. anima quædam in omni tribulationis, anguſtiæ, & preſſurę interioris genere; & ecce, vel vnica harum allocutione, ſolum dicendo, Noli affligi, mox omnis preſſura diſcutitur. Vel dicendo: Ego ſum, noli timere: in momento fugit omnis afflictio. Atque ita de alijs plurimis id genus rebus.

E finalmente trattando iui delli effetti delle locutioni diuine dice: Certum namq; eſt, cum Spiritus Dei eſt, quo maiorem Anima ſuſcipit gratiam, eò minoris ſeipſam facere, ac demiſſiùs de ſe sētire, ampliùs verò peccatorum ſuorum meminiſſe, minùs autem de commodo, & lucro proprio ſollicitam eſſe; Ad hæc, voluntatem, & memoriam magis intendere, vt ſolum Dei honorem, & gloriam, omni de propria vtilitate, & profectu cogitatione depoſita, quærat: Maiori denique cum ſolicitudine, ac timore ambulare, ne qua in re voluntas ſua in obliquum, ac ſiniſtrum feratur: maiore item cum certitudine, quòd nunquam id genus gratias, ſed inferni ſupplicia potius promeruerit, &c. Dummodo hos

do hos effectus, quæcumque demum chariſmata, & gratias anima in oratione habuerit, operentur, non eſt, quod conſternetur, aut paueat, ſed in Domini, qui fidelis eſt, nec permittet, vt ipſam Diabolus decipiat, miſericordia confidat. Quamquam conſultum eſt, vt ſemper in timore, & metu ambulet.

Dottrina, che concorda in termini terminanti, con quella di S. Tomaſo in Apocal. c. 1. lect. 3. doue tratta Quomodo dignoſci poſſit An reuelationes ſint à bono ſpiritu, vel à malo, iuxta illud, quod dicitur *Iob. 4.* Vocem quaſi auræ lenis audiui? *E Riſponde*: Conſiderandum eſt, quod huiuſmodi apparitiones aliquando fiunt à ſpiritu bono, aliquando à malo; vtroque autem modo in principio timorem patitur homo per inſolitam viſionem: ſed cum à bono ſpititu apparitio procedit, timor in conſolationem finitur, ſicut patet de Angelo confortante Danielem, *Dan. 10.* Et de Gabriele confortante Zachariam & Mariam: ſed malus ſpiritus hominem perturbatum relinquit.

Per hoc ergo, quod dicit; vocem quaſi auræ lenis audiui, conſolationem quandam ſedantem pauorem præteritum demonſtrat, vt per hoc viſio demonſtretur, eſſe à ſpiritu bono, non à malo, à quo frequenter viſiones mendaces oſtenduntur, ſecundum illud Scripturæ *3. Regum c. 22.* Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Propherarum eius. Per hunc etiam modum *3. Regum c. 19.* legitur de Apparitione facta Eliæ, quòd poſt commotionem tenuis auræ ſibilus, ibi Dominus auditus eſt.

Sciendum tamen eſt, quod etiam in viſionibus, quæ à bono ſpiritu procedunt, interdum commotiones magnæ, & voces horribiles, audiuntur, vt patet *Ezechielis 1.* vbi dicitur: Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone. Et poſt multa ſubditur: & audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum: *Et Apoc. 1.* dicitur: Audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ. Sed hoc eſt ad ſignificandum comminationes, aut aliqua grauia pericula, quæ in huiuſmodi reuelationibus continentur: ſed quia hoc ad conſolandum ordinabatur, ideò inducitur loquenti vox ſimilis auræ leni.

Mà all'auttorità della S. Scrittura aggiongiamo quella de Santi Padri; poiche come auiſa Caſſiodoro De diuinis lectionibus cap. 15. Epiſtolæ quoque Patrum, Sermones, & libri diuerſorum, nec non, & Homiliæ diuerſa loca Scripturæ diuinæ ſuauiter, ac diligenter aperiunt. *Ilche ſia nella*

SECONDA PARTE.

Suppongo, che conforme inſegna S. Tomaſo in 1. c. 10. lect. 4. dobbiamo far gran conto dell'auttorità de' Santi Padri per molte ragioni. Primò quidem quia

quia Deus vult aliquos teſtes habere: non vt ipſe eorum teſtimonio indigeat, ſed vt eos nobilitet quos inſtituit teſtes; ſicut videmus etiam in ordine vniuerſi: quod Deus producit aliquos effectus per cauſas medias: non quia ipſe impotens ſit ad eos immediatè producendos, ſed quia ad nobilitandas ipſas cauſas medias eius cauſalitatis dignitatem communicare dignatur. Sic ergo etſi Deus potuerit omnes homines illuminare per ſe, & in cognitionem ſuam adducere: vt tamen debitus ordo ſeruaretur in rebus: & vt aliquos homines nobilitaret, voluit diuinam cognitionem ad homines per aliquos homines deuenire. *Iſa.* 43. Vere vos teſtes mei eſtis dicit Dominus.

Secunda ratio eſt: quia Chriſtus illuxit Mundo per miracula: quæ quidem, quia in tempore facta erant, temporaliter tranſierant, neque peruenerunt ad omnes. Verba verò Prophetarum commendata Scripturæ, poterant non ſolum ad præſentes: ſed etiam ad poſteros peruenire. Voluit ergo Dominus homines ad cognitionem verbi venire per teſtimonia Prophetarum: vt non ſolum præſentes: ſed etiam futuri de ipſo illuminarentur.

Tertia ratio eſt: quia homines ſunt diuerſæ conditionis: & diuerſimodè ad veritatis cognitionem perducti, & diſpoſiti. Quidam namque ad veritatis cognitionem magis perducuntur per ſigna, & miracula. Quidam verò magis per ſapientiam: Vnde 1. *Corinth.* 1. Iudei ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Vt ergo Dominus omnibus oſtenderet viam ſalutis, vtramque viam pandere voluit, ſcilicet ſignorum, & ſapientiæ: vt qui non perducerentur ad viam ſalutis per miracula in veteri, & nouo teſtamento facta, ſaltem per viam ſapientiæ: vt in Prophetis, & alijs ſcripturæ libris, ad veritatis cognitionem perueniant, &c. Sic ergo patet idonea eſſe, & congruentia teſtimonia Prophetarum (*e così à paritate de Santi Padri*): & ideò recipienda: vtpotè nobis neceſſaria ad veritatis cognitionem. *Hor veniamo al caſo noſtro.*

Parlando dunque in primis *S. Agoſtino della Sacra Scrittura Serm.* 12. *dice*: Sacrarum litterarum lectio præcognitio eſt non parua diuinæ Beatitudinis, in his enim quaſi in quodam ſpeculo Homo ſeipſum conſiderare poteſt qualis ſit, vel quò tendat. Lectio aſſidua diuinæ Scripturæ purificat omnia: timorem enim incutit gehennæ, &c. *che ſono tutti mezzi per conſeguir la vita eterna.*

S. Iſidoro Peluſiota lib. 2. Epiſt. 198. trattãdo à punto queſte parole del grano di Senapè dice; Diuiniſſimum Patris Verbũ, diuinam quoque ſuam Prædicationem Regnum appellat, vtpotè Cœlorum Regnũ parturiens.

Vgone Vittorino nelle ſue Inſtitutioni Monaſtiche ſopra la Regola di S. Agoſtino c. 4. così parla: In corde meo abſcundi eloquia tua, vt non pec-

cem tibi. *Pſal.* 118. Qui in corde ſuo ſacrum eloquium abſcodit vitalis ei cibus animę eſt, qui à morte, ideſt, à peccato defendit, & inſuper ad vitam æternam perducit.

S. Ambroggio in Pſal. 118. *Serm.* 22. Et tu, *dice*, Ede Scripturarum Cęleſtium cibos, & ede, vt permaneant tibi in vitam æternam.

S. Pietro Damiano Opuſc. 12. *cap.* 33. Omnes ſenſus noſtros circa iſtas vitales epulas occupemus, vt cunctis cauſarum ſæcularium negotijs inſenſibiles facti, verè mortui Mundo, ſoli viuamus Deo.

E finalmente S. Giouanni Criſoſtomo Homil. 29. *in Geneſim*: Diuina, *dice*, Biblia in manu ſumite, & vtilitatem in illis poſitam magnò ſtudio ſuſcipite; inde enim magnum lucrum naſcitur: Primum quidem lectione lingua reformatur: deinde anima pennas aſſumit, & eleuatur, Iubareque Solis iuſtitiæ illuſtratur. Inſuper quòd ad augendas vires corporis ſenſibilis ille cibus facit, id animæ lectio præſtat; Spirituale enim alimentum eſt, & fortem reddit animam, & conſtantiorem, & magis Philoſophicam: non permittens, vt ab affectionibus abſurdis capiatur; ſed leuem, & alatam faciens in Cœlum transfert.

Felice dunque chi attende di continuo à queſto ſanto eſſercitio dello ſtudio delle Sacre lettere, poiche gli dà coſi buona caparra di ſua ſalute.

Sicome all'oppoſito infelice quello, dice S. Agoſtino in Pſal. 106. *che ſe ne ritira:* Metuendum eſt ne vnicuique veſtrum minus ſapiat verbum Dei, & faſtidio moriatur.

L'iſteſſo in ſententijs *tom.* 5. *ſent.* 117. Sicut, *dice*, palato non ſano, pœna eſt cibus, qui ſano ſuauis eſt, & oculis ægris odioſa lux, qua incolumis gaudet obtutus, ita diſplicet iniquis iuſtitia Dei, cui ſi ſubijcerentur, non conturbarentur.

In ſomma dica Hipocrate l. 7. *Aphoriſm.* 6. Si bonis oblatis cibis æger offendatur difficilis morbi indicium eſt. *Coſi ditelo per analogia dell'anima, che hà in faſtidio la ſacra Scrittura, & è negligente ad impararla; Che però ſopra quelle parole di S. Agoſtino in libro de libero arbitrio:* Non tibi imputatur ad culpam, ſi inuitus ignores, ſed ſi ſcire neglexeris, *dice* S. *Tomaſo quæſt.* 3. *de malo art.* 7. *ad* 7. Dicendum, quod ignorantia, quæ eſt omninò inuoluntaria, non eſt peccatum: & hoc eſt, quod Auguſtinus dicit: Non tibi imputatur ad culpam, ſi inuitus ignores: per hoc autem, quod addit, ſed ſi ſcire neglexeris, dat intelligere, quòd ignorantia habet, quòd ſit peccatum ex negligentia præcedente, quæ nihil eſt aliud, quam non applicare animum ad ſciendum ea, quę quis debet ſcire.

E ſi ſpiega beniſſimo queſta diuerſità d'ignoranza con quella differenza del digiuno, che apporta il S. D. 2. 2. *quæſt.* 147. *art.* 1. *ad* 3. Dicendum, quod ieiunium naturæ, quo quis dicitur ieiunus antequam comedat, conſiſtit

ſiſtit in pura negatione, vnde non poteſt poni actus virtutis; ſed ſolum illud ieiunium, quo quis ex rationabili propoſito à cibis aliqualiter abſtinet. Vnde primum dicitur ieiunium ieiuni, ſecundum verò ieiunium ieiunantis quaſi ex propoſito aliquid agentis.

Così nel noſtro caſo 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 2. *in c.* Dicendum, quod ignorantia in hoc à neſcientia differt, quod neſcientia dicit ſimplicem ſcientiæ negationem; vnde cuicumque deeſt aliquarum rerum ſcientia, poteſt dici neſcire illas, ſecundum quem modum Dioniſ. in Angelis neſcientiam ponit 7. *cap. Cœluſt. Hierarch.* Ignorantia verò importat ſcientiæ priuationem, dum ſcilicet alicui deeſt ſcientia eorum, quæ aptus natus eſt ſcire. Horum autem quædam aliquis ſcire tenetur, illa ſcilicet, ſine quorum ſcientia non poteſt debitum actum rectè exercere: vnde omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei & vniuerſalia iuris præcepta; ſinguli autem ea, quę ad eorum ſtatum, vel officium ſpectant: quædam verò ſunt, quæ etſi aliquis natus eſt ſcire, non tamen ea ſcire tenetur, ſicut theoremata Geometriæ, & contingentia particularia, niſi in caſu.

Manifeſtum eſt autem, quòd quicumque negligit habere, vel facere id, quod tenetur habere, vel facere, peccat peccato omiſſionis: vnde propter negligentiam, ignorantia eorum, quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum: non autem imputatur homini ad negligentiam ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt: vnde horum ignorantia inuincibilis dicitur, quia ſtudio ſuperari non poteſt: & propter hoc talis ignorantia, cum non ſit voluntaria, eo quod non eſt in poteſtate noſtra eam repellere, non eſt peccatum. Ex quo patet, quod nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum. Ignorantia autem vincibilis eſt peccatum ſi ſit eorum, quæ aliquis ſcire tenetur, non autem ſi ſit eorum, quæ quis ſcire non tenetur.

Dirai: S. *Ambrogio ſuper illud ad Rom.* 2. An ignoras, quod benignitas Dei, &c. *dice pure aſſolutamente, che* Grauiſſimè peccas, ſi ignoras? *Donque ogni ignoranza ſara peccaminoſa.*

Riſponde l'Angelico quæſt. 3. *de malo art.* 8. *ad* 1. Dicendum, quòd verbum illud Ambroſij ſic ſolet exponi: Grauiſſimè peccas ſi ignoras, ideſt periculoſiſſimè, quia dum neſcis te peccare, remedium non quæris:

Vel loquitur de ignorantia affectata, qua aliquis ignorare vult, ne à peccato retrahatur.

Vel loquitur de ignorantia receptorum beneficiorum, quia quod aliquis, nec etiam cognoſcere ſtudeat percepta beneficia, eſt ſummus ingratitudinis gradus.

Vel loquitur de ignorantia infidelitatis, quæ in ſe quidem eſt

grauiſſimum peccatum; licet etiam peccatum ex tali ignorantia commiſſum diminuatur, ſecundum illud *Apoſtoli* 1. *ad Timoth.* 1. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignoranter feci, in incredulitate mea.

Che però il Signor Iddio ha proniſto alla Chieſa di Predicatori eruditi per rimediar ad ogni ignoranza contraria alla ſalute noſtra 2. 2. quæſt. 177. art. 1. in c. doue tratta Cur ſpecialiter gratia ſermonis Prædicatoribus eſt neceſſaria, iuxta illud *Eccleſiaſtic. 6.* Lingua Eucharis (ideſt gratioſa) in bono homine abundat: *e riſponde*: Dicendum, quod gratiæ gratis datæ dantur ad vtilitatem aliorum; Cognitio autem, quam aliquis à Deo accipit in vtilitatem alterius conuerti non poſſet, niſi mediante locutione: & quia Spiritus Sanctus non deficit in aliquo, quod pertineat ad Eccleſiæ vtilitatem, etiam prouidet membris Eccleſiæ in locutione, non ſolum vt aliquis ſic loquatur, vt à diuerſis poſſit intelligi, quod pertinet ad donum linguarum; Sed etiam quòd efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam Sermonis.

Et hoc tripliciter: Primò quidem ad inſtruendum intellectum, quod fit dum aliquis ſic loquitur, quòd doceat: Secundò, ad mouendum affectum; vt ſcilicet libenter audiat verbum Dei, quod fit dum aliquis ſic loquitur, quod Auditores delectet, quod non debet aliquis quærere propter fauorem ſuum, ſed vt homines alliciantur ad audiendum verbum Dei: Tertiò, ad hoc, quod aliquis amet ea, quæ verbis ſignificantur, & velit ea implere, quod fit, dum aliquis ſic loquitur, quòd Auditorem flectat. Ad quod quidem efficiendum Spiritus Sanctus vtitur lingua hominis quaſi inſtrumento, ipſe autem eſt, qui perficit operationem interiùs: Vnde Gregorius dicit in Homilia Pentecoſtes: Niſi corda Auditorum Spiritus Sanctus repleat, ad aures corporis vox docentium incaſſum ſonat.

Che però ſoggionge il S. D. in 1. ad Annibaldum diſt. 16. quæſt. vnica art. 3. parlando dello Spirito Santo: Miſſio viſibilis fit ad manifeſtationem plenitudinis gratiæ in alios redundantis, *e così* Spiritus Sanctus, ad ſignificandum redundantiam operationis, & doctrinæ in Apoſtolis, apparuit in linguis igneis.

E così con tal Dottrina, come tutta è la Sacra Scrittura, ci conduce lo Spirito Santo alla vita eterna, come così à ponto lo conclude S. Tomaſo in 1. diſt. 14. quæſt. 2. art. 2. Dicendum, quod in exitu Creaturarum à primo principio attenditur quædam circulatio, vel regyratio: eo quod omnia reuertuntur, ſicut in finem, in id, à quo ſicut à principio prodierant. Et ideò oportet, vt per eadē, quibus eſt exitus à principio, & reditus in finem attendatur. Sicut igitur, dictum eſt, quod Proceſſio perſonarum eſt ratio productionis creaturarum à primo principio, ita etiam eſt eadem proceſſio ratio redeundi in finem. Quia per Filium, & Spiritum

ritum Sanctum, ſicut & conditi ſumus: ita etiam, & fini vltimo coniungimur, &c.

Secundum hoc ergo Proceſſio Diuinarum Perſonarum in Creaturas poteſt conſiderari dupliciter: aut in quantum eſt ratio exeundi à principio: & ſic talis proceſſio attenditur ſecundum dona naturalia, in quibus ſubſiſtimus, ſicut dicitur à Dionyſio, diuina ſapientia, vel bonitas in creaturas procedere: ſed de tali proceſſione non loquimur hic.

Poteſt etiam attendi, in quantùm eſt ratio redeundi in finem; & ſic eſt ſecundum illa dona tantum, quæ proximè coniungunt nos fini vltimo, ſcilicet Deo, quæ ſunt gratia gratum faciens, & gloria: & de iſta proceſſione loqnimur hic. Sicut enim in generatione naturali generatum non coniungitur generanti in ſimilitudine ſpeciei, niſi in vltimo generationis: ita etiam in participationibus diuinæ bonitatis non eſt immediata coniunctio ad Deum per primos effectus, quibus in eſſe naturæ ſubſiſtimus. ſed per vltimos quibus fini adhæremus.

E ſino à che ſe le accoſtiamo, mai dobbiamo acquietarci ſoggionge il S. M. opuſc. 2. cap. 104. perche Semper in nobis remanet naturale deſiderium reſpectu perfectioris cognitionis. Impoſſibile eſt autem naturale deſiderium eſſe vanum. Tale autem eſt in nobis deſiderium ſciendi, vt cognoſcentes effectum deſideremus cognoſcere cauſam: & in quacumque re, cognitis quibuſcumque eius circumſtantijs, non quieſcit noſtrum deſiderium, quouſque eius eſſentiam cognoſcamus. *Et indi conclude.* Non igitur naturale deſiderium ſciendi poteſt quietari in nobis quouſque primam cauſam cognoſcamus: non quocumque modo, ſed per eius eſſentiam. Prima autem cauſa Deus eſt. Eſt igitur finis vltimus intellectualis creaturæ Deum per eſſentiam videre.

Sicome, dice 1. 2. quæſt. 84. art. 8. in corp. citato il Filoſofo in 3. de Cœlo; Finis factiuæ ſcientiæ eſt opus: Faber enim non quærit cognitionem cultelli, niſi propter opus, vt operetur hunc particularem cultellum. Manifeſtum eſt, autem, quod non poſſet eſſe perfectum iudicium Fabri de cultello, ſi opus ignoraret. *Cosi nel noſtro caſo, &c. La cognitione della fede aſpira alla chiara viſione, &c.*

Che però conclude iui dicto opuſc. 2. cap. 108. Hoc autem fine adepto, *cioè della diuina viſione*, neceſſe eſt naturale deſiderium quietari: quia eſſentia diuina, quę modo prędicto coniungetur intellectui Deum videntis, eſt ſufficiens principium omnia cognoſcendi, & fons totius bonitatis: vt nihil reſtare poſſit ad deſiderandum.

Et opuſc. 2. c. 149. Conſummatio hominis eſt in adeptione vltimi finis, qui eſt perfecta beatitudo, ſiuè fœlicitas, quæ conſiſtit in diuina viſione: viſionem autem diuinam conſequitur immobilitas intellectus, & voluntatis. *Ilche prego à tutti quanti ſono qui preſenti, &c.*

DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

Multi ſunt vocati, pauci verò electi. *Matth.* 20.

Gone Cardinale ſpiegando quel verſo del Salmo 17. Deus meus illumina tenebras meas, *dice*, Tenebras vocat Peccatores, quos dicit Chriſtus, vel Eccleſia eſſe ſuos, quia ſui ſunt per prædeſtinationem. Quidam enim ſunt Chriſti, ſeu de Eccleſia prædeſtinatione, & re, ſicut ſimpliciter boni. Quidam prædeſtinatione, & non re, vt mali, & tamen futuri boni. Alij re, & non prædeſtinatione, vt boni, qui ſunt futuri mali finaliter. Alij nec re, nec prædeſtinatione, ſed tantum numero, ſicut ſimpliciter mali. *Noi proſeſſiamo d'eſſer tutti figli della Chieſa: ma de quali ſaremo noi? Queſta è vna curioſità, che deue preualere à tutte le altre, vnde dice S. Tomaſo* 2. 2. *quæſt.* 167. *art.* 3. *in c.* Ipſe appetitus, vel ſtudium cognoſcendæ veritatis poteſt habere rectitudinem: *Ad ogni modo*, vt Auguſtinus dicit in libro de vera Religione, Quod in conſideratione creaturarum non eſt vana, & peritura curioſitas exercenda, ſed gradus ad immortalia, & ſemper manentia faciendus. *Come è la ſalute eterna, e'l ſaper i mezzi con quali ſi hà da ottenere, ſicome dice il medeſimo S. D. q.* 6. *de Veritate a.* 6. Dico igitur, quòd prædeſtinationis effectus eſt ſalus humana, quæ à Deo procedit, ſicut à prima cauſa: ſed eius poſſunt eſſe multæ aliæ cauſæ proximæ quaſi inſtrumentales, quæ ſunt ordinatæ à Diuina Prouidentia ad ſalutem humanam, ſicut inſtrumenta applicantur ab Artifice ad effectum artis explendum. Vnde ſicut prædedinationis diuinæ eſt effectus, quod iſte ſaluetur, ita, & quod per orationes tales, vel merita talia ſaluetur, *E di queſti ſtara il preſente Diſcorſo, nel quale come in vn ſpecchio ogn'vno potrà mirar ſe ſteſſo. Attenti dunque, e cominciо.*

In materia coſi importante andiamo fondatamente, e con buone ſcritture alle mani conforme ci annuiſa S. Baſilio in Ethicis Regul. 26. *cap.* 1. Quicquid, vel dicimus, vel facimus, id teſtimonio diuinarum litterarum confirmari debet, ad confirmationem fidei bonorum, & confuſionem malorum.

E S. Criſoſt. in Pſal. 95. *ad finem.* Non oportet, *dice*, quicquam dicere ſine teſtibus, ſolaque animi cogitatione: Nam ſi quid dicitur abſque ſcriptura, Auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæſitans, & interdum ſermonem, vt friuolum, auerſans, interdum, vt probabilem recipiens. Verum vbi è ſcriptura diuinæ vocis prodit

teſtimo-

teſtimonium, & loquentis ſermonem, & audientis animum confirmat.

E tanto più ſe ſi procede con buon ordine 2. 2. quaſt. 53. art. 3. ilche ſegue quando Ratiocinatio confert vnum alteri, & per gradus aliquis ordinatè deſcendit, &c.

E parimente sà fuggir li errori, e confutarli opuſc. 16. doue così dice il S. D. Sicut omnes homines naturaliter ſcire deſiderant veritatem, ita naturale deſiderium ineſt fugiendi errores, & eos cum facultas affuerit confutandi, &c.

A noi adeſſo; Beata gens *dice il Real Profeta Pſal. 32.* cuius Dominus Deus eius. Populus., quem elegit in hæreditatem ſibi: *doue ripiglia di nuouo l'vgone, e dice:* Beata gens prædeſtinatorum, cuius Dominus, ideſt, quæ ſernit Domino Deo ſuo. Populus quem elegit *Io. 15.* Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.

Mà auertite. ſoggionge il Cardinale, che Elegit, ſi, in hæreditatem: *In che modo?* Vt eum excolat hæreditatem ſuam: Deus enim eſt Agricola *Io. 15.* Pater meus agricola eſt. *Hierem. 14.* Quare quaſi Colonus es in terra? Colit autem Deus ſuos multis modis.

Si potrebbono ſapere? Eccoli

Primò colit, Vepres amouendo, ſcilicet peccata *Hierem. 11.* Exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius. 2. *Regum* Præuaricatores autem quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi, Signanter autem dicitur. Prauaricatores quaſi ſpinæ euellentur, quia terræ tota mente quaſi quibuſdam radicibus ſunt infixi, de quibus dicit Pſalmiſta: Statuerunt oculos ſuos declinare in terram.

Doue S. Tomaſo in Comentarijs ſuper Ioannem lect. 1. Homo, *dice,* benè diſpoſitus, & Deo coniunctus, ſi ſimm affectum ad diuerſa inclinet, virtus eius minoratur, & magis ineffícax fit ad operandum benè. Et inde eſt, quod Deus, vt benè fructificet, frequenter præſcindit huiuſmodi impedimenta, & purgat immittēs tribulationes, quibus fortior fiat ad operandum: & ideò dixit purgabit eum.

E S. Gregorio 3. p. Paſtoralis 35. dice: Concionator euellit ex homine Regnum Superbiæ, Luxuriæ, &c. vt plantet Regnum Caſtitatis, Humilitatis, &c. *E però nota, che Iddio diſſe à Geremia c. 1. 10. Primieramente:* Vt euellas, & deſtruas. *E doppo;* vt edifices, & plantes; quia niſi, *dice il Santo,* peruerſa deſtrueret, edificare vtiliter recta non poſſet; quia niſi ab Auditorum ſuorum cordibus ſpinas vani amoris euelleret, nimirum fruſtra in eis ſanctæ prædicationis verba plantaret.

Onde diſſe bene à queſto propoſito S. Gregorio Nazianzeno in Apologetico. Facilius eſt rudi adhuc animæ, ac inſtar ceræ nondum ſignatæ veritates

tes imprimere, quàm conſcriptis iam quaſi litteris, hoc eſt, peſtiferis opinionibus ſuperducere, quæ vera ſunt.

Che però la Noſtra Serafica M. nelle ſue Manſioni VI. cap. 4. eſclama: Proh cæcitas Hominum! Ecquando, quando inquam terra hæc ab oculis noſtris auferetur? quæ licet nobis Religioſis tam magna non videatur eſſe, vt nos pœnitus occæcet; quaſdam tamen feſtucas, glebulas, & ſcrupos video, quas ſi creſcere ſinamus, nimis quam ſatis ſunt, ad magnum nobis damnum inferendum; itaque, ex amore Dei, Cariſſimæ, ex hiſce imperfectionibus noſtris commodum eliciamus, quò ſic noſtr ā agnoſcamus miſeriam, illaq; oculos aperiant, viſumq; clariorem efficiant, quemadmodum lutum cæco illi, quem ſponſus noſter videntem fecit, viſum clariorem reddidit; vtque cum nos adeò imperfectas videamus, magis, & enixius eum rogemus; vt bonum è miſerijs noſtris colligat, quò in omnibus maieſtatis illius beneplacitum faciamus.

Oue concorda la Serafica Madre con San Tomaſo cap. 8. ad Rom. lect. 6. Inter omnes partes Vniuerſi excellunt Sancti Dei, ad quorum quemlibet pertinet, quod dicitur *Matth. 25.* Super omnia bona ſua conſtituet eum. Et ideo quidquid accidit, vel circa ipſos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit, ita quod verificatur, quod dicitur *Prouerb. 11.* Qui ſtultus eſt ſeruiet Sapienti. Quia ſcilicet etiam mala peccatorum in bonum iuſtorum cedant.

Vnde Deus ſpecialem curam pro iuſtis habere dicitur, ſecundum illud *Pſal. 33.* Oculi Domini ſuper iuſtos, in quantum, ſcilicet, ſic de eis curat, quod nihil mali circa eos eſſe permittit, quod non in eorum bonum conuertat.

Cioè giuſtificandoli come dice S. Paolo Rom. 8. doue dice l'Angelico lect. 6. Vnde ſecundo ponit iuſtificationem, cum dicit (quos vocauit, hos, & iuſtificauit) ſcilicet gratiam infundendo: hæc autem iuſtificatio, etſi in aliquibus fruſtretur, quia non perſeuerant vſque in finem, in Prædeſtinatis tamen nunquam fruſtratur.

Secundò colit eos vomere verbi ſui arando *Eſaiæ 2.* Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Gladius autem eſt Verbum Dei, vt dicitur *Epheſ. vltimo.* Et gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei. Hæc eſt armatura ad percutiendum *ſegue iui Vgone:* Percutit enim carnem, Mundum, & Diabolum: nam aperit aſtutias Diaboli, carnem docet calcari, Mundum contemni *Matth. 10.* Non veni mittere pacem, ſed gladium. *Hebr. 4.* Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.

S. *Tomaſo qui.* Sermo Dei, *dice*, eſt anceps, quia paratus, & expeditus eſt, tam ad ſciendum, quam ad agendum, tam ad bona promouenda, quam ad mala diuertenda.

Eſpie-

Espiegando quel verso del Salmo 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis *1. 2. quæst. 27. art. 2. in corp. & opusc. 4. cap. 5. dice:* Concaluit cor meum intra me; idest, concitatus est calor charitatis in corde meo. *Prouerb. 6.* Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant? Sic impossibile est, quod homo abscondat verba Dei, cum inflammatur cor charitate. *Psal. 118.* ignitum eloquium tuum vehementer: causa autem huius concitationis est meditatio de Diuinis: vnde dicit, & in meditatione mea exardescet ignis: nihil autem amatur, nisi bonum, & pulchrum: vnde in exterioribus amoribus visio corporalis est causa amoris, *e cosi nella vista spirituale* accenditur cor amore Dei.

Onde soggionge in 4. sent. dist. 5. quæst. 4. art. 1. quæst. 2. ad 1. Dicendum, quod contemplatio aliquãdo capitur strictè pro actu intellectus diuina meditantis: & sic contemplatio est sapientiæ actus; Alio modo communiter pro omni actu, quo quis à negotijs exterioribus sequestratus, soli Deo vacat: quod quidem contingit dupliciter: vel in quantum homo Deum loquentem in scripturis audit: quod fit per lectionem: vel in quantum Deo loquitur, quod fit per orationem: meditatio autem ad vtrumque se habet quasi medium inter ea: quia ex hoc, quod nobis loquitur in scripturis, ei per meditationem intellectu, & affectu præsentamur: & sic præsentati ei, vel præsentem eum habentes, ei loqui possumus per orationem. Et ideò posuit Vgo tres contemplationis partes; Primam, lectionem: Secundam, meditationem, Tertiam, orationem: nec tamen oportet, quod sit oratio sapientiæ actus ab ea elicitus: quamuis sapientia per meditationem viam orationi præparet.

E questa Dottrina parimente concorda con la N. S. M. nelle sue Mansioni Mans. VI. cap. 7. Sæpè namq; voluntas, quò accendatur, intellectus opera, & adminiculo iuuetur oportet. Hoc porrò Punctum in primis notare vos velim Carissimæ, est enim maximi momenti. Vult, & desiderat istiusmodi anima totam se amori Dei impendere; non poterit tamen, quamuis id velit, nisi eum quæramus, sicuti Sponsa in Canticis eum quæsiuit, & creaturas interrogemus; quis ipsas fecerit, vti Sanctus Augustinus, in suis, credo, Meditationibus, aut Confessionibus fecisse legitur: neque velut stolidi, & statuæ hæreamus, tempus omne in nuda expectatione eius consumentes. Cum verò viam nouerimus, qua ad illi placendum, ambulare nos oporteat, viam scilicet Mandatorum, ac Consiliorum eius, impigrè per eam ambulemus, vitam quoque eius, ac mortem, & quam multum ei debeamus, identidem recogitemus, &c.

Tertiò postquam arauit, seminat semen gratiæ. *Esaiæ* 28. Nunquid

quid tota die arabit arans, vt ſerat? Et poſt addit: Nonne cum adæquauerit faciem terræ ſeret gith, & cyminum ſparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus ſuis?

Vgone ibi. In his diuerſis ſeminibus, diuerſarum gratiarum genera deſignantur.

Cornelio à Lapide citato, S. Gerolamo. Senſus eſt, q. d. Sicut Agricola ſuis quodque locis, ordinibus, temporibus, modis, ſerit, metit, & triturat: ita Deus in Iſraele, & in magno hoc mundi agro nunc gratiam ſerit, nunc monet, nunc corripit, nunc punit, nunc miſeretur. Vos ergo ò Iudæi, & quæcumque Gens ſtudioſe aduertat, & reflectat, quid quolibet tempore in ſe agat Deus: imò id ipſum in ſe quiſque aduertat quid hac die, & hora in ſe operetur Deus, an ſerat, an metat, an trituret, ſtudeatque Deo operanti cooperari, & reſpondere, atque per eius tribulam, & afflictionem dare grana patientiæ, charitatis, & aliarum virtutum.

Così ſi legge de' Santi. Ita Samuel ad Deum, loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Ita Dauid, audiam, ait, quid loquatur in me Dominus Deus. Et Paulus, quid me vis facere Domine? *Et Eſaias cap. 6.* Ecce ego mitte me. Ita S. Franciſcus audiens aliquam Dei inſpirationem ſubſiſtebat, totumque ſe colligebat ad eam percipiendam; eaque percepta ſtatim, quod audierat executioni mandabat.

Che però nota S. Criſoſtomo in Homil. portato da S. Tomaſo in Catena aurea ſopra il corrente Euangelo: Quod autem non omnes ſimul conduxit, ſed alios mane, alios hora tertia, & ſic de alijs: ex differentia mentis eorum proceſſit. Tunc enim eos vocauit, quando erant obedituri: nam, & Latronem vocauit, quandò obediturus erat. Si autem dicant, quia nemo nos conduxit, ſicut dictum eſt: non oportet omnia ſcrutari, quę in Parabolis ſunt. Item hoc non dicit Dominus, ſed Operarij, quòd ipſe enim omnes, quātum ad ſe pertinet, à prima ætate vocet ſignificatur; cum dicitur: exijt primo mane Operarios conducere.

Mà in fatti, chi è predeſtinato corriſponde alla vocatione P. P. quæſt. 23. art. 5. Dicendum, quod effectum prædeſtinationis conſiderare poſſumus dupliciter. Vno modo in particulari, & ſic nihil prohibet aliquem effectum prędeſtinationis eſſe cauſam, & rationem alterius. Poſteriorem quidem prioris ſecundum rationem cauſæ finalis; Priorem verò poſterioris ſecundum rationem cauſæ meritoriæ, quæ reducitur ad diſpoſitionem materiæ. Sicut ſi dicamus, quod Deus præordinauit ſe daturum alicui gloriam ex meritis, & quod præordinauit ſe daturum alicui gratiam, vt mereretur gloriam. Alio modo poteſt conſiderari prædeſtinationis effectus in communi. Et ſic impoſſibile eſt, quod totus prædeſtinationis effectus in communi habeat aliquam cauſam ex parte noſtra.

E nell'vno, e nell'altro modo pare, che concordi la N. S. Madre nelle ſue Manſ. V. cap. 1. doue dice: che: Dominus Deus noſter neminem impoſſibilitat quominus ſuas diuitias comparet; modo quis det quod habet, ſatis ei eſt. Et iuxta illud, quod ei vos dediſſe intelligetis, ſiue multum, ſiue parum, maiorem, minoremue gratiam recipietis. *Però conſiderate* Cariſſimæ, vt id conſequi valeatis, ipſum nolle, vt vobis aliquid reſeruetis: nam totum ſibi vult.

Perche ogni coſa habbiamo da eſſo, come poi ſpiega lib. 4. Vitæ cap. 26. in queſte parole.

Videor mihi, etſi quidem vellem, vana efferri gloria non poſſe, nec quomodo mihi perſuaderi ipſa poſſim, video, harum virtutum aliquam meam eſſe: quòd non multum effluxerit temporis, cùm me nullam etiam annis plurimis vidi habuiſſe virtutem; atque etiam modo, à parte mea, aliud non ago, quàm gratias recipere, nullo enim viciſſim præſto obſequium, non ſecus, quàm mundi propudium, & inutiliſſimum peripſema. Et ſanè ita res ſe habet: interdum enim mecum ipſa perpendo, quomodo omnibus in melius proficientibus, ipſa ad nihil penitus ſim vtilis. Et eſt profectò hoc non humilitas, ſed puriſſima veritas; quòdque me adeò inutilem videam, nonnunquam timeo, ne ab hoſte illudar tartareo. Adeò vt manifeſtè perſpiciam, per reuelationes has, & raptus hæc mihi lucra, & incrementa ſpiritus acceſſiſſe: à parte enim mea nihil ſum, nec aliud huc quidquam confero, quam inutilis aliquis truncus. Hoc verò fiduciam me concipere, & ſecuriorē eſſe iubet: me proinde intra diuina conijcio brachia, &c.

E concorda la Santa Dottora col S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 16. doue trattando delle opere meritorie dice: Chriſtus Ieſus tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſunt, &c.

Quartò cum ſeminauerit ſepem circumdat, ſcilicet verecundiam, & timorem, ne beſtiæ, ideſt, Dæmones ingrediantur hæreditatem ſuam. *Eſaiæ* 56. Vocaberis edificator ſepium auertens ſemitas iniquitatum. *Eccl.* 10. Qui diſſipat ſepem mordebit eum Coluber, ideſt Diabolus.

E nota Vgone ſopra il detto luogo dell'Eccleſiaſte, che: Sepes tripliciter accipitur in Scriptura.

Aliquando Sepes dicitnr ipſa lex *Eſaiæ* 5. Oſtendā vobis quid faciam Vineæ meæ, auferam Sepem eius, & erit in direptionem. Et hoc exponitur *Matth.* 21. Auferam à vobis regnum Dei, & dabo illud Genti facienti fructum illius.

Secundò dicitur Sepes, difficultas, & impedimentum retrahens à peccato, vt est paupertas, infirmitas, dolor, pudor, timor, & huiusmodi, quibus Dominus vitam nostram vndique munit, vt non liceat à rectitudine declinare quin incurramus vlcera multiplicium punctionum. Vnde *Prouerb.* 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum; per sepes enim spinarum gradiuntur, qui in alterutram partem declinant.

Tertiò modo dicitur sepes præsidium quodcumque, siue hominum, siue Angelorum, siue Orationum, siue Eleemosinarum, & consimilium meritorum, vt est Pœnitentia, Ecclesiæ instituta, obseruantiæ regulares, & huiusmodi. Et de hac sepe dicitur *Eccles.* 36. Vbi non est sepes diripietur possessio. *E così bisogna, che il predestinato si conserui in gratia: Onde S. Tomaso spiegando quel passo* 1. *Io.* 3. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit: *dice*: Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, scilicet mortale, quod est contrarium generationi spirituali. Et intelligendum est cum reduplicatione, in quantum, scilicet ex Deo natus est. Vel intelligendum est coniunctim quandiu natus, ideſt natiuitatis gratiam custodit, peccatum, inquam, non facit, scilicet mortale: Vel loquitur de eo, qui natus est ex Deo, non solum per præsentem iustitiam, sed, & per prædestinationem æternam, & talis peccatum non facit finaliter: quia tale peccatum repugnat prædestinationi.

In somma soggionge il S. D. sopra quel detto di S. Paolo ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: quidquid fit in mundo, etiamsi malum sit, cedit in bonum vniuersi: quia vt Augustinus dicit in Enchir. Deus est adeò bonus, quod nihil mali esse permitteret, nisi esset adeò potens, quod ex quolibet malo posset elicere aliquod bonum, non autem semper cedit malum in bonum eius, in quo est: sicut corruptio vnius animalis, cedit quidem in bonum vniuersi, in quantum per corruptionem vnius generatur aliud, non tamen in bonum eius, quod corrumpitur: quia bonum vniuersi est à Deo volitum secundum se, & ad ipsum ordinantur omnes partes vniuersi. Et eadem ratio esse videtur circa ordinem nobilissimarum partium ad alias partes. Quia malum aliarum partium ordinatur in bonum nobilissimarum: sed quidquid fit circa nobilissimas partes, non ordinatur, nisi in bonum ipsarum: quia de eis propter se cura habetur: de alijs autem propter ipsas, sicut Medicus infirmitatem pedis sustinet, vt curet caput. Inter omnes autem partes vniuersi excellunt Sancti Dei, ad quorum quemlibet pertinet, quod dicitur *Matth.* 25. Super omnia bona sua constituet eum: & ideò quidquid accidit circa ipsos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit.

Mà

Mà sentino ancora parole più sublimi del medesimo Angelico sopra quell'altro detto di S. Paolo 1. ad Corinth. 3. Omnia enim vestra sunt, siuè Paulus, siuè Apollo, siuè Cæphas, siue Mundus, siuè vita, siuè mors, siuè præsentia, siuè futura: omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei: *doue l'Apostolo parla delli Predestinati, come così l'intende il S. D. iui lect. 1. & ad Rom. 8. lect. 6. in fine, e però il S. M. dice:* Omnia vestra sunt, idest, vestræ vtilitati deseruientia, secundum illud *Rom.* 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, *sopra il primo testo dice:* In ipso enim Filio Dei omnia existunt, sicut in primordiali præoperatiua causa. Vnde eo tradito nobis, omnia sunt data nobis, vt scilicet omnia cedant in bonum nostrum: superiora quidem, scilicet, Diuinæ Personæ ad fruendum, Rationales Spiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non solum prospera, sed etiam aduersa 1. *Corinth. cap.* 3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Vnde patet, quod sicut in Psalmo dicitur, Nihil deest timentibus eum.

E conferisce qui molto à mio parere quel sentimento, che riferisce la S. Madre nelle sue Mansioni VII. cap. 2. in fine, che se bene tal volta si troua in molte afflittioni vna tal'anima eletta, e predestinata, ad ogni modo viue in molta pace, e quiete: Dicere namque animam in laboribus, & afflictionibus, & simul in pace esse, videntur contraria, & ad intelligendum difficilia: *Ad ogni modo vdite:* Vnam, atque alteram similitudinem ad id ostendendum vobis constitui: sedet, v. g. Rex aliquis suo in palatio quietus, & Regnum eius interea bellis plurimis, & varijs motibus vndique impetitur; at non propterea suo in palatio quiete, is gaudere desinit. Eodem modo fit, & hic: *cioè nel matrimonio spirituale dell'anima con Dio:* Nam tametsi in alijs mansionibus multæ occurrant turbæ, multaque virulenta animalia, varius quoque audiatur strepitus, ac tumultus, nihil tamen horum ad hanc mansionem penetrat, vt eam inde digredi faciat. Esto namque aliquam ei hæc afflictionem causent, non tamen, vt eam perturbent, aut pacem eius eripiant, &c. *E tanto basti per questa Prima Parte.*

SECONDA PARTE.

S. Tomaso in lib. Iob fà questo Prologo: Sicut in rebus, quæ naturaliter generantur, paulatim ex imperfecto ad perfectum peruenitur: Sic accidit hominibus circa cognitionem veritatis. Nam à principio parum quid de veritate attigerunt, posterius autem quasi pedetentim ad quandam pleniorem mensuram veritatis peruenerunt: ex quo contigit multos propter imperfectam cognitionem, circa veritatem

errasse,

erraſſe. Inter quos aliqui extiterunt, qui diuinã prouidentiam auferentes, omnia fortunæ, & caſui attribuebant: & priorum quidem in tantum ad hoc inualuit opinio, vt ponerẽt caſu factũ omne, & ea quæ generaliter generantur caſui attribuerẽt, ſicut percipi poteſt ex poſitionibus antiquorum naturalium ponentium ſolum cauſam materia. Item. Poſteriorum etiam quidam, vt Democritus, & Empedocles, plurima caſui attribuebant: Sed poſteriorum Philoſophorum diligentia, perſpicacius intuẽs veritatẽ, euidentibus indicijs, & rationibus oſtenderunt res naturales prouidentia regi. Non enim tã certus curſus in motu Cœli, & Syderũ, & in alijs naturæ effectibus inueniretur, niſi hæc omnia à quodam intellectu ſuperueniente ordinatè gubernarentur. Opinione igitur Philoſophorum firmata in hoc, quòd res naturales non caſu, ſed prouidentia regerentur, propter ordinem, qui manifeſtè apparet in eis, emerſit dubitatio apud plurimos de actibus hominum, vtrum res humanæ caſu procederent, an aliqua prouidentia, vel ordinatione Superiori gubernarentur. Cui quidem dubitationi maximè fomentum miniſtrauit, quod in euentibus humanis nullus certus ordo apparet. Non enim ſemper bonis bona eueniunt: aut malis mala: neque rurſus ſemper bonis mala, aut malis bona: ſed indiferenter bonis, & malis bona, & mala: Hoc igitur eſt quo maximè corda hominum mouentur ad opinandum res humanas prouidentia diuina non regi.

Id autem, quod præcipuè prouidentiã non eſſe circa res humanas impugnare videtur, eſt afflictio iuſtorum. Nam quod malis interdum bona eueniunt, etſi irrationale primo aſpectu videatur, & prouidentiæ contrarium, tamen vtrumque habere poteſt aliquam excuſationem ex miſeratione diuina: ſed quod iuſti ſine cauſa affligantur, totaliter videtur ſubruere prouidentiæ fundamentum.

Ad ogni modo dice il S. M. opuſc. xi. art. 31. Vt Auguſtinus dicit 8. ſuper Geneſ. ad litteram. Deus eo modo conſeruat res, quo eas operatur. Non enim eſt ſicut ædificator, qui operatur tantum ad conſtructionem domus: & poſtea eam dimittit: ſed Deus circa rem continuè operatur, conſeruans eam in eſſe ſecundùm illud *Io.* 5. Pater meus vſque modo operatur; *e trattandoſi d'vn'anima giuſta proſegue Eſaiæ* 27.

Quintò ſeruat eam: Ego Dominus, qui ſeruo eam, repentè propinabo ei, ne forte viſitetur contra eam, nocte, & die ſeruo eam. Seruo eam, *cioè; proſegue Vgone*, ne vaſtet eam aper de ſylua, & aliæ beſtiæ, quaſi dicat, iugiter ſeruo eam, ne tribulatione præſſa deficiat: & ideo ſeruo eam, quia indignatio non eſt mihi contra eam. q. d. Patiens ſum, & mauſuetus, & ideo non iraſcor ei quoties peccat. *Doue il Santo Giob 13.* Ipſo concedente pacem, quis eſt, qui condemnet?

net? Nemo rapiet de manu mea *disse Christo in S. Giouanni: c. 10. verſ. 28. E S. Agostino tract. 72. in Io.* Cœlum, & Terra transibunt, Prædeſtinatorum autem ſalus, & iuſtificatio permanebit.

E ſi conferma con S. Tomaſo P. P. quæſt. 23. art. 6. doue in termini terminanti tratta il Punto: Vtrum prædeſtinatio ſit certa. *E riſponde prima nell'Argomento* Sed contra ſuper illud *Rom. 8.* Quos præſciuit, hos, & prædeſtinauit, &c. *doue* Dicit *Gloſ.* Prædeſtinatio eſt præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, qua certiſſimè liberantur, quicunque liberantur.

Indi dà la ſua dottrina nel corpo dell'Articolo. Reſpondeo dicendum, quod prædeſtinatio certiſſimè, & infallibiliter conſequitur ſuum effectum, nec tamen imponit neceſſitatem, vt ſcilicet effectus eius ex neceſſitate proueniat. Dictum eſt enim ſupra, quod prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ. Sed non omnia, quæ prouidentiæ ſubduntur, neceſſaria ſunt; ſed quædam contingenter eueniunt ſecundum conditionem cauſarum proximarum, quas ad tales effectus diuina prouidentia ordinauit. Et tamen prouidentiæ ordo eſt infallibilis. Sic igitur, & ordo prædeſtinationis eſt certus, & tamen libertas arbitrij non tollitur, ex qua contingenter prouenit prædeſtinationis effectus.

Mà ſentiamo parimente ciò, che dice la S. Madre nelle ſue Manſioni VII. cap. IV. parlando d'vn'anima predeſtinata. Pare tal volta, che il Signor Iddio la laſci In puris naturalibus, & quod tunc videntur ei omnia venenata, &c. Verum non diù id durat; ad diem fortaſſe, aut paulò ampliùs; *ma ſubito* dat ei Dominus magnum quoddam robur, ad in nulla omninò re ab illius obſequio, piiſque propoſitis deflectendum.

Imò hæc ipſa etiam creſcere, & maiora fieri videntur, *conforme proſegue il Profeta, che dice*

Sextò auget eam ſicut homo ſuam hæreditatem *Pſal. 138.* Super arenam multiplicabuntur. *Et Pſal. 88.* Ibunt de virtute in virtutem. Ibunt, *gloſa Vgone*, Proficiendo de virtute, ideſt, de actu vnius virtutis in actum alterius virtutis; non enim de ipſis virtutibus intelligi potuſt, cum omnes ſimul infundantur cum gratia. Niſi ſic intelligatur: Ibunt de virtute minore, in eandem virtutem maiorem, ſecundum quod dicitur, quod charitas aut proficit, aut deficit. Vnde *Epheſ. 4.* Veritatem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.

Et ecco la ragione dice l'Angelico: Mà prima dobbiamo ſupponer ciò, che dice 1. 2. q. 114. a. 4. in corp. Conſiderandum eſt, quod vita æterna in Dei fruitione conſiſtit; motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni eſt proprius actus charitatis, per quem omnes actus aliarum virtutum ordinantur ad vltimum finem, ſecundum quod aliæ

virtutes

virtutes imperantur à charitate; & ideò meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem, ad alias autem virtutes secundariò, secundum, quod earum actus à charitate imperantur.

A noi adesso, Chi dunque vuol crescer il suo capitale per la visione di Dio, deue auanzarsi nella carità, & amor di Dio. P. 2. quæst. 114. art. 8. doue propriamente tratta il S. D. Vtrum homo possit mereri augmentum gratiæ, vel charitatis? *Risponde. Prima nell'Argomento* Sed contra *con l'autorità di S. Agostino* super Epistolam Ioannis, *doue dice*, Quod charitas meretur augeri, vt aucta mereatur, & perfici: ergo augmentum charitatis, vel gratiæ cadit sub merito.

Hor sentiamo il corpo dell'Articolo Dicendum, quòd sicut supra dictum est, illud cadit sub merito condigni, ad quod motio gratiæ se extendit: motio autem alicuius mouentis non solum se extendit ad vltimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu: terminus autem motus gratiæ est vita æterna, progressus autem in hoc motu est secundum augmentum charitatis, vel gratiæ, secundum illud *Prouerb.* 4. Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit, & crescit vsque ad perfectum diem, qui est dies gloriæ, Sic igitur augmentum gratiæ cadit sub merito condigni.

Mà sentiamo anche l'altra dottrina specialissima, che dà nella 2. 2. q. 24. a. 4. doue tratta: Vtrum Charitas augeri possit. Respondeo dicendum, quod Charitas viæ potest augeri; Ex hoc enim dicimur esse viatores, quòd in Deum tendimus, qui est vltimus finis nostræ beatitudinis. In hac autem via tantò magis procedimus, quantò Deo magis appropinquamus, cui non appropinquatur passibus corporis, sed affectibus mentis. Hanc autem propinquitatem facit Charitas, quia per ipsam mens Deo vnitur. Et ideò de ratione Charitatis viæ est, vt possit augeri. Si enim non posset augeri, iam cessaret viæ processus. Et ideò Apostolus Charitatem viam nominat, dicens 1. *ad Corinth.* 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

Per vltimo dice l'Espositore citato: Delectatur in ea: *Prouerb.* 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. *Et apporta la ragione subito S. Tomaso in 3. Sent. ad Annibal. dist. 32. quæst. vnica doue tratta*: Vtrum Deus diligat Creaturam. *E risponde*: Dicendum, quod vnicuique habenti cognitionem amabile est proprium bonum. Vnde cum in Deo sit sui cognitio perfecta, amat suam bonitatem. Bonum autem alicuius non solum dicitur secundum hoc, quod in ipso est, sed etiam secundum quod est in alio per similitudinem. Vnde cum bonitas, quæ est in creatura sit similitudo diuinæ bonitatis, Deus diligit creaturam. Delectatio autem ex amore consequitur *in 3. d. 29. q. 1. a. 4. E ne assegna similmente il S. M. la sua ragione di ciò nella P. P. quæst. 19. ar. 2. Perche,*

dice

dice, pertinet ad voluntatem diuinam, vt bonum ſuum alijs per ſimilitudinem communicet, ſecundùm quòd poſſibile eſt: ſic igitur vult, & ſe eſſe, & alia, ſed ſe vt finem: alia verò vt ad finem, in quantùm condecet, diuinam bonitatem etiam alia ipſam participare.

Quindi conclude lib. 3. contra Gent. cap. 19. Sunt igitur res omnes propter diuinam ſimilitudinem conſequendam, ſicut propter vltimum finem.

E il tutto procede dal diuino amore in 3. Sent. diſt. 32. q. 1. art. 1. ad 3. Amor omnis transfert quodammodò amantem in amatum, ſed diuerſimodè. Vno modo ſecundùm quod amans transfertur in participandum ea, quæ ſunt amati. Alio modo, vt communicet amato ea, quæ ſunt ſua. Primò ergo modo Deus non transfertur in amatum, quod eſt Creatura, ſed ſecundo modo, in quantum bonitatem ſuam ei communicat.

La qual Dottrina concorda con quella, che dà S. Dionisio cap. 4. de Diuinis Nom. doue parla così: Confidit ergo & hic ſermo dicere verus, quod & ipſe omnium cauſa propter bonitatis exceſſum cuncta amat, cuncta facit, cuncta perficit, cuncta continet, cuncta conuertit, & eſt diuinus amor bonus boni propter bonum. Ipſe enim bonum operans, exiſtentium amor in bonis ſecundum exceſſum præexiſtens, non dimiſit ipſum ſine germine in ſeipſo manere, &c.

Doue S. Tomaſo lect. 9 ſopra queſte vltime parole così parla: Hic, inquam, Amor diuinus non permiſit ipſum manere in ſeipſo ſine germine, ideſt, ſine Creaturarum productione, ſed amor mouet ipſum ad operandum, ſecundum excellentiſſimum operationis modum, in quantum produxit omnia in eſſe. Ex amore enim bonitatis ſuæ proceſſit, quod bonitatem ſuam voluit diffundere, & communicare alijs, ſecundùm quod fuit poſſibile, ſcilicèt, per modum ſimilitudinis, & quod eius bonitas non tantùm in ſeipſo maneret, ſed ad alia effluereret, &c.

Cioè ſpecialmente communicandoci la beata viſione di ſe ſteſſo ſopra tutti li altri beni ad extra *lib. 4. Sent. ad Hannibaldum diſt. 49. q. 1. ar. 1.* Dicendum, quod amori non ſatisfit, niſi ei præſentialiter offeratur, quod amat: abſentia enim amati contriſtat: Homines autem per Charitatem Deum immediatè amant, non propter aliquid, ſed propter ſeipſum. Vnde Charitas non ſufficienter remuneraretur, niſi ipſe Deus immediatè Animæ amanti præſentaretur. Hoc autem eſſe non poteſt, niſi per ſuam eſſentiam videatur, quia quicumque effectus, vel quæcumque alia ſpecies inſufficientiſſimè repræſentaret Diuinam Eſſentiam, etiam minus quàm vmbra corpus; quare ſicut videns vmbram, non præſentialiter videret eum, cuius eſt vmbra: ita

per quamcumque ſpeciem, vel effectum intellectus Deum præſentialiter habere non poteſt. Oportet igitur, quod ipſa eſſentia, quæ cognoſcitur, ſit etiam ſpecies, qua cognoſcitur. Et ſic Deus per ſuam eſſentiam videtur.

Aſſegna parimente di ciò l'Angelico vn'altra ragione nella 3. P. q. 1. ar. 1. Dicendum, quod vnicuique rei conueniens eſt illud, quod conuenit ſibi ſecundum rationem propriæ naturæ: ſicut homini conueniens eſt ratiocinari, quia hoc conuenit ſibi, in quantum eſt rationalis ſecundum naturam ſuam. Ipſa autem natura Dei eſt eſſentia bonitatis, vt per Dionyſ. 1. *cap.* de Diuinis Nominib. Vnde ad rationem Dei, vtpotè ſummi boni, pertinet, quod ſe Creaturæ communicet.

Et 1. P. q. 12. a. 1. Cum enim vltima hominis beatitudo in altiſſima eius operatione conſiſtat, quæ eſt operatio intellectus, ſi nunquam eſſentiam Dei videre poteſt intellectus creatus, vel nunquam Beatitudinem obtinebit, vel in alio Beatitudo eius conſiſtet, quàm in Deo; quod eſt alienum à fide. In ipſo enim eſt vltima perfectio rationalis creaturæ, quod eſt ei principium eſſendi: in tantum enim vnum quodque perfectum eſt, in quantum ad ſuum principium attingit.

Similiter etiam eſt præter rationem. Ineſt enim homini naturale deſiderium cognoſcendi cauſam, cum intuetur effectum: & ex hoc admiratio in hominibus conſurgit. Si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non poſſet ad primam cauſam rerum, remanebit inane deſiderium naturæ: Vnde ſimpliciter concedendum eſt, quod Beati Dei eſſentiam videant.

Quali già ſi sà, che ſono tutti li predeſtinati quæſt. 6. de Veritate art. 1. doue trattando della prouidenza, e predeſtinatione dice: Differt etiam alio modo: in qualibet enim ordinatione ad finem eſt duo conſiderare, ſcilicèt ipſum ordinem, & exitum, vel euentum ordinis, Non enim omnia, quæ ad finem ordinantur, finem conſequuntur. Prouidentia ergò ordinem in finem reſpicit tantùm. Vnde per Dei prouidentiam omnes homines ad Beatitudinem ordinantur: ſed prædeſtinatio reſpicit etiam exitum, vel euentum ordinis. Vnde non eſt, niſi eorum, qui gloriam conſequuntur.

E' già ottenuta, non vi è pericolo di perderla ſoggionge il S. M. opuſc. 2. cap. 116. Perche Videntia Deum confirmata ſunt in bono. *E lo proua in queſto modo*. Ex hoc autem apparet, quod anima videns Deum, vel quæcumque alia ſpiritualis creatura, habet voluntatem confirmatam in ipſo, vt ad contrarium de cætero non flectatur. Cum enim obiectum volantatis ſit bonum, impoſſibile eſt voluntatem inclinari in aliquid, niſi ſub aliqua ratione boni. Poſſibile eſt autem in quocumque particulari bono aliquid deficere, quod ipſi cognoſcenti relinqui-

tur

tur in alio quærendum. Vnde non oportet voluntatem videntis quodcumque bonum particulare in illo ſolo conſiſtere, vt extrà eius ordinem non diuertat. Sed in Deo, qui eſt bonum vniuerſale, & ipſa bonitas, nihil boni deeſt, quod alibi quæri poſſit. Quicumque igitur Dei eſſentiam videt, non poteſt voluntatem ab eo diuertere, quin in omnia, ſecundum rationem ipſius tendat, &c. eſſet etiam contra rationem perfectæ felicitatis, ſi homo in contrarium conuerti poſſet. Non enim totaliter excluderetur timor de amittendo: & ſic non eſſet totaliter deſiderium quietatum. Vnde *Apocal.* 2. dicitur de beato, foras non egredietur amplius.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Exijt qui ſeminat ſeminare, &c. Semen eſt verbum Dei. *Lucæ VIII.*

Gregorio Nazianz. Epiſt. Pronicob. dice, che Eloquentia Reges quò vult ducit, & Populos trahit in foro, bella comprimit, crudeles homines clementes reddit, & quoſlibet robuſtos non aliter, quàm ignis ferrum emollit. *E Libanio Sofiſta ſoleua dire, che non con tanta efficacia la calamita tira il ferro, con quanta forza l'eloquenza attrahe gl'animi, e cuori humani:* Pulchritudo in ſermonibus inſita magnetis vim obtinet: *che però S. Baſilio orat. 5. de ieiunio:* Imperatores, *dice,* cum exercitum in aciem educunt, adhortatione ante conflictum vtuntur: tanta enim vis eſt exhortationis, vt ſæpè multos etiam in ipſum contemptum mortis adducat. *Hor quanto più ſi deue dar queſt'efficacia alla parola di Dio?* S. *Agoſtino deſcriuendo la ſua marauigliosa conuerſione lib. 9. Confeſſ. cap. 2.* Sagittaueras, *dice,* tu Domine cor noſtrum charitate tua, & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus, & exempla ſeruorum tuorum, quos de nigris lucidos, & de mortuis viuos feceras, congeſta in ſinu cogitationis noſtræ vrebant, & abſumebant grauem torporem. *Et lib. 8. confeſſ.* Quàm ſubitò factum eſt mihi ſuaue, carere ſuauitatibus nugarum, eijciebas enim eas tu, & intrabas pro eis mea vera, & ſumma ſuauitas; atque ita quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. *Chi ſarà dunque, che non abbracci volontieri queſt'impiego di ſeminar la parola di Dio? S. Gregorio in Homilijs:* Plus eſt verbi pabulo victuram in perpetuum mentem refi-

cere, quàm ventrem moriturę carnis terreno cibo ſatiare.

Ma ſe vogliono hauer più efficacci motiui fundati in ragioni, attendino con ſilentio, che queſta ſarà la materia del preſente Diſcorſo, e ſon da capo.

E perche con più affettione aſcoltino la parola di Dio, ſappino, che con queſta ci ſuole preuenire l'iſteſſo Iddio per farci gratie, e tirarti à lui, come accenna S. Tomaſo 1. 2. quæſt. 112. art. 3. doue dice: Dicendum, quod ſicùt ſuprà dictum eſt, præparatio hominis ad gratiam eſt à Deo, ſicùt à mouente, à libero arbitrio, ſicùt à moto. Poteſt igitur præparatio dupliciter conſiderari. Vno quidem modo ſecundum, quòd eſt à libero arbitrio, & ſecundum hoc nullam neceſſitatem habet ad gratiæ conſequutionem; quia donum gratiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio modo poteſt conſiderari, ſecundum quod eſt à Deo mouente; & tunc habet neceſſitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis, ſed infallibilitatis; quia intentio Dei deficere non poteſt, ſecundum quod Auguſtinus dicit in lib. de prædeſtin. Sanctorum, quod per beneficia Dei certiſſimè liberantur quicumque liberantur. Vnde ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quòd homo, cuius cor mouet, gratiam conſequatur, infallibiliter ipſam conſequitur, ſecundum illud *Io. 6.* Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, *ilche ſoggionge il S. D. iui lect. 5. già ſi sà, che ſegue, in quanto, che* Pater trahit reuelando, & docendo. Et hoc eſt, quod dicit. Scriptum eſt in Prophetis, Erunt omnes docibiles Dei. Et expreſſius *Iſa. 54.* Ponam filios tuos vniuerſos doctos à Domino. Attractio autem Patris efficaciſſima eſt: quia omnis, qui audiuit à Patre: & didicit, &c. vbi duo ponit. Vnum ſcilicet quod pertinet ad donum Dei, cum dicit (audiuit) ſcilicet Deo reuelante. Aliud, quod pertinet ad liberum arbitrium, cum dicit (& didicit) ſcilicet per aſſenſum. *Se aſcoltaranno dunque volontieri la celeſte dottrina, buon ſegno di loro ſalute. Ilche anche meglio intenderanno nel progreſſo del Diſcorſo, che tutto ſà à queſto propoſito.*

Hora per hauer ragioni adequate in ogni aſſunto già ſanno, che biſogna raccorrer da S. Tomaſo, la cui dottrina fù ſempre veridica, e cattolica; che però Papa Vrbano V. nella ſua Bolla diretta all' Arciueſcouo, Cancelliere, Maeſtri, & Vniuerſità della Città di Toloſa, doue era l'Academia Publica, così ſcriſſe fra l'altre coſe: Volumus inſuper, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt dicti B. Thomæ Doctrinam tamquam veridicam, & Catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare.

Adeſſo dice il Santo nella P. 2. quæſt. 98. art. 1. Doctrina oſtenditur eſſe vera ex hoc, quod conſonat rationi rectæ. *Volete dunque, vi apporti vna ragione efficace per abbracciar volontieri l'officio di Predicatore, e Seminatore della parola di Dio?*

Vedino

Vedino il Quodlibeto 1. art. 14. doue inſegna il S. D. che Simpliciter melius eſt docere ſacram Doctrinam, & magis meritorium, ſi bona intentione agatur, quàm impendere curam ſaluti huius, & illius. Vnde Apoſtolus de ſe dicit 1. *ad Corinth.* 1. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, quamuis baptizare ſit opus maximè conferens ſaluti animarum. *Et* 2. *ad Timot.* 3. idem Apoſtolus commendat fidelibus hominibus illos, qui idonei erunt, & alios docere. Ipſa etiam ratio demonſtrat, quod melius eſt erudire de pertinentibus ad humanam ſalutem eos, qui, & in ſe, & in alijs perficere poſſunt, quàm ſimplices, qui ſe tantùm perficere poſſunt: *Eſſendo che.* Bonum multitudinis eſt maius, quam bonum vnius, qui eſt de multitudine 2. 2. *quæſt.* 39. *art.* 2. *ad* 2. *Et* 3. P. *quæſt.* 42. *art.* 1. *l'accenna anche chiaramente dicendo che.* Vtilior eſt inſtructio multorum, quàm vnius.

Mi diranno; Chriſto nelle ſue Prediche ſi applicò pure ſolamente à pochi: Matth. 15. Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael;

Riſponde iui l'Angelico in corp. Articuli. Dicendum, quod conueniens fuit prædicationem Chriſti tàm per ipſum, quàm per Apoſtolos à principio ſolis Iudæis exiberi; *Perche* Hoc debitus ordo exigebat; vt Iudæis, qui Deo erant propinquiores per fidem, & cultum vnius Dei, priùs doctrina Chriſti proponeretur, & per eos tranſmitteretur ad Gentes: ſicut etiam in cęleſti Hierarchia per Superiores Angelos ad inferiores diuinę illuminationes deueniũt: Vnde ſuper illud *Matth.* 15. Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, *dicit Hieronym.* Non hoc dicit, quin, & ad Gentes miſſus ſit, ſed quod primùm ad Iſrael miſſus eſt: Vnde, & *Iſaiæ vltimo* dicitur: Mittam ex eis, qui ſaluati fuerunt (ſcilicet ex Iudæis) ad Gentes, & annunciabunt gloriam meam Gentibus.

Hor doppo S. Tomaſo diamo ancor luogo alli altri Sacri Eſpoſitori, poiche come annoſa il medeſimo Angelico ſuper Apocalyp. cap. 12. Sicut Auguſtinus dicit 11. lib. Confeſſionum. Non fruſtrà voluit Deus ſcribi tot paginarum opaca ſecreta, vnde Dominus Sanctis Doctoribus reuelauit intellectum ſcripturæ, quantum iudicauit eſſe neceſſarium nobis. Per ipſos autem datur via ad intelligentiam ſcripturarum: vt patet de *beatis Gregor. Auguſti. Hieronym. Criſoſt. & alijs Sanctis Expoſitoribus.* Item quotidie alijs Studioſis, qui ſunt ad docendum cæteros idonei reuelat quantùm placet ſuæ ſapientiæ, omnia congruè diſpenſante, &c.

Andiamo dunque primieramente da Origene citato dal Santo Dottore in catena aurea ſuper caput 4. *Lucæ*: Caue autem, ne Beatos tantùm illos iudices, & te arbitreris priuatum eſſe Chriſti doctrina: quia nunc etiam in toto Orbe docet per Organa ſua, & nunc magis glorificatur

ab

ab omnibus, quàm illo tempore, quo tantùm in vna Prouincia cognoſcebatur.

E perche cominciaſſe di là, aſſegna anche iui la ſua ragione San Cirillo, noſtro Dottore, dicendo: Largitur autem ſui notitiam illis, inter quos educatus eſt ſecundum carnem. Theofilus: vt, & nos doceat prius proprios beneficiare, & docere, deinde, & ad reliquos amicitiam ſpargere.

S. *Bernardo in Cantica auiſa*: Noli nimis inſiſtere oculis contemplationis, quia meliora ſunt vbera prædicationis, nam etſi Rachel formoſior, Lija tamen fœcundior eſt.

S. Lorenzo Giuſtiniano de diſciplina monaſtica cap. 9. Qui animas vitiorum labe fædatas, ſpiritualium ſtudiorum dealbatas lauacro, laborat largiri Deo, hic corona redimitus immortalitatis, inter Choros Angelorum magnificè ſublimabitur.

Et infra: Dignus ſempiterna fit gloria, qui non ſolùm ſe, ſed etiam plurimos ſecum Chriſto proprijs laboribus lucratus eſt. Tantorum prorſus erit particeps meritorum, quatorum ſalutis extitit cauſa.

Ilche concorda à punto con quello diſſe Chriſto à S. Brigida lib. 6. Reuelationum c. 65. Che duplicem mercedem habebit: Primò quòd particeps erit omnium bonorum eorum, quotquot perduxit ad portum. Secundò, quòd gloria eius augebitur ſine fine.

S. Gregorio 28. Moral. 23. dice, che il Predicatore è la bocca di Dio. Onde ſopra quelle parole dette da Dio à Geremia cap. 15. Si ſeparaueris prætioſum à vili, quaſi os meum eris, *dice il Santo*: Vilis quippe Deo eſt Mundus præſens, pretioſa verò eſt anima humana; qui ergò pretioſum à vili ſeparat, quaſi os Domini vocatur, quia per eum Deus verba ſua exerit, qui ab amore præſentis ſæculi, loquendo, quæ poteſt, humanam animam euellit.

S. *Gio. Criſoſtomo Oratione 3. contra Iudæos to. 5. inſegna, che fà maggior ſeruitio à Dio, chi conuerte l'anime, che ſe li fabricaſſe vn gran Tempio*. Vni cum Templũ diruit Deus Hieroſolymis, & innumerabilia erexit illo longè venerabiliora, Vos inquit Apoſt. 1. *ad Corinth. 3.* eſtis Templum Dei viuentis. *E doppo ſoggionge*: Nam etiamſi pecunię vim immenſam dinumerauerit aliquis, nihil ſimile præſtiterit ei, quod præſtat is, qui ſeruat animam: hæc eſt maior eleemoſina, quàm decem millia talentorum, quàm hic Mundus vniuerſus quantus vndique patet oculis, ſiquidem homo eſt toto Mundo prætioſior: huius enim cauſa, & Cælum, & Terra, & Mare, & Sol, & Stellæ condita ſunt.

Rabano ſopra quelle parole dell'Eccleſiaſtico c. 24. v. 27. Videte quoniam non ſoli mihi laboraui, ſed, & omnibus exquirentibus veritatem *dice*: Doctor Eccleſiaſticus Verba Dei ſcribendo, & docendo non ſolum

lùm ſibi laborat, ſed, & alijs; quia ſibi laborat pro æterna mercede; & quiete. Alijs autem pro vera ſalute, & perpetua requie: Vnde in *Daniele c.* 12. ſcriptum eſt: qui docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti; & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates: hinc, *& Iacobus ait c.* 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. De quo, *& Paulus ad Timot.* 2. ſcribens, ait: Attende tibi, & Doctrinæ ſanæ, inſta in illis: hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos, qui te audient.

E qui viene anco à propoſito il ſanto zelo, che haueua la noſtra S. Madre Tereſa, di cui ſi legge nel libro IV. della ſua Vita cap. XI. Hinc ſancta quadam æmulatione Concionatores, & omnes Animabus Deo aſſerendis intentos æmulabatur; vtpotè, quæ id ipſum exequi etiam per ſe optabat, ac ſibi concedi cupiebat, magna Regibus, ac Dynaſtis, & omnibus omninò hominibus voce conclamare, vt relicto errore, veram ſalutis ſemitam ingrederentur, & Creatorem ſuum agnoſcerent, etſi mille ſibi propterea mortes eſſent ſubeundæ.

Sanctos omnes permagni faciebat, & volupe illi in primis erat ipſorum geſta legere: Si quos verò horum legeret, animas aliquot Deo aſſeruiſſe, intẽſiori has legebat deuotione, & animi teneritudine, & maiori erga hos ſe ferri ſentiebat inuidia, quàm erga quoſlibet, qui paſſi erant cruciatus.

Hinc ex intimo ad Deum clamabat corde, vt cum tot animas ſibi cacodæmon vindicaret, ſuis aliquam ſibi orationibus hùc afferre opem, & obſtaculum obijcere. (cum aliud à ſua ipſa parte præſtare non valeret) vt vel vnam ad cultum eius, & obſequium liceret allicere.

Atque hinc conſequebatur, vt magni apud illam eſſent ponderis, & ſummè amarentur quotquot hiſce ſtudijs incumberent, & quos aliorum videbat commodis ſtudere, vel in cathedra lectiones habendo, vel in ſuggeſto ad Populum agendo; vel alia demum ratione quacumque proximo conſulerent.

Quorum etiam, cùm laboribus in primis compateretur, omni volebat eorum commoditatibus ratione conſultum, & quoties ſibi cumq; eorum recreandorum ſe dabat occaſio, miram, & inſolitam liberalitatem oſtendebat: quidquid enim in eos hoc pacto expendebat, optimè id collocatum ſibi perſuadebat.

Mà à queſti regali della S: M. aggiongiamo quelli, che dà à ſimili perſonaggi la Maeſtà del Signor Iddio. Supplem. quæſt. 96. art. 7. Dicendum, quod ſicut per martyrium, & virginitatem aliquis perfectiſſimam victoriam obtinet de carne, & mundo: ita etiam perfectiſſima victoria

contra

contra Diabolum obtinetur, quando aliquis non ſolum Diabolo impugnanti non cedit, ſed etiam expellit eum, & non ſolum à ſe, ſed etiam ab alijs: hoc autem fit per prædicationem, & doctrinam: & ideò prædicationi, & doctrinæ Aureola debetur, ſicut, & virginitati, & martyrio: nec eſt dicendum, vt quidam dicunt, quod debeatur tantùm Prælatis, quibus competit ex officio prædicare, & docere: ſed quibuſcumque, qui licitè hunc actum exercent.

Mà qui entra vn'obiettione, la cui ſolutione è molto importante; Exaltatio in futuro reſpondet humiliationi in præſenti, quia, qui ſe humiliat exaltabitur: ſed in docendo, & prædicando non eſt humiliatio; imò magis ſuperbiæ occaſio: Vnde gloſſa dicit *Matth.* 4, Quod Diabolus multos decipit honore magiſterij inflatos: ergo videtur, quod Prædicationi, & doctrinæ aureola non debeatur.

Riſponde il S. D. Dicendum, quod exaltatio in hac vita non diminuit alterius præmium, niſi ei, qui ex tali exaltatione propriam gloriam quærit: qui autem talem exaltationem in vtilitatem aliorum conuertit, ex ea ſibi mercedem acquirit. Cum autem dicitur, quod doctrinæ debetur Aureola, intelligendum eſt de doctrina, quæ eſt de pertinentibus ad ſalutem, per quam Diabolus à cordibus hominum expugnatur. ſicut quibuſdam ſpiritualibus armis, de quibus dicitur 2. *Corinth.* 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed ſpiritualia.

E per queſta parte ſoggionge iui art. 12. Aureola Doctorum eſt potior inter omnes, quia huiuſmodi pugna verſatur circa intelligibilia, aliæ verò pugnæ circa ſenſibiles paſſiones.

Che però tal Sacrificio è più accetto à Dio, ſicome lo proua S. Tomaſo 2. 2. *quæſt.* 182. *art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quod ſacrificium ſpiritualiter Deo offertur, cum aliquid ei exhibetur: inter omnia autem bona hominis, Deus maximè acceptat bonum humanæ animæ, vt hoc ſibi in ſacrificium offeratur: offerre autem debet aliquis Deo. Primò quidem animam ſuam, ſecundum illud *Eccleſ.* 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo.

Secundò autem animas aliorum ſecundum illud *Apoc. vlt.* Qui audit dicat, veni: quantò autem homo animam ſuam, vel alterius propinquius Deo coniungit, tantò ſacrificium eſt Deo magis acceptum: vnde magis acceptum eſt Deo, quod aliquis animam ſuam, & aliorum applicet contemplationi, quàm Actioni. Per hoc ergo, quod dicitur, quod nullum ſacrificium eſt Deo magis acceptũ, quã zelus animarum, non præfertur meritum vitæ actiuæ meritò contemplatiuæ: ſed oſtenditur magis eſſe meritorium, ſi quis offerat Deo animam ſuam, & aliorum, quam quæcumque alia exteriora bona.

Laonde ſebene aſſolutamente dice il S. D ſopra quel verſo Ioan. 13. *n.* 35:

In hoc

In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem: quicumque adnumeratur militiæ alicuius Regis, eius inſignia portare debet. Inſignia autem Chriſti, ſunt inſignia charitatis. Quicumque ergo vult adnumerari militiæ Chriſti, debet charitatis charactere inſigniri. *Però eſponendo quell'altro verſo Io. 15. num. 12.* Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos, *ſoggionge, che*: Chriſtus dilexit nos ordinatè: quia nihil in nobis dilexit, niſi Deum, & in ordine ad Deum. Nos ergo proximos ſic debemus diligere, &c.

Onde Io. 15. num. 9. dunque dice Chriſto: Manete in dilectione mea, *ſegue S. Tomaſo: che* Vnum præceptum includitur in alio; qui enim diligit proximum, neceſſe eſt, vt diligat Deum: licet enim obiecta ſint diuerſa, tamen ipſi actus ſecundum conſequentiam ſunt vnum.

Mi diranno: e qual dottrina particolarmente deue inſegnare in conſequenza il Predicatore a' fedeli?

Riſponde l'Angelico in 4. ſent. diſt. 6. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 1. in corp. Dicendum, quòd ſicut in alijs ſcientijs, & doctrinis quędam ſunt communia, quibus ignoratis neceſſe eſt artem ignorare: quædam autem propria, quæ ſine ignorantia illius doctrinæ ignorari poſſunt: Ita etiam in doctrina fidei quædam dicuntur, quæ ſunt fidei communia rudimenta, ad quæ credenda explicitè omnes tenentur, ſicut eſt fides Trinitatis, & Incarnationis, & Paſſionis, & Diuiui Iudicij, & Prouidentiæ Dei de factis hominum, & de alijs proceſſu temporis, &c.

La qual Dottrina poi più diffuſamentente ſpiega 2. 2. quæſt. 1. art. 8. in c. Dicendum, quòd illa per ſe pertinet ad fidem, quorum viſione in vita æterna perfruimur, & per quæ ducimur ad vitam æternam: duo autem nobis videnda proponuntur; ſcilicet occultum diuinitatis, cuius viſio nos Beatos facit, & myſterium Humanitatis Chriſti, per quod in gloriam filiorum Dei acceſſum habemus, vt dicitur *ad. Rom. 5.* Vnde dicitur *Io. 17.* Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum; & ideò prima diſtinctio credibilium eſt, quòd quædam pertinent ad Maieſtatem Dininitatis; quædam verò pertinent ad myſterium humanitatis Chriſti, quod eſt pietatis Sacramentum.

Circa Maieſtatem autem Diuinitatis tria nobis credenda proponuntur: Primò quidem vnitas Diuinitatis, & ad hoc pertinet primus articulus: Secundò Diuinitas Perſonarum, & de hoc ſunt tres articuli ſecundum tres Perſonas: Tertiò verò proponuntur nobis opera diuinitatis propria, quorum primum pertinet ad eſſe naturæ, & ſic proponitur nobis articulus creationis: ſecundum verò pertinet ad eſſe gratiæ, & ſic proponuntur nobis ſub vno articolo omnia pertinentia

ad ſanctificationem humanam: tertium verò pertinet ad eſſe gloriæ; & ſic proponitur nobis alius articulus de Reſurrectione carnis, & de vita æterna: & ita ſunt ſeptem articuli ad Diuinitatem pertinentes.

Similiter etiam circa humanitatem Chriſti ponuntur ſeptem articuli, quorum primus eſt de Incarnatione, ſiuè de Conceptione Chriſti: ſecundus de natiuitate eius ex Virgine: tertius de Paſſione eius, & morte, & ſepultura: quartus eſt de Deſcenſu ad inferos: quintus eſt de Reſurrectione: ſextus de Aſcenſione: ſeptimus de Aduentu ad iudicium: & ſic in vniuerſum ſunt quatuordecim.

E di queſti miſterij ordinariamente deuono eſſer le Prediche, perche come inſegna l'Angelico 2. 2. qu. 2. art. 7. in corp. Poſt tempus gratiæ reuelatæ, tam maiores, quàm minores tenentur habere fidem explicitam de myſteris Chriſti; præcipuè quantum ad ea, quæ communitèr in Eccleſia ſolemnizantur, & publicè proponuntur, ſicut ſunt Articuli Incarnationis.

E quanto alli altri della Santiſſima Trinità ini Art. 4. in c. Dicendum, quòd myſterium Incarnationis Chriſti explicitè credi non poteſt ſine fide Trinitatis: quia in myſterio Incarnationis Chriſti hoc continetur, quòd Filius Dei carnem aſſumpſerit; quòd per gratiam Spiritus Sancti mundum renouauerit; & iterum quòd de Spiritu Sancto conceptus fuerit; & ideò eodem modo, quo myſterium Incarnationis Chriſti ante Chriſtum fuit explicitè creditum à maioribus, implicitè autem, & quaſi obumbratè à minoribus, ita etiam, & myſterium Trinitatis.

Et ideò etiam poſt tempus gratiæ diuulgatæ tenentur omnes ad explicitè credendum, Myſterium Trinitatis: Et omnes qui renaſcuntur in Chriſto, hoc adipiſcuntur per inuocationem Trinitatis, ſecundum illud *Matth. vltimo*. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

E perche ſia neceſſaria tal fede eſplicita, ne dà la ragione il S. D. in 3. ſent. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 3. in corp. Dicendum, quòd fides explicita ad hoc neceſſaria eſt, quòd in finem vltimum intentionem dirigat; & quia per peccatũ homo ab illo fine abductus fuerat, nõ poterat reduci, niſi per mediatorem Dei, & hominum Dominum Ieſum Chriſtum: ideò poſt peccatum oportuit haberi cognitionem explicitam de Redemptore; & præcipuè quantum ad ea, quibus nos in finem reduxit, victo hoſte, à quo detinebamur.

Ad hoc autem, quod nos in finẽ reduceret, quatuor requirebantur: Primum eſt, quod propugnator noſter inſtrueretur, quod factum eſt in natiuitate: Secundum eſt, quòd propugnaret, quod factum eſt in Paſſione: Tertium eſt, quòd vinceret; quod factum eſt in Reſurrectione,

ne,

ne, quando æternitatis aditum deuicta morte reſerauit; Quartò, quòd victoriæ ſuæ omnes ſuos participes faceret: & hoc erit in iudicio, quando bonis bona, & malis mala reddentur. Et ideò iſta præcipuè requirebantur, vt de Redemptore explicitè ſcirentur.

Ma ſento vno, che dice: à che fine attender con tanta fatica à queſt'impiego, Si de ſemine iſto tres partes depereunt etiam Chriſto prædicante? Satorem iſtum, *dice Beda portato qui da S. Tomaſo in Catena Aurea*, nullum melius, quam Filium Dei intelligere poſſumus, qui de ſinu Patris, quò creaturæ non erat acceſſus, egrediens, ad hoc venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati: *Perche dunque non tutti gli hanno creduto, e la maggior parte de gl'huomini ſi perde:* Multi ſunt vocati, pauci verò electi?

A queſto gran Punto riſponderò nella

SECONDA PARTE.

Prima di venir alla riſpoſta della propoſitione, ò ſia queſito tanto importante, dobbiamo ſupporre vna dottrina di S. Tomaſo, che apporta ſuper Boetium de Trinitate opuſc. 70. doue tratta de manifeſtatione diuinæ cognitionis. E propone in termini terminanti il caſo: Vtrum diuina liceat inueſtigando tractare. *E ſà trà l'altre queſte due obiettioni:* Pœna non infertur, niſi pro culpa: ſed ſicut dicitur *Prouerb. 25.* Qui ſcrutator eſt Maieſtatis, opprimetur à gloria: ergo perſcrutari ea, quæ ad diuinam Maieſtatem pertinent, eſt illicitum. Item Gregorius in Hom. in Octaua Paſchæ: Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum: ſed malum eſt fidei meritum euacuare: ergo non licet rationibus de his, quæ ſunt fidei perſcrutari.

Riſponde: Ad primum, dicendum, quòd perſcrutari eſt quaſi ad finem ſcrutari: hoc autem illicitum, & præſumptuoſum eſt, vt aliquis ſic diuina ſcrutetur, quaſi ad finem comprehenſionis venturus.

Ad ſecundum dicendum, quòd duplex eſt humana ratio, vna demonſtratiua cogens intellectum ad credendum: & talis non poteſt haberi de his, quæ ſunt fidei: ſed poteſt haberi ad euacuanda ea, quæ fidem deſtruunt, vel impoſſibilem aſſerunt. Quamuis enim ea, quæ fidei ſunt demonſtrari non poſſint, non tamen poſſunt demonſtratiuè improbari. Si autem talis ratio ad probandum ea, quæ ſunt fidei induceretur, euacuaretur meritum fidei: quia iam aſſentire his non eſſet voluntarium: ſed neceſſarium. Ratio autem perſuaſoria ſumpta ax aliquibus ſimilitudinibus ad ea, quæ ſunt fidei inductiua, non euacuat fidei rationem: quia non facit ea eſſe apparentia, cum non fiat reſolutio vſque ad prima principia, quæ intellectu videntur. Nec

iterum meritum fidei euacuat: quia non cogit intellectum ad conſentiendum: vnde aſſenſus remanet voluntarius.

Auiſa per tanto il S. M. che alcuno Tripliciter poteſt in hoc peccare, Primò ex preſumptione, quia ſcilicet ſic ea ſcrutatur aliquis quaſi ea perfectè cõprehenſurus, & huius preſumptio arguitur *Iob.* 11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies? *Et Hil. dicit*: ne te inferas in illud ſecretum, & arcanum inopinabilis natiuitatis, ne te immergat ſummam intelligentiæ comprehendere præſumens: ſed intellige incomprehenſibilia eſſe.

Secundò ex hoc, quòd in his, quæ ſunt fidei ratio præcedit fidem, non fides rationem: dum ſcilicet aliquis hoc ſolùm vult credere, quod ratione poteſt inuenire: cum debeat eſſe è conuerſo. *Vnde Hil.* Credendo inſpice, ſcilicet inquire: percurre: perſiſte.

Tertiò vltra modum ſuæ capacitatis ad diuinorum perſcrutationem ſe ingerendo: Vnde *Rom.* 12. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Non enim omnes eandem menſuram ſunt conſecuti, Vnde aliquideſt vltra modum vnius, quod non eſt vltra modum alterius. *E chi non potrà per ſe ſteſſo, lo potrà col Maeſtro*. Diſputate, de Magiſtro *art.* 1. *ad* 6. Quia per doctrinam fit in diſcipulo ſcientia ſimilis ei, quæ eſt in Magiſtro.

Hora dunque come riſpondono i Maeſtri della vita ſpirituale àl dubbio: Multi ſunt vocati, pauci verò electi?

Riſponde ſubito S. Giouanni Chriſoſtomo portato dall' Angelico qui: Non eſt hoc vitio ſeminis, vel ſeminantis; ſed ſuſcipientis, ideſt animæ; & ita monet diſcipulos ſuos non deſides eſſe, etſi multi pereant ſuſcipientium verbum, quia hoc, & Domino contigit, qui cuncta præuidit. *Iſaiæ c.* 5. Triginta modij ſementis faciunt modios tres. Vide ergo prædicationum multitudinem, & raritatem fructus.

Laonde S. Bernardo conſolando Eugenio Papa, che s'affligeua per il poco frutto, che faceua ne' Popoli, li ſcriſſe: Noli timere, curam exigeris habere, & non curationem.

L'officio dell'Oratore, dice Tullio: Eſt appoſitè dicere ad perſuadendum. *L'impiego del Medico* Eſt appoſitè mederi ad ſanandum. *L'officio del Seminatore* Eſt appoſitè ſeminare ſemen ad fructificandum: *mà ſicome non è in poteſtà dell' Oratore il perſuadere, ne del Medico ſanare; così non è in potere del Seminatore Apoſtolico il far frutto delle ſue Prediche, ſe per altro non vi è la diſpoſitione, in chi le ſente; perche, come dice Guarico Abbate Serm.* de Purificatione Virginis: Dicit lectio, ſed non diſcit niſi dilectio.

E S. Gregorio lib. 11. *Moral.* Plerumque fit, vt cum audientis cor exi-

gentibus

gentibus culpis Dei gratia non repletur; incaſſum exterius à Prædicatore moneatur, quia mutum eſt os omne, quod loquitur, ſi ille interius in corde non clamet, qui aſpirat verba, quæ audiuntur.

E S. Girolamo: Notandum, quòd ſicut in terra mala tres fuere diuerſitates, ſcilicet, ſecus viam, petroſa, & ſpinoſa loca: Sic in terra bona trina diuerſitas eſt, centeſimi, ſexageſimi, & fructus triceſimi; & in illa, aut etiam in iſta non mutatur ſuſtantia, ſed voluntas, & tàm incredulorum, quàm credentium corda ſunt, quæ ſemen recipiunt.

E l'Angelico finalmente l'attribuiſce all'inconſtanza della volontà humana 2. 2. quæſt. 53. art. 5. in corp. Dicendum, quod inconſtantia importat receſſum quemdam à bono propoſito definito: huiuſmodi autem receſſus principium quidem habet à vi appetitiua; non enim aliquis recedit à priori bono propoſito, niſi propter aliud, quod ſibi inordinatè placet: ſed iſte receſſus non conſummatur, niſi per defectum rationis; quæ fallitur in hoc, quòd repudiat id, quod benè acceptauerat. Et quia cum poſſit reſiſtere impulſui paſſionum, ſi non reſiſtat, hoc eſt ex debilitate ipſius, quæ non ſe tenet firmiter in bono propoſito concepto; ideò inconſtantia quantùm ad ſui conſummationem pertinet ad defectum rationis. Sicut autem omnis rectitudo rationis practicę pertinet aliqualiter ad prudentiam, ita omnis defectus eiuſdem pertinet ad imprudentiam: & ideò inconſtantia ſecundum ſui conſummationem ad imprudentiam pertinet: & ſicut præcipitatio eſt ex defectu circa actũ conſilij, & inconſideratio circa actum iudicij, ita inconſtantia circa actum precepti: ex hoc .n. dicitur aliquis eſſe inconſtas, quod ratio deficit in præcipiendo ea, quæ ſunt conſiliata, & iudicata.

E però, chi ſpera eſſer del numero delli eletti, deue ſtar fermo nel bene conceputo, come dice S. Proſpero de vocatione Gentium c. 36. done coſi parla; In libro Tobiæ ad filium eius Tobiam Raphael Angelus dicit, &c. Cum cœperis eſſe cum illa (ſcilicet vxore) ſurgite primùm ambo, & deprecamini Deum Celi, vt detur vobis miſericordia, & ſanitas, & nolite timere, tibi enim deſtinata eſt antè ſæcula, & tu eam ſanabis. *Dalle quali parole conclude il Santo*. Quamuis ergo, quod ſtatuit Deus nulla poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propoſitum, liberi arbitrij deuotio relaxatur, cum implendæ voluntatis Dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum, & qui bona geſſerint non ſolùm ſecundùm propoſitum Dei, ſed etiam ſecundùm ſua merita coronentur.

E concorda con queſta aſſertione la concluſione del Sacro Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 16. can. 25. 28. & 32. contra Bucero, Luttero, Caluino, & altri Hereſiarchi

ſiarchi, che così definiſce: Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint bna ipſius iuſtificati merita; aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius membrum viuum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit, conſequutionem, atque gloriæ augmentum, anathema ſit.

Mà che più bella ragione di queſta di non tornar in dietro nella via di Dio, che il penſare dice S. Tomaſo 3. P. quæſt. 72. a. 8. in corp. che de intentione Dei eſt omnia ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione hoc natura participat, vnde, *& Deut. 32.* dicitur Dei perfecta ſunt opera. *Et a tal'effetto doppo il Sacro Batteſimo ci aggionge il ſecondo Sacramento, che è la Confermatione, ſicome lo ſpiega iui Articolo primo il medeſimo S. D. in tal modo:* Dicendum, quòd Sacramenta nouæ legis ordinantur ad ſpeciales gratiæ effectus: & ideo vbi occurrit aliquis ſpecialis gratiæ effectus, ibi ordinatur ſpeciale ſacramentum. Quia verò ſenſibilia, & corporalia gerunt ſpiritualium, & intelligibilium ſimilitudinem: ex his, quæ in vita corporali aguntur, percipere poſſumus, quid in ſpirituali vita gratiæ ſpeciale exiſtat.

Manifeſtum autem eſt, quòd in vita corporali, ſpecialis quædam perfectio eſt, quòd homo ad perfectam ætatem perueniat, & perfectas actiones hominis agere poſſit: vnde, & *Apoſt. dicit. 1. Cor. 13.* Cum autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Et inde eſt etiam, quòd præter motum generationis, quo aliquis recipit vitam corporalem, eſt motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem.

Sic igitur, & vitam ſpiritualem homo accipit per Baptiſmum, qui eſt ſpiritualis generatio. In Confirmatione autem homo accipit quaſi quamdam perfectam ætatem ſpiritualis vitæ. Vnde Melchiades Papa dicit, Spiritus Sanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur. Et ideò manifeſtum eſt, quòd Confirmatio eſt ſpeciale Sacramentum.

Si vede dunque, che chi deſidera eſſer ſaluo, hà da ſcacciar l'inconſtanza, e ſtar ſaldo nella battaglia, ſia chi ſi ſia huomo, ò donna iui 3. P. quæſt. 72. art. 3. done tratta il S. M. Vtrum Sacramentum Confirmationis ſit omnibus exhibendum. *E ſà l'obiettione, che è la terza:* Sicut Melchiades Papa dicit: Poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, ſed pugnare non competit mulieribus propter fragilitatem ſexus. Ergo nec mulieri-

bus

bus hoc ſacramentum dari debet. *Riſponde* Dicendum, quòd ſicut Chryſoſtomus dicit in Homilia de Machabæis: In mundanis agonibus, ætatis, ac formæ, generiſque dignitas requiritur: & ideò ſeruis, ac mulieribus, & ſenibus, ac pueris, ad eos aditus denegatur. In cœleſtibus autem omni perſonæ, & ætati, ac ſexui indiſcreta facultas ſtadium patet. Et in Homil. de militia ſpirituali dicit: Apud Deum fœmineus etiam militat ſexus, multæ namque fœminæ animo virili ſpiritualem militiam geſſerunt; quædam enim interiori hominis virtute, viros æquauerunt in agonibus martyrum: quædam etiam fortiores viris extiterunt. Et ideò etiam mulieribus hoc ſacramentum conferendum eſt.

Et eſſendo rimedio diuino, ogn'vno può farne capitale in tutti i caſi, e pericoli, ſicome lo proua il S. D. in 3. ſent. diſt. 34. quæſt. 3. artic. 1. quæſtiunc. 2. Dicendum, quòd quantò aliqua potentia altior eſt, tantò ad plura ſe extendit, & quia humana facultas eſt infirma reſpectu diuinæ facultatis, ideò ad diuerſas difficultates ſunt ordinatæ diuerſæ humanę facultates; & quandoque ſeparantur ad inuicem: aliquis enim habet facultatẽ, vt facilè ſuperare poſſit difficultates, quę ſunt in delectationibus, quí tamẽ nõ facilè ſuperare poteſt difficultates, quę ſunt in paſſionibus illatis, & ſic de alijs: ſed diuina facultas eſt vna, & eadẽ reſpectu omnium prædictarum difficultatum: & ideò, quia fortitudinis virtus facultati humanæ innititur, non eſt reſpectu omnium difficultatum, ſed reſpectu aliquarum, quę ſunt maximæ in genere humanarum, vnde excellenter nomen fortitudinis habet: ad alias autem difficultates ſunt ordinatæ aliæ virtutes, quæ ſunt facultates quædam: ſed fortitudinis donum vtitur diuina voluntate, quaſi ſua, ſecundum quòd in Pſal. dicitur, diligam te Domine, virtus mea; & ideò donum fortitudinis ſe extendit ad omnes difficultates, quæ in humanis rebus poſſunt accidere, etiam ſupra facultatem humanam, ſicut Apoſtolus dicebat *Philip. vltimo:* Omnia poſſum in eo, qui me confortat.

Et quæſt. 1. eiuſdem. Donum Fortitudinis habet pro menſura ſui actus diuinam potentiam, de cuius conſilio confidit, ſicut dicitur *Pſal.* 57. In Deo meo tranſgrediar murum; ideſt omne, quod poſſet humanæ infirmitati obuiare. *Che però conclude l'Angelico Rom. 8. lect. 2.* Habentes igitur talẽ ſpem, ſcilicet videndi gloriã Dei, multa fiducia vtimur, ideſt confidenter operamur ea, quę pertinent ad vſum huius miniſterij, ex quo creſcit nobis ſpes: *Prouerb.* 28. Iuſtus quaſi Leo cõfidẽs abſque terrore erit: *Hier.* 17. Benedictus vir, qui confidit in Domino.

Mà vn bel dubbio, & hò finito. Se tante conditioni di genti ſono così indiſpoſte, come dunque indifferentemente ſi predica à tutti, e ſi ſemina la parola di Dio trà ſpine, e pietre, come ſono gl'infedeli, & heretici? Baſta tra Cattolici, che vno terra buona.

Riſponde

Risponde S. Chrisostomo portato da S. Tomaso: Agricola incusaretur meritò, quia non potest de petra facere non petram, aut de via non viam, aut de spinis non spinas; In rationalibus autem possibile est de petra fieri terram pinguem, *perche come dice il S. Concilio Trid. sess. 6. c. 15.* Potens est Deus, eum, qui stat statuere, vt perseueranter stet, & eum, qui cadit restituere. *E però sempre potiamo predicar la parola di Dio, e sperarne il frutto, il quale però tanto è maggiore, quanto chi l'ascolta è meglio disposto. In 4. sent. dist. 49. quæst. 5. art. 2. quæstiunc.* 1. Agimus nunc de fructu, secundum, quòd ex semine consurgit: sic enim de fructu loquitur Dominus *Matth.* 23. vbi fructum diuidit in trigesimum, sexagesimum, & centesimum: fructus autem secundùm hoc potest prodire ex semine, eo quòd vis sementina est efficax ad conuertendũ humores terræ in suam naturam; & quantò hęc virtus est efficacior, & terra ad hoc paratior, tantò fructus sequitur vberior: spirituale autem semen, quod in nobis seminatur, est verbum Dei: vndè quantò aliquis magis in spiritualitatem conuertitur, à carne recedens, tantò in eo est maior fructus verbi Dei.

E' conseguentemente maggiore la gloria. Suppl. quæst. 96. art. 13. Dicendum, quòd cùm meritum sit quodammodò præmij causa, oportet diuersificari præmia, secundùm, quòd merita diuersificantur. *E ficome* intensioni meriti, quæ attenditur penes radicem, *che è la carità interna*, respondet intensio aureæ; *così* intensioni meriti, quæ est ex genere actus, *che è* quandò aliquis tormentum martyrij sustinet, aut etiam magis à delectabilibus carnis se elongat, respondet intensio aureolæ. Videtur. n. congruũ, vt homini operanti secundũ suam virtutẽ, Deus recompenset secundùm excellentiam suæ virtutis. *P. 2. q. 114. a. 3.*

Horsù Signòri miei già che sono venuti questa mane à riceuer questo buon frutto della virtù della parola di Dio ogn'vno procuri di conseruarlo, poiche come dice questo celeste Seminatore Apoc. 3. 11. Tene, quod habes, nemo accipiat coronam tuam *Doue S. Tomaso* 1. *p. q. 23. a. 6.* Alius autem illam coronam amissam accipit, in quantùm loco eius subrogatur: non enim permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat secundum illud *Iob* 34. 24. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. *E perche il Signor Iddio lo confermi nel buon stato. in cui si troua, raccorri al suo diuino aiuto, come auisa S. Giacomo Apostolo c.* 1. *v.* 5. Postulet in fide nihil hæsitans, *doue similmente l'Angelico*: In fide, hoc est, in fiducia obtinendi illud, quod petit, nihil hęsitans, hoc est, de impetratione non diffidens. *Perche come egli soggionge 2. 2. quæst. 83. art. 17.* Oratio innititur principaliter fidei, quia per fidem homo notitiam omnipotentię diuinæ, & misericordiæ habet, ex quibus oratio impetrat, quod petit. *E tanto basti.*

DOMI-

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe, at ille dixit: Domine, vt videam. *Lucæ cap.* 18.

Gone Cardinale eſponendo queſto paſſo ad litteram, dice, che il buon Cieco domandaua di vedere Lumen Cœli, ſine quo nemo gaudet. *Tobiæ* 5. Quale gaudium erit mihi, qui lumen Cœli non video. *E l'Eccleſiaſte* 11. *c.* Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. *onde S. Ambrogio de Noe, & Arca c.* 7. Quàm deformes, *dice*, ſunt oculi cœcorum? Et quid mirum ſi vultus hominis abſque oculis deformis eſt, quando ipſum Cœlum ſine Sole non habet ſunm decorem? Triſtes ſine Sole dies ducimus, noctes ſine Luna non placent, ipſi enim ſunt quidam mundi oculi: detrahe ſtellarum lumina, & quædam eſt in Cęlo ipſo cæcitatis deformitas.

Hor ſe è cosi gran male eſſer vn'huomo priuo della viſta corporale, quanto più ſarà eſſerlo della viſta ſpirituale? S. *Gregorio* 1. *par. Paſtoral. c.* 11. Cęcus eſt, *dice*, qui ſupernæ contemplationis lumen ignorat, qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conſpicit, quò greſſus operis porrigat, neſcit. *Per tanto ſoggionge il medeſimo Santo in Homilijs portato qui da S. Tomaſo in Cat. aurea imitiamo queſto Cieco, e preghiamo il Signor'Iddio, che ci dia la ſua cognitione*: Cœcus autem à Domino non aurum, ſed lumen quærit. Et nos non falſas diuitias, ſed lucem quæramus, quam videre cum ſolis Angelis poſſimus. *Che ſarà il ſoggetto del preſente Diſcorſo. Attenti, e cominciamo.*

Affinche ſempre creſchi la diuotione di vdir le Prediche ſopra l'Euangelio, che è la vera luce, voglio apportarli vn'eſpoſitione del medeſimo Angelico in c. 14. *Apoc. v.* 6. *doue dice S. Gio.* Et vidi alterum Angelum volantem per mediũ Cęli habentem Euangelium æternum, &c. *one entra la difficoltà.* Poſt iudicium non erit opus Euangelio. Ergo non eſt æternum.

Riſponde il S. M. Dicendum, quòd æternum dicitur aliquid materialiter, & formaliter: materialiter, quia ſcilicet eſt de æternis, ſicut in forma calicis in Miſſa dicitur noui, & æterni Teſtamenti, ideſt, quo confirmatur noua, & æterna promiſſio, ſecundum Innocentium III. Ideſt, promiſſio de æternis. Similiter Euangelium dicitur æternum, quia promittit æterna, vt dicit Gloſſa. Item ſimilitudinariè, ſcilicet; quia nihil ſuccedit, per quod euacuetur, quod ſit dignius, & maneat,

ſicut dicitur in *Pſal.* 109. *v.* 4. Tu es Sacerdos in æternum, quia ſcilicet non ſuccedit aliud Sacerdotium. Similiter Euangelium dicitur æternum, quòd non ſuccedit ei in via lex aut dignior, quæ Prædicatorum doctrinam euacuet, ſicut lex noua ſucceſſit veteri. Item effectiuè, ſicut fides dicitur æterna *Eccleſiaſtici* 40. *v.* 12. Fides in ſæculum ſtabit, hoc dicitur ratione effectus, ſiuè premij. Similiter dicitur Euangelium æternum, quia ad æternitatem ducit, vt dicit Gloſſa, non formaliter, quia ſit æternum, ideſt, ſemper duret, & ſine fine annuncietur: in iudicio enim terminabitur prædicatio. Non igitur iſto modo, ſed alijs tribus modis Euangelium dicitur æternum. *Mentre dunque queſt'vltimo dura dobbiamo ſeguitar le Prediche, e però veniamo all'intento del preſente.*

S. Tomaſo nelle queſtioni diſputate quæſt. 14. *de Fide art.* 3. *dice, che:* Aliud eſt bonum vltimum, quod conſiderat Philoſophus. Et aliud, quod conſiderat Theologus. Philoſophus enim conſiderat quaſi bonum vltimum, quod eſt humanis viribus proportionatum. Sed Theologus conſiderat bonum vltimum id, quod eſt naturæ facultatem excedens, ſcilicet vitam æternam.

E ſe bene anche i Filoſofi arriuarono alla cognitione di Dio: Però ſoggionge Lirano nel ſuo Prologo primo del primo Tomo: Philoſophi cognitionem de Deo habitam non ordinauerunt ad alium finem, ſed ipſam quæſierunt propter ipſum ſpeculari tantùm, in quantum eſt perfectio ipſius cognoſcentis; *mà la cognitione di Dio, che cerca il Teologo,* Ad hoc principaliter quæritur, vt per ipſam ipſe ſpeculans, ſeu contemplans feratur in amorem ipſius obiecti cogniti, ſcilicet Dei, ipſum ſuper ſe, & ſuper omnia diligendo. Et propter hoc Saluator *Matth.* 22. dicit, quod in duobus præceptis charitatis tota lex pendet, & Prophetæ. Et *Apoſt.* 1. *ad Tim.* 1. Finis Præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, ac fide non ficta. Et quia Philoſophi ſuo ſenſui innitentes, hunc finem non attenderunt, ideò errauerunt: propter quod eorum ſapientia inſipientia nominatur *ad Rom.* 1. *c.* Qui cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

E ſe pure hanno detto qualche coſa di buono, tutto l'hanno cauato dalla Sacra Scrittura, dice Tertuliano in Apologetico cap. 47. Hoc, *dice,* mihi proficit antiquitas præſtructa diuinæ litteraturæ, quò facile credatur theſaurum eam fuiſſe poſteriori cuique ſapientiæ.

E poco doppo: Quis, *dice,* Poetarum, quis Sophiſtarum, qui, non omninò de Prophetarum fonte potauerit? Inde igitur Philoſophi ſitim ingenij ſui rigauerunt.

Hora

Hora dunque ſe la noſtra profeſſione di noi altri fedeli è eſſer buoni Theologi, e non vogliamo precipitare nella cecità delli antichi Filoſofi, non dobbiamo laſciar il ſanto eſſercitio della Contemplatione. Coſi conclude Teofilato eſponendo quelle parole: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Ierico, & incidit in latrones *Lucæ c.* 10. Niſi, *dice*, quis à cogitationibus ſublimibus deciderit, non incidet in latrones.

Fà à queſto propoſito quel paſſo di Geremia cap. 9. doue ſi lamenta il Profeta, e dice: Quare ergo Iſrael factus eſt in prædam? Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudinem, Ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Numquid non iſtud factum eſt, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?

Doue il Lirano gloſa, e dice, Sic factum eſt iſtud tibi, quia dereliquiſti Dominum ducentem te in Columna nubis, & ignis per viam deſerti, *che non è altro, che la contemplatione.*

Deſertum, *dice S. Ambrogio in libro de fuga ſæculi cap. 6.* fuga eſt bona ad quod fugit Elias, Eliſeus, Ioannes Baptiſta. Fugit Elias mulierem Iezabel; ideſt effuſionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod ſignificat exſiccationem, vt ſiccaretur in eo carnalis profluuium vanitatis, & cognoſceret plenius Deum.

Onde S. Girolamo ſcriuendo ad Heliodoro, meritamente eſclama: ò Deſertum Chriſti floribus vernans, ò ſolitudo, in qua illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalypſi Ciuitas magni Regis exſtruitur, ò Eremus familiariùs Deo gaudens! Quid agis frater in ſæculo, qui maior es mundo? Quamdiù te tectorum vmbræ premunt? Quamdiù fumoſarum Vrbium carcer includit?

Et ad Ruſticum. Mihi Oppidum carcer, ſolitudo Paradiſus eſt. *Mà inanzi con vn'altra ragione pure theologica. Inſegna S. Tomaſo 3. ſent. ad Hannibal. diſt. 28. q. 1. a. 3. che* Amor amicitiæ non poteſt eſſe, niſi eorum, qui eamdem vitam participant. Vnde non dicitur homo amicus eſſe bruto, ſeù inſenſibili creaturæ: ſic ſecundum gratiam eſt amicitia inter nos, & Angelos, & Deum ipſum.

E ſe bene ſi dice, che Amicitia æqualitatem requirit, &c. *Riſponde però il S. D. 3, ſent. diſt. 28. quæſt. 1. art. 3. ad 3. che* Amicitia non requirit æqualitatem æquiparantiæ, ſed æqualitatem proportionis: vt ſcilicet vnus amicorum operetur ad alterum ſecundum ſuam proportionem, vt dicitur 8. *Ethic.*

Soggionge però: Magnam inæqualitatem amicitiam ſoluere, quandò ſcilicet non communicant in eadem vita.

D'onde conclude S. Baſilio libro de vera virginitate: Quocirca Anima, quæ Chriſto copulata eſt tamquàm Sapientiæ Verbi, Verbi Dei ſponſa,

ſa, ſapiens, ac prudens ſit neceſſe eſt, vt omni ſtultitiæ, & inſipientiæ nota, iugi diuinarum rerum meditatione, exploſa, ſapientiæ, cui coniuncta eſt, ornetur pulchritudine, donec æternam ſapientiam ſibi penitus iungat, vnumque cum Deo, cui inhæſit, effecta, ex corruptibili fiat incorruptibilis, ex imperita, prudens, ac ſapientiſſima.

Chi dunque profeſſa amicitia con Dio, non può far dimeno di non eſſer contemplatiuo, & attendere principalmente alla cognitione dell'iſteſſo Iddio, & à quella ordinar tutte le altre, ſicome l'accenna l'Angelico nel Proemio contra Gent. cosi diſcorrendo: Inter alia, quæ homines de Sapiente concipiunt, à Philoſopho ponitur, quòd Sapientis eſt ordinare. Omnium autem gubernandorum, & ordinandorum ad finem gubernationis, & ordinis regulam ex fine ſumi neceſſe eſt. Tunc enim vnaquæque res optimè diſponitur, cum ad ſuum finem conuenienter ordinatur; finis enim vniuſcuiuſque eſt bonum. Finis autem vltimus vniuſcuiuſque rei eſt, qui intenditur à Primo Auctore, vel Motore ipſius: Primus autem Auctor, & Motor Vniuerſi eſt intellectus. Oportet ergo vltimum finem vniuerſi eſſe bonum intellectus, hic autem eſt veritas. Oportet igitur veritatem eſſe vltimum finem totius vniuerſi, & circa eius finem, & conſiderationem principaliter ſapientiam inſiſtere. Et ideò ad veritatis manifeſtationem, Diuina Sapientia, carne induta ſe veniſſe in Mundum teſtatur dicens *Ioan.* 18. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in Mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati; *la quale verità, come l'accenna pur anche iui il S. M.s intende la verità diuina*, Quæ anthonomaſticè eſt veritas veritatum.

E queſta cognitione poi cagiona in noi la vera diuotione, ſicome l'accenna egli ſteſſo 2. 2. quæſt. 82. art. 3. doue à ponto propone il dubio; Vtrum Contemplatio, ſeu Meditatio ſit deuotionis cauſa, *e riſponde, che* cauſa intrinſeca ex parte noſtra oportet, quod ſit meditatio, ſeu contemplatio: *& ecco la ragione*: Dictum eſt enim, quod deuotio eſt quidam voluntatis actus ad hoc, quod homo promptè ſe tradat ad diuinum obſequium: omnis autem actus voluntatis ex aliqua conſideratione procedit, eo quod bonum intellectum eſt obiectum voluntatis; & ſideò neceſſe eſt, quod meditatio ſit deuotionis cauſa.

E maſſime ſe la meditatione è delle coſe diuine ibi ad 2. Dicendum, quod ea, quæ ſunt diuinitatis ſunt ſecundum ſe maximè exeitantia dilectionem, & per conſequens deuotionem, quia Deus eſt ſuper omnia diligendus.

E cosi la contemplatione deue principalmente inſiſter ne miſterij diuini, e ſecondariamente nelli ſuoi effetti 2. 2. quæſt. 180. art. 4. Dicendum, quod ad vitam contemplatiuam pertinet aliquid dupliciter. Vno modo principaliter. Alio modo ſecundariò, vel diſpoſitiuè. Principaliter, quidem

dem ad vitam contemplatiuam pertinet contemplatio diuinæ veritatis, quia huiuſmodi contemplatio eſt finis totius humanę vitę. Vnde *Auguſtinus dicit in 1. de Trinit.* Quod contemplatio Dei promittitur nobis, vt actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum. Quæ quidem in futura vita erit perfecta, quando videbimus eum facie ad faciem, vnde, & perfectè beatos faciet: nunc autem contemplatio diuinæ veritatis competit nobis imperfectè, videlicet per ſpeculum, & in ænigmate: vnde per eam fit nobis quædam inchoatio beatitudinis, quæ hic incipit, vt in futuro continuetur: vnde, & *Philoſoph. in 10. Ethic.* In contemplatione optimi intelligibilis ponit vltimam felicitatem hominis. *Soggionge però doppo.*

Sed quia per diuerſos effectus in Dei contemplationem manuducimur, ſecundum illud *Ad Rom. 1.* Inuiſibilia Dei per ea, quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: inde eſt, quod etiam contemplatio diuinorum effectuum ſecundariò ad vitam contemplatiuam pertinet, prout ſcilicet ex hoc manuducitur homo in Dei cognitionem. *Vnde Auguſt. dicit in lib. de vera Religione*, quod in creaturarum cognitione non vana, & peritura curioſitas eſt exercenda, ſed gradus ad immortalia, & ſemper manentia faciendus. Sic ergo ex præmiſſis patet, quod ordine quodam quatuor ad vitam contemplatiuam pertinent. Primò quidè virtutes morales. Secundò autem alij actus præter contemplationem. Tertiò verò contemplatio diuinorum effectuum. Quartum verò completiuum eſt ipſa contemplatio diuinæ veritatis.

Quanto alle virtù morali l'accęna la N. S. M. nelle Manſioni VII. cap. 4. Iterũ dico requiri in primis, vt fundamentum veſtrum non in ſola contemplatione ponatis, niſi enim ſolidas virtutes comparare; eaſque aſſiduè exercere ſatagatis, ſemper manebitis puſillæ, & nanæ: atque vtinam ſolum non creſceretis, & paruæ maneretis: at iam tum noſtis, eum, qui non creſcit, decreſcere: nam fieri non poſſe puto, vt amor in eodem gradu, & eſſe maneat.

E quanto alli altri atti lo ſoggionge parimente iui mirabilmente l'Angelica Maeſtra: Mihi credite Martham, & Mariam ſimul ire, & coniungi debere, ſi Dominum hoſpitio excipere cupiant. Quomodo enim Maria, ſemper ad pedes eius ſedendo, quid ei apponere potuiſſet, ſi Soror Martha ipſam non adiuuiſſet? Porrò cibus illius eſt, vt, quibuſcumque poterimus modis, animas, quò viam ſalutis ingrediantur, ipſumque perpetuò dilaudent permoueamus.

Quanto alla meditatione de diuini effetti parimente lo dice nelle Manſ. IV. c. 2. In omnibus enim rebus, quas tam magnus, & ſapiens Deus condidit, multa ſecreta, & mirabilia includantur neceſſe eſt, è quorum conſideratione fructum ipſi, & vtilitatem capere poſſimus: & ſic facere

cere veriſimile eſt eos, qui illa intelligunt, quamquam in vnaquaque recula, quantumuis parua, quam creauit Deus, plura contineri exiſtimem miracula, quàm ab hominibus intelligantur, eſto, vel formicula ſit.

E poco doppo iui: Multa quippe in nobis ipſis ſecreta video, vt non rarò me obſtupeſcere faciant: At quantò plura ibi ſint, oportet, quæ adhuc ignoro? Quàm, ò Domine Deus meus, magna, & mirabilia ſunt magnalia tua! Et nos hic, velut ſtolidi, & ſtupidi quidam bubuli ſumus: etenim videmur ipſi nobis aliquid tui comprehendere, & intelligere, & reuera velut nihil id eſſe debet, cum etiam intra nos ipſos magna ſint arcana, quæ non intelligimus. Velut nihil inquam reſpectu eorum multorum, quæ ſunt in te, non quòd non maxima ſint magnalia, & magnitudines tuæ, quas oculis videmus, etiam quantum ex operibus tuis colligere, & aſſequi poſſumus.

E quanto finalmente ſpetta alla contemplatione immediata dell'iſteſſa Verità Diuina, ne ſegue il grande deſiderio di vederla, è amarla, che è il miglior profitto, che poſſa riceuerne l'anima. come l'accenna anche la S. M. nelle Manſioni VI. al cap. 11. Quod enim Dei ſui magnitudinem magis, magiſque in dies cognoſcat, adeòque ſe ab eo fruendo abſentem, & ſeparatam cernat, hinc eius videndi deſiderium in dies maius, & intenſius fit: nam creſcit pariter, & amor, quo nimirum magis intelligit, & ei innoteſcit, quàm magnus hic Deus, & Dominus ſit amari dignus, &c.

Ma ſentiamo parimente ciò, che di queſta diuina contemplatione dicono altri Santi, poiche, come ſi legge Sap. 3. Multitudo Sapientium ſanitas eſt Orbis terrarum. *E maſſime ſe ſi tratta de Sauij, che ſono Santi dice S. Tomaſo* 2. 2. *quæſt.* 9. *art.* 3. *ad* 3. Dicendum, quod ſicut non quicumque intelligit, habet donum intellectus, ſed qui intelligit quaſi ex habitu gratiæ: ita etiam de dono ſcientiæ eſt intelligendum, quod illi ſoli donum ſcientiæ habeant, qui ex infuſione gratiæ rectum iudicium habent circa credenda, & agenda; ita quod in nullo deuenient à rectitudine iuſtitiæ: & hæc eſt ſcientia Sanctorum, de qua dicitur *Sap.* 10: Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & dedit illi ſcientiam Sanctorum. *E come dice S. Gregorio citato iui nel ſecondo Argomento in* 1. *Moral.* Nulla eſt ſcientia, ſi vtilitatem pietatis non habet: & valde inutilis eſt pietas, ſi ſcientia diſcretione caret.

E mi piace anche di aggiongere qui ciò, che dice il S. D. iui art. 1. *ad* 2. Dicendum, quod circa credenda duplex ſcientia poteſt haberi: vna quidem, per quam homo ſcit quid credere debeat, diſcernens credenda à non credendis: & ſecùndum hoc ſcientia eſt donum, & conuenit omnibus Sanctis: alia verò eſt ſcientia circa credenda, per quam homo non ſolum ſcit, quid credi debeat, ſed etiam ſcit fidem manifeſtare,

ſtare, & alios ad credendum inducere, & contradictores conuincere: & iſta ſcientia ponitur inter gratias gratis datas, quę non dantur omnibus, ſed quibuſdam: Vnde *Auguſtinus poſtquam dixit* 14. *de Trinit.* Scientiam non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipſa fide plurimum, ſubiungit: aliud eſt ſcire tantummodo, quod homo credere debeat; aliud ſcire quemadmodum hoc ipſum, quod creditur, & pijs opituletur, & contra impios defendatur.

Et oue anche non ſoſſe tanto Santo, chi inſegna, ma vn buon Cattedratico parimente ſe gli potrebbe dar credito, & aſcoltarlo volontieri, conforme all'Oracolo di Chriſto Matth, 25. Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi; omnia ergo, quæ dixerint vobis, ſeruate, & facite *doue S. Tomaſo quodlib.* 3. *art.* 10. *ad* 1. Dicendum, quod ideo præmiſit, ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, vt quod poſteà ſubdit, omnia, quæ dixerint vobis, ſeruate, & facite, de illis intelligatur, quę ad Cathedram pertinent; ad quam non pertinent ea, quę ſunt contra fidem, vel bonos mores.

Che però la N. S. Madre Tereſa de via Perfectionis cap. 5. *laſciò ſcritto*: Non permittat Deus, vt in omnibus dirigi ſeipſæ patiantur ab aliquo, qui doctus non ſit, quemcumque demum habere ſpiritum videatur, vel de facto etiam habeat. Doctrina, & Eruditio permagni ſunt ad omni in re lucem dandam momenti.

Che è conforme all'inſegnamento di S. Tomaſo 2. 2. *quæſt.* 45. *art.* 4. *in corp.* Dicendum, quod ſapientia, quę eſt donum Spiritus Sancti, facit rectitudinem iudicij circa res diuinas, vel per regulas diuinas de alijs, &c.

Ma prima di ripigliar il filo del diſcorſo ripoſiamo alquanto, per non aggrauar indiſcretamente l'Vditorio, come auiſa il S. D. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quod nullum eſt opus virtutis, niſi in quantum cum diſcretione fit, vt ſcilicet natura non nimis grauetur, &c.

SECONDA PARTE.

San Bernardo in Meditationibus c. 6. Omne tempus, *dice*, in quo de Deo non cogitas, hoc te computes prędidiſſe. *E doppo*: Mens ſapientis ſemper eſt apud Deum. Illum ſemper ante oculos habere debemus, per quem ſumus, viuimus, & ſapimus. Ipſum namque, vt eſſemus, habemus auctorem, ipſum etiam, vt ſapiamus, debemus habere Doctorem.

S. *Criſoſtomo Homil.* 15. *ad Populum dicena, che la contemplatione delle coſe celeſti è il vero mezzo per ſarci diſtaccar dalle terrene, le quali per l'ordinario ſono l'eſca di tutto il noſtro male, come inſegna l'Angelico P. P. qu.* 63. *a.* 9. Malum contingit in hominibus ex hoc, quòd ſequuntur bona ſenſibilia,

ſibilia, quæ ſunt pluribus nota, deſerto bono rationis, quod paucioribus notum eſt.

Hora dunque dice il Bocca d'oro citato: Vn vero contemplatiuo ſi guarda da tutto queſto male: Sicut, *dice egli*, è ſummo Montis vertice proſpectantibus omnia puſilla, ac non ſolum homines, & arbores, ſed etiam vrbes integræ, & magni exercitus, formicarum inſtar ſuper terram ire videntur: ſic qui animo erecto in cęleſtia, quaſi in ſublimi commorantur ijs omnia humana, potentia, gloria, opes, ita minuta, & exigua apparent. vt ne digna quidem iudicent, quibus hanc immortalis animi nobilitatem applicent.

A queſto propoſito S. Gregorio ſopra quel paſſo di Giob c. 39. doue parlando dell' Aquila, dice, che In arduis ponit nidum ſuum: inde contemplatur eſcam, & de longe oculi eius proſpiciunt. Nimirum, *dice il Santo Pontefice*, Mens fixa in Cœlo, Mundi ludibria ridet.

Cosi confeſſa di ſe ſteſſo, mentre menando vita religioſa nel Monaſtero ſi trat. teneua nell' alto della diuina contemplatione. Laonde ſcriuendo a Teopiſte Sorella dell' Imperatore lib. 1. Epiſt. cosi dice: Nihil in hoc mundo appetens, nihil pertimeſcens, videbar mihi in quodam rerum vertice ſtare, itaut in me plenè impletum crederem, quod pollicente Domino ex Propheta didiciſſem: Suſtollam te ſuper altitudines terræ. Super enim altitudinem terræ ſuſtollitur, qui, & ipſa, quæ alta, & glorioſa præſentis videntur ſæculi, per mentis deſpectum calcat.

Perche, come inſegna il S. D. quodlibeto 3. art. 21. Experimur, quod anima humana, quantò magis à corporeis ſenſibus abſtrahitur, magis poteſt eſſe particeps ſuperioris influxus.

Et 1. 2. quæſt. 110. art 2. aſſegna la ragione generale di queſti mirabili effetti della celeſte contemplatione dicendo: Non eſt conueniens, vt Deus minùs prouideat his, quos diligit ad ſupernaturale bonum habendum, quàm creaturis, quas diligit ad bonum naturale. Creaturis autem naturalibus ſic prouidet, vt non ſolum moueat eas ad actus naturales, ſed etiam largiatur eis formas, & virtutes quaſdam, quæ ſunt principia actuum, vt ſecundum ſeipſas inclinentur ad huiuſmodi motus. Et ſic motus, quibus à Deo mouentur, ſunt creaturis connaturales, & faciles, ſecundum illud *Sapient.* 8. Et diſponit omnia ſuauiter. Multò igitur magis illis, quos mouet ad conſequendum bonum ſupernaturale æternum, infundit aliquas formas, ſeu qualitates ſupernaturales, ſecundum quas ſuauiter, & prompte ab ipſo mouentur ad bonum æternum conſequendum.

Sicome à punto ce ne diede l'eſſempio in ſe ſteſſa la noſtra S. M. e per noſtra inſtruttione lo laſciò ſcritto nel trattato de via perfectionis cap. 22. in queſti caratteri. Heu miſerum Mundum! quanta nam in cęcitate ſuum mundani

dani tempus tranſigunt! Ah' Optime Imperator, ſuprema potentia, ſumma bonitas, ipſiſſima ſapientia, principij, & finis expers, nulli, vt in tuis perfectionibus ſint termini, vtpotè, quæ, & infinitæ ſunt, & incomprehenſibiles, mirabilium abyſſus, pulchritudo omnes pulchritudines in ſe complectens, ipſa denique fortitudo. Vtinam, Domine Deus, hic quis omnem humanam eloquentiam, & ſapientiam ſimul iunctam haberet, qua ſciret (prout quidem hic ſciri poteſt, quod perinde eſt, ac nihil omninò ſcire) & poſſet hoc in caſu multarum illarum rerum, quò aliquatenus intelligamus, quis hic noſter Dominus, & ſupremum noſtrum bonum ſit, conſiderare poſſumus, vel aliquam verbis exponere! Eia agite, incipite conſiderare, & cum aditis ipſum, noſſe, & intelligere, quicum loquutum eatis, & quicum loquamini. Eſto mille annis ſuprà quàm cupio, diutiùs hic viueremus, quàm viuimus, numquam tamen ſatis intelligemus, quomodò potens hic Dominus, ante cuius conſpectum Angeli contremiſcunt, quique omnia iubet, omnia poteſt, & cuius velle, ipſius eſt operari, tractari, & conueniri mereatur. Æquum igitur erit, Cariſſimæ, vt ex hiſce magnalibus, quibus Sponſus noſter dotatus eſt, delectationem aliquam haurire ſtudeamus, & ſimul intelligamus, quocum ſponſalia inierimus, & qualem vitam ducere debeamus. Hoc in mundo, ſi quando aliqua nubit, nouit, cum quo nubat, quis ipſe ſit, & quàm diues: & nos, iam deſponſatæ, antè de Sponſo noſtro non cogitabimus, quam dies nuptiarum aduenerit, quando nos iam in domum ſuam introducet? quæ bona nobis ſe daturum promittat? &c.

Ma mi diranno, e non è queſta contemplatione troppo alta, che paſſi Spoſalitio trà l'Anima, e Dio, trà il Creatore, e la Creatura? Si ſuol pur dire; Si vis nubere nube pari? *Che parità vi è trà l'Infinito, & il finito, trà il Creatore, e la creatura?*

E pure paſſa così: mà prima dobbiamo ſnpporre vn auiſo, che dà l'Angelico nelle diſputate quæſt. de lib. vitæ art. 1. ad 3. che in illis, quæ trnnſlatiuè dicuntur de Deo, hoc eſt generaliter obſeruandum, quod ſecundum nullam imperfectionem in diuinam prædicationem aſſumantur, & ideò anferendum eſt, quicquid ad materialitatem pertinet. *E così nel caſo noſtro quando Dio ſi dice ſpoſo: che però S. Gerolamo ad Euſtochium ſopra quelle parole*: Sacramentum hoc magnum eſt; pròpter hoc relinquet homo patrem, & matrem: *ſoggionge*: & erunt ambo iam non, vt ibi in carne vna, ſed in ſpiritu vno: *ſiche il tutto deue intenderſi ſpiritual mente, e ſuori d'ogni carnal penſiero.*

Hor ecco dunque come ci leua il ſcrupolo del concetto di queſto Santo, e Diuino Spoſalitio S. Bernardo in Cant. Serm. 38. Non planè pari vbertate fluunt Amans, & Amor, Anima, & Verbum, Sponſa, & Sponſus, Creator,

& Creatura, non magis, quam ſitiens, & fons: quid ergo? Peribit propter hoc, & ex toto euacuabitur nupturæ votum, deſiderium ſuſpirantis, amantis ardor, præſumentis fiducia, quia non valet ex æquo currere cum Gigante, dulcedine cum melle contendere, lenitate cum agno, candore cum lilio, claritate cum Sole, charitate cum eo, qui charitas eſt? Non; nam etſi minus diligit creatura, quoniam minor eſt; tamen ſi ex tota ſe diligit, nihil deeſt vbi totum eſt. Propterea dixi: ſic amare nupſiſſe eſt: niſi quis dubitet animam à Verbo, & prius amari, & plus. Prorſus, & præuenitur amando, & vincitur. Fœlix, quæ meruit præueniri in tanta benedictione dulcedinis.

Mà ſentiamo ancor meglio il medeſimo Santo Abbate Serm. 2. Dominicæ primæ poſt Epiphaniam, doue deſcriue l'elettione, la dignità, e la gloria di queſta Spoſa: Propter Æthiopiſſam iſtam Filius Dei de longinquo venit, vt ſibi deſponſaret illam, Moyſes quidem Æthiopiſſam duxit vxorem, ſed non potuit eius mutare colorem: Chriſtus verò, quam adamauit ignobilem adhuc, & fedam, glorioſam ſibi exhibuit Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam. Vnde tibi, ò humana anima, vnde tibi hoc? Vnde tam inæſtimabilis gloria, vt eius ſponſa merearis eſſe, in quem deſiderant Angeli proſpicere? Vnde tibi hoc, vt ipſe ſit ſponſus tuus, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, ad cuius nutum vniuerſa mutantur?

E doppo auiſa l'anima, che ſia grata per coſi grande beneficio, e procuri di corriſpondere con amore reciproco à tanto degno Spoſo, coſi dicendo: Quid retribues Domino pro omnibus, quæ retribuit tibi, vt ſis ſocia menſæ, ſocia Regni, & ſocia thalami, vt introducat te Rex in cubiculum ſuum? Vide quibus brachijs vicariæ charitatis redamandus, & amplectendus ſit, qui tanti te æſtimauit, imò, qui tanti te fecit. Deſere carnales affectus, ſeculares mores dediſce, conſuetudines noxias obliniſcere. quid enim putas? Nonne ſtat Angelus Domini, qui ſecet te mediam, ſi fortè, quod auertat ipſe, alterum admiſeris amatorem?

Et Origene Homil. 2. in Leuit. c. 2. Si ergo ſuſceperis, ò homo, in cubili animæ tuæ adulterum Diabolum, meretricata eſt anima tua cum Diabolo. Si Spiritus Iræ, ſi Inuidiæ, ſi Superbiæ, impudicitiæ ingreſſus fuerit ad animam tuam, & receperis eum, & conſenſeris ei loquenti, & in corde tuo delectatus fueris his, quæ tibi ſecundum ſuam mentem ſuggerit, meretricatus es cum eo.

Che però San Gerolamo ad Euſtochium per cautela trà gl'altri ricordi le dà queſto: Sede ad pedes Domini, & dic: Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam: & ille reſpondebit: vna eſt columba mea, perfecta mea. Semper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant, ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus: Oras? loqueris ad ſponſum. Legis?

ille

ille tibi loquitur: & cum te ſomnus oppreſſerit, veniet Poſt parietem: & expergefacta dices: vulnerata charitate ego ſum: & rurſus ab eo audies: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. *Eſſendo che come dice San Tomaſo quæſt. 27. de veritate art. 5. la gratia del diuin ſpoſo l'occupa, e la perfettiona in tutto il ſuo eſſerere, & operare:* Vna gratia perfecit omnes potentias, non quidem ita, vt ſit in omnibus, ſicut in ſubiecto, ſed in quantum informat omnium potentiarum actus.

Et in 3. diſt. 27. quæſt. 2. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 2. Cum ſuperiora ſint formalia reſpectu inferiorum, quaſi perfectiora, quod participatur à ſuperioribus in inferioribus, formale eſt.

E poco doppo: Similiter eſſentia animę ſuperior eſt volutate, in quantum ab eſſentia, voluntas, & omnes vires animæ fluunt. Et ideò gratia, quæ eſt perfectio eſſentiæ animæ, conſtituens ipſam in eſſe ſpirituali, eſt forma charitatis, & prudentiæ, & temperantiæ. &c.

O pur diciamo, che talmente queſt'anima reſta ferita dal diuino amore, che nõ sà più penſar ad altro in 3. ſent. diſt. 27. q. 1. a. 1. in corp. Dicendum, quod amor ad appetitum pertinet: appetitus autem eſt virtus paſſiua: vnde in 3. de anima dicit Philoſophus, quod appetibile mouet ſicut mouens non motum: appetitus autem ſicut mouens motum: omne autem paſſiuum perficitur ſecundum, quòd informatur per formam ſui actiui: & in hoc motus eius terminatur, & quieſcit: ſicut intellectus, antequam formetur per formam intelligibilis, inquirit, & dubitat; qua cum informatus fuerit, inquiſitio ceſſat, & intellectus in illo figitur; & tunc dicitur intellectus firmiter illi rei inhærere.

Similiter quando affectus, vel appetitus omninò imbuitur forma boni, quod eſt ſibi obiectum, complacet ſibi in illo, & adhæret ei, quaſi fixus in ipſo, & tunc dicitur amare ipſum: vnde amor nihil aliud eſt, quàm quædam transformatio affectus in rem amatam: & quia omne quod efficitur forma alicuius, efficitur vnum cum illo, ideò per amorem amans fit vnum cum amato, quod eſt factum forma amantis: & ideò dicit Philoſophus 9. *Ethic.* Quod Amicus eſt alter ipſe. *Et 1. Corinth. 6.* Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Vnumquodque autem agit, ſecundum exigentiam ſuæ formæ, quæ eſt principium agendi, & regula operis: bonum autem amatum eſt finis, finis autem eſt principium in operabilibus, ſicut prima principia in agnoſcendis: vnde ſicut intellectus formatus per quidditates rerũ ex hoc dirigitur in cognitione principiorum, quæ ſcitis terminis cognoſcuntur; & vlterius in cognitionibus concluſionum, quæ notæ fiunt ex principijs; ita amans, cuius affectus eſt informatus ipſo bono, quod habet rationem finis (quamuis non ſemper vltimi) inclinatur per amorem ad operandum ſecundum exigentiam amati; & talis operatio eſt maximè delectabi-

lis ipſi, quaſi formæ ipſius conueniens: vnde Amans quidquid facit, vel patitur pro amato, totum eſt ei delectabile; & ſemper magis accenditur in amatum, in quantum maiorem delectationem in amato experitur, in his, quæ propter ipſum facit, vel patitur: & ſicut ignis non poteſt retineri à motu, qui competit ipſi ſecundum exigentiam ſuæ formæ, niſi per violentiam, ita neque amans quin agat ſecundum amorem. Et propter hoc dicit Gregor. quod non poteſt eſſe otioſus, imò magna operatur ſi eſt. Et quia omne violentum eſt triſtabile, quaſi voluntati repugnans, vt dicitur 5. *Metaphyſ.* ideò etiam eſt pœnoſum contra inclinationem amoris operari, vel etiam præter eam: operari autem ſecundum eam, eſt operari ea, quæ amato competunt: cum enim amans amatum aſſumpſerit quaſi idem ſibi, oportet, vt quaſi perſonam amati amans gerat in omnibus, quæ ad amatum ſpectant; & ſic quodammodo amans amato inſeruit, in quantum amati terminis regulatur.

Sic ergo Dionyſius completiſſimè rationem amoris in prædicta aſſignatione ponit: ponit.n. ipſam vnionẽ amantis ad amatum, quæ eſt facta per transformationem affectus amantis in amatum, in hoc, quod dicit amorem eſſe vnitiuam, & concretiuam virtutem. Et ponit inclinationem ipſius amoris ad operandum ea, quæ ad amatum ſpectant, (ſiuè ſit ſuperius, ſiuè inferius, ſiuè æquale) in hoc, quod dicit: mouens ſuperiora ad ad prouidentiam minus habentium (ideſt inferiorum) coordinata autem (ideſt æqualia) rurſus ad communicatiuam alternam habitudinem ſubiecta (ideſt inferiora) ad meliorum, ideſt, Superiorum conuerſionem.

Con la qual Dottrina anche ſi conforma la noſtra Sauia Dottoreſſa nel citato de via perfectionis mentre ſoggionge: Imò, vt mulier benè nupta ſit, & in pace, & quiete viuat, vnum hoc præceptum diligenter obſeruare iubetur, eſto Maritus eius etiam maximè plebeius ſit, & viliſſimæ ſortis, quomodo ei optimè complacere, ac quid ad illum oblectandum potiſſimum facere poterit. *Et applicando l'inſtruttione verſo il Spoſo celeſte eſclama*: *Dunque ſarà lecito* Mi chariſſime Sponſe in omnibus minoris fieri, quàm homines? &c. *Et indi conclude il diſcorſo*: Has ergò veritates intelligere, chariſſimę, oratio mentalis eſt, ſi hiſce rebus recogitandis internè vos occupare, & ſimul vocaliter orare velitis, per me licet: At interim dum cum Deo loquimini, nolite de alijs rebus cogitare: hoc quippe in cauſa eſt, vt non intelligamus, quid oratio mentalis ſit. Credo, id iam ſatis vobis expoſitum à me eſſe. Det Deus, vt re ipſa id adimplere nouerimus.

E concorda qui parimente la Santa Dottora col medeſimo Angelico in 3. ſent. diſt. 35. quæſt. 1. art. 2. doue dice: Vita contemplatiua, eſt charitatem

Dei

Dei tota mente retinere, ab exteriori actione quieſcere, vt nihil iam agere libeat; ſed calcatis curis omnibus ad videndam faciem ſui creatoris animus inardeſcat.

E ſà pur anche qui quell'eſpoſitione del S. M. ſuper cap. 2. in Cant. ad illa verba: Fulcite me floribus, &c. *doue dice*: Alloquitur animas iam perfectè diuino amori inhærentes. Per flores initia ſanctæ conuerſationis intelliguntur; per mala verò, perfectio bonorum operum. Et eſt ſenſus. O' ſanctæ animæ, quæ iam dilectioni Conditoris veſtri inhæretis, fulcite me bonorum veſtrorum exemplis: & qualiter in exordio virtutum, vel in profectu, vel in perfectione bonorum operum vixeritis, oſtendite, quia amore langueo. Tunc enim anima amore Dei languet, quando eius dilectioni nihil præponit: imò quaſi ad ſæculi opera languida, & imbecillis efficitur, nihilque eam delectat, niſi meditatio cœleſtium, & contemplatio Conditoris ſui. Quod nobis concadat, &c.

DOMINICA IN ALBIS.

Stetit Ieſus in medio, & dixit Pax vobis. *Ioann.* 20.

Dice il Spirtto Santo ne' Prouerbi 2. c. Ex ore Domini prudentia, & ſcientia; *E ne rende la ragione S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 52. art. 2.* Dicendum, quod principium motiuum inferius adiuuatur præcipuè, & perficitur per hoc, quòd mouetur à ſuperiori motiùo principio: ſicut corpus in hoc, quod mouetur à Spiritu. Manifeſtum eſt autem, quòd rectitudo rationis humanæ comparatur ad rationem diuinam, ſicut principium motiuum inferius, quòd mouetur ad ſuperius, & refertur in ipſum, ratio enim æterna eſt ſuprema regula omnis humanæ rectitudinis, *e coſi anche è ragione, che lo ſia della Pace, ſicome l'oſſeruò la noſtra S. Madre Tereſa nelle ſeconde Manſioni cap. 2.* Pax vobis, Chariſſimæ, dixit Apoſtolis ſuis Chriſtus, & ſæpius ad eam ipſos eſt cohortatus, *& à quella eſortano parimente i Predicatori, ſoggiunge l'Angelico ad Rom. 10. lectione 2.* in Sermone Domini in octaua Paſchæ, *doue dice*: Prædicant ea, quæ ſunt vtilia ad vitam præſentem, quod deſignat illud *Iſaiæ 52.* Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, ſcilicet triplicem.

Primò

Primò quidem annunciant pacem, quam Chriſtus fecit inter homines, & Deum, 2. *Corinth.* 5. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, & poſuit in vobis verbum reconciliationis: *Ad Rom.* 5. Pacem habeamus per Ieſum Chriſtum ad Dominum.

Secundò annuntiant pacem habendam cum omnibus *Ad Rom.* 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes.

Tertiò annuntiant ea, per quæ homo poteſt habere pacem in ſemetipſo: *Pſal.* 118. Pax multa diligentibus legem tuam Domine. Et ſub his tribus continentur omnia, quæ in hac vita ſunt vtilia ad ſalutẽ.

Ilche meglio intenderemo nel preſente Diſcorſo. Attenti dunque, e cominciamo.

Per attender ſempre più con affetto alla celeſte dottrina del Sacro Euangelio, è parimente efficaciſſima la ponderatione di S. Tomaſo in 15. cap. Io. lect. 3. ſopra quelle parole dette da Chriſto à ſuoi Apoſtoli: Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis: *doue dice il S. Maeſtro.* Hic ponit verum ſignum amicitiæ ex parte ſua: quod eſt: quia (quæcumque audiui à Patre, &c.) Verum enim amicitiæ ſignum eſt, quòd amicus amico ſuo cordis ſecreta reuelet. Cum enim amicorum ſit cor vnum, & anima vna, non videtur amicus extra cor ſuum ponere, quod amico reuelat. *Prouerb.* 25. Cauſam tuam tracta cum amico tuo. Deus autem faciendo nos participes ſuæ ſapientiæ, ſua ſecreta nobis reuelat. *Sapien.* 13. Per nationes in animas Sanctas ſe transfert, &c.

Hor dunque veniamo all'intelligenza del ſecreto, che ci riuela Chriſto S. N. *nel corrente Euangelio della detta pace.*

E prima Quantum ad Deum *la noſtra* S. *M. Tereſa nel libro delle ſue Fondationi cap.* 24. *dice, che:* Vita noſtra eſt ita viuere, vt mortem, vel vllos vitæ huius ſucceſſus haud quaquam metuamus, ſed eamdem in omnibus animi ſerenitatem, & gaudium præferre. Cui verò rei aſſimilem interiorem ſimul, & exteriorem pacem? *E l'Apoſtolo S. Paolo ſcriuendo a i Filippenſi 4. gli dice: deſideroſo della pace loro,* Pax Dei, quæ exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.

Doue S. *Tomaſo lect.* 1. Pax ſecundum Auguſtinum, eſt tranquillitas ordinis, perturbatio enim ordinis eſt deſtructio pacis. Hæc ordinis tranquillitas tripliciter conſideratur. Primo prout eſt in principio ordinis, ſcilicet in Deo: *Rom.* 13. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, &c. Ab iſto profundo, in quo eſt pax, deriuatur, primò, & perfectius in Beatos, in quibus nulla eſt perturbatio, nec culpæ, nec pœnæ: & conſequenter deriuatur ad Sanctos viros: & quantò eſt magis Sanctus, tantò minus patitur perturbationem mentis, *Pſal.* 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum: ſed perfecta

fecta eſt in Beatis: *Iſa. vlt.* Ecce ego declinabo ſuper eam, quaſi fluuium pacis, &c.

Quia verò cor noſtrum ab omni perturbatione non poteſt eſſe alienum, niſi per Deum, oportet, quod per ipſum fiat, Vnde dicit, Dei. Et hoc ſecundum, quod conſideratur in ipſo principio, exuperat omnem ſenſum creatum, quia, vt dicitur 1. *Timoth. vlt.* lucem habitat inacceſſibilem. *Iob. 36.* Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram. Et ſecundum, quod eſt in patria, ſuperat omnem ſenſum Angelorum, ſed ſecundum, quod eſt in Sanctis in via ſuperat omnem ſenſum humanum non habentium gratiam: *Apoc. 2.* Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum. Hæc ergo pax, cuſtodiat corda veſtra, ideſt affectus veſtros, vt in nullo declinetis à bono: *Prou. 4.* Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.

Item, intelligentias veſtras, ſcilicet, vt in nullo declinetis à vero. Et hoc in Chriſto Ieſu, per cuius ſcilicet Charitatem conſeruatur affectus à malo, & per cuius fidem intellectus perſeuerat in vero.

Perche come ſoggionge 1. p. quæſt. 17. art. 1. in c. in rebus dependentibus à Deo, falſitas inueniri non poteſt per comparationem ad intellectum diuinum, cum quicquid in rebus accidit, ex ordinatione diuini intellectus procedat; niſi fortè in voluntarijs agentibus tantùm, in quorum poteſtate eſt ſubducere ſe ab ordine diuini intellectus; in quo malum culpæ conſiſtit, ſecundum quod ipſa peccata falſitates, & mendacia dicuntur in ſcripturis ſecundum illud Pſal. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sicut per oppoſitum, operatio virtuoſa veritas vitæ nominatur, in quantum ſubditur ordini diuini intellectus, ſicut dicitur *Io. 3.* Qui facit veritatem, venit ad lucē.

Siche à primo ad vltimum *dobbiamo hauer concordia, e pace con Dio, e queſta è la prima pace, che ci apportò Chriſto S. N. Che però S. Paolo 2. ad Corinth. 13.* Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. *Doue S. Tomaſo lect. 3.* Ideo Chriſtus dicitur Deus pacis; quia eſt dator pacis, & amator. *Ioan. 14.* Pacem meam do vobis, &c. 1. *Cor. 14.* Non eſt Deus diſſentionis, ſed pacis. *Rom. 5.* Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, &c. Ipſe etiam eſt auctor pacis: *Ioan. 16.* In me pacem habebitis, &c. Ipſe in pace habitat *Pſal. 65.* In pace factus eſt locus eius, &c. Item non ſolum eſt Deus pacis, ſed erit vobiſcum: Et hoc ideò eſt, quia qui eſt in vera pace cordis, & corporis, eſt in Charitate: Et qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur, 1. *Ioan. 4.* Et quia homo non meretur niſi per pacem, & dilectionem: *Ioan. 14.* Si quis diligit me, &c.

E concorda parimente con queſto teſto la dottrina, che apporta il S. D. 2. 2. quæſt. 29. art. 3. Dicendum, quod duplex vnio eſt de ratione pacis, quarum

quarum vna eſt ſecundum ordinationem propriorum appetituum in vnum. Alia verò ſecundum vnionem appetitus proprij cum appetitu alterius. Et vtramque vnionem efficit Charitas. Primam quidem vnionem ſecundum quod Deus diligitur ex toto corde, vt ſcilicet omnia referamus in ipſum: & ſic omnes appetitus noſtri feruntur in vnum. Aliam verò prout diligimus proximum, ſicut nos ipſos, ex quo contingit, quod Homo vult implere voluntatem proximi, ſicut & ſui ipſius. Et propter hoc inter amicabilia vnum ponitur, identitas electionis, vt patet in 9. Ethic. Et Tullius dicit in libro de amicitia: Quod amicorum eſt idem velle, & nolle.

Però ſempre dobbiamo cercar prima la Pace con Dio; Perche come inſegna il S. M. 1. 2. quæſt. 68. art. 8: Dilectio Dei eſt prior dilectione proximi ordine perfectionis, & dignitatis.

Et 2. 2. *quæſt.* 44. *art.* 8. Ordo Charitatis pertinet ad ipſam rationem virtutis, cum accipiatur ſecundum proportionem dilectionis ad diligibile; vnde manifeſtum eſt, quod ordo Charitatis debet cadere ſub præcepto.

E poi già ſi sà, che la Carità, e pace con Dio ſono l'eſſemplare, e la regola della noſtra pace, e carità, che dobbiamo in conſeguenza hauer doppo col noſtro proſſimo diſputate *qu. eſt.* de Voluntate Dei *art.* 7. Dicendum, quod quilibet tenetur ſuam voluntatem conformare diuinæ. Cuius ratio ex hoc accipi poteſt, quod in quolibet genere eſt vnum primum, quod eſt menſura omnium, quæ ſunt in illo genere, in quo perfectiſſimè natura generis inuenitur, ſicut natura coloris in albedine, quæ pro tanto menſura omnium colorum dicitur, quia de vno quoque colore cognoſcitur quantum participet de natura generis ex propinquitate ad albedinem, vel ex remotione ab ipſa, vt dicitur in 10. Metaphiſic. Et per hunc modum ipſe Deus eſt menſura omnium entium, vt ex verbis Comment. ibidem haberi poteſt. Tantum enim vnumquodq; habet de eſſe, quantum ei per ſimilitudinem appropinquat; ſecundum verò quod ei diſſimile inuenitur, ad non eſſe accedit. Et ſic de omnibus, quæ in Deo, & creaturis pariter inueniuntur, dici oportet. Vnde & intellectus eius, omnis cognitionis eſt menſura, & bonitas omnis bonitatis, & vt ſpecialius loquar bona voluntas omnis bonæ voluntatis. Ex hoc ergo vnaquæque voluntas bona eſt, quod diuinæ bonæ voluntati conformatur. Vnde cum quilibet teneatur ad habendam bonam voluntatem, tenetur pariter ad habendam voluntatem diuinæ voluntati conformem.

E così hauendola conforme, gode la Pace, ſicome al contrario, repugnando, e reſiſtendo ad eſſa, la perde: Che però diſſe Giob c. 9. Quis reſiſtit ei, & pacem habuit? *Doue S. Tomaſo:* Sciendum eſt, quod aliter Homo obtinet

net pacem à potentiori, & aliter à minus potente, vel ab æquè potente: Manifeſtum eſt enim, quod potentior à minus potente pacem acquirit contra eum pugnando, ſicut cum Rex potens contra aliquem rebellem in ſuo regno bellum mouet, & victoriam obtinens pacem regni reformat. Similiter etiam ab æquipollente aliquis pacem obtinet pugnando: licet enim eum ſuperare non poſſit, tamen aſſiduitate pugnæ eum fatigat, vt ad pacem reducatur. Sed à magis potente nunquam aliquis pacem obtinet reſiſtendo, vel pugnando, ſed humiliter ei ſe ſubdendo.

Hoc eſt ergo euidens ſignum, quod fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit, quia nullus cum eo pacem habere poteſt reſiſtendo, ſed ſolum humiliter ei obediendo: vnde dicitur *Iſa.* 26. Seruabis pacem, quia in te ſperauimus: Sed impij, qui Deo reſiſtunt, pacem habere non poſſunt, ſecundum quod dicit Iſa. Non eſt pax impijs dicit Dominus.

Che però l'Apoſtolo S. Paolo 2. ad Corinthios 1. *deſiderandogli ogni bene, dice ſolamente*: Gratia vobis & pax *doue l'Angelico lect.* 1. Ponit, *dice*, iſta duo extrema bona, vt in eis intelligantur media. Primum enim bonum eſt gratia, quæ eſt principium omnium bonorum: nam ante gratiam nihil eſt, niſi diminutum in bonis. Vltimum autem omnium bonorum eſt Pax: quia pax eſt generalis finis mentis. Nam qualitercumque pax accipiatur, habet rationem finis, & in gloria æterna, & in regimine, & in conuerſatione finis eſt pax: *Pſalt.* 147. Qui poſuit fines tuos pacem.

E così dice nelle diſputate nella già citata queſtione art. 8. *in c.* Voluntas Beatorum, qui ſunt in continua contemplatione diuinæ bonitatis, & ex ea regulant omnes ſuas affectiones, vtpotè plenè cognoſcentes vniuſcuiuſque deſiderandorum ordinem ad ipſam, conformantur diuinæ voluntati in quolibet ſuo volito. Omne enim, quod ſciunt Deum velle, volunt abſolutè, & ſine aliquo motu in contrarium: Peccatores verò, qui ſunt auerſi à voluntate diuinæ bonitatis, diſcordant in pluribus ab his, quæ Deus vult, ea improbantes & nulla ratione eis aſſentientes. Iuſti verò Viatores, quorum voluntas adhæret diuinæ bonitati, & tamen eam non ita perfectè contemplantur, vt omnem ordinem volendorum ad ipſam manifeſtè percipiant, conformantur quidem diuinæ voluntati quantum ad illa volita, quorum rationem percipiunt, quamuis in eis ſit aliqua affectio ad contrarium, laudabilis tamen propter alium ordinem in eis conſideratum. Quam tamen affectionem non obſtinatè ſequuntur, ſed diuinæ voluntati ſupponunt, dum eis placet, quod ordo diuinæ voluntatis in omnibus impleatur: Sicut ille, qui vult Patrem ſuum viuere propter affe-

ctum pietatis, quem Deus vult mori, ſi iuſtus ſit, hanc ſuam propriam voluntatem diuinæ ſupponit, vt non impatienter ferat, ſi Dei voluntas in contrarium propriæ voluntatis impleatur.

Che però S. Girolamo portato da Cornelio à lapide ad Galat. 3. dice, che queſta conformità, e pace è tale qua tranquilla mens nullis paſſionibus perturbatur. Sancta enim Anima ſentiens ſe terrore peccatorum, & pœnarum libera eſſe in gratia, & Dei amicitia, mira animi pace, & tranquillitate perfruitur, eamque in proximos deriuat, vt cum omnibus quantum poteſt, pacem colat. Hæc pax tantum eſt bonum, vt exſuperet omnem ſenſum, ait Apoſtolus Philip. 4. adeoque licet nullam Deus virtuti poſuiſſet mercedem, quam Pacem hanc, præmium digniſſimum foret, quòd meritò omnes excitaret ad quoſuis etiam arduos virtutis labores ſubeundos, vt pace hac fruerentur.

Laonde conclude S. Agoſtino Serm. 7. de Verbis Domini: Hanc ergo qui accepit, teneat, qui perdidit, repetat, qui amiſit, exquirat; quoniam qui in eadem non fuerit inuentus, abdicatur à Patre, exhæredatur à Filio, & nihilominus à Spiritu Sancto alienus efficitur.

Hor veniamo al ſecondo punto nella pace co l'Proſſimo. Dice S. Agoſtino 19. de Ciuit. Dei: Pax hominum eſt ordinata concordia. *Doue S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 29. art. 1. ad 1.* Dicendum, quod Auguſtinus loquitur ibi de pace, quæ eſt vnius hominis ad alium, & hanc pacem dicit eſſe concordiam, non quamlibet, ſed ordinatam, ex eo, ſcilicet, quod vnus homo concordat cum aliò, ſecundum illud, quod vtriſque conuenit. Si enim homo concordat cum alio non ſpontanea voluntate; ſed quaſi coactus timore alicuius mali ſibi imminentis, talis concordia non eſt vera Pax: quia non conſeruatur ordo vtriuſque concordantis, ſed perturbatur ab aliquo timorem inferente. Et propter hoc præmittit, quod pax eſt tranquillitas ordinis, quæ quidem tranquillitas conſiſtit in hoc, quòd omnes motus appetitiui in vno homine conquieſcunt.

Però notinſi quelle parole, che diſſe S. Paulo ad Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus: *E doppo ſoggionge*: Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. *Doue l'Angelico lect. 3. rende la ragione dell'vno, e l'altro detto*: Ad hoc enim debemus abſtinere à retributione malorum, & coram hominibus bona prouidere, vt cum hominibus pacem habeamus: & ideò ſubdit. Cum omnibus hominibus pacem habentes, *Hebr. vlt.* Pacem ſequimini cum omnibus: ſed hic addit duo: quorum primum eſt, quod dicit, ſi fieri poteſt; quandoque enim malitia aliorum impedit, ne cum eis pacem habere poſſimus; quia ſcilicet cum eis pax haberi non poteſt, niſi eorum malitiæ conſentiatur, quam quidem pacem conſtat eſſe illicitam:

Vnde

Vnde Dominus dicit *Matth.* 19. Non veni mittere pacem, ſed gladium.

Aliud autem addit dicens, quod ex vobis eſt, ſcilicet, etſi ipſi contra pacem agant, tamen, quod in nobis eſt, facere non debemus, vt eorum pacem non quæramus: *Pſal.* 119. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. *& alibi:* Inquire pacem, & perſequere eam.

Mi diranno, come mai ſi può adempir queſto così repugnante alla natura?

Riſponde il Concilio Arauſ. cap. 25, Hoc autem ſecundum fidem Catholicam credimus, quod accepta poſt baptiſmum gratia, omnes baptizati, Chriſto auxiliante, & cooperante, omnia, quæ ad ſalutem pertinent, poſſunt, & debent, ſi fideliter laborare velint, adimplere.

E parimente il Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. *dice*: Deus impoſſibilia non præcipit, ſed præcipiendo monet, & facere, quod poſſis, & petere, quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis.

Et ſeſſ. 6. cap. 11. Ipſe Chriſtus Ieſus tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influit. Quæ virtus bona eorum opera antecedit ſemper, & comitatur, & ſubſequitur; & ſine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſunt.

Mà eſſaminiamo ancor meglio queſta pace, e vediamo fin doue deue arriuare S. Tom. 2. 2. *q.* 72. *art.* 3. *tratta à punto queſto ſoggetto*: Vtrum aliquis debeat contumelias ſibi illatas ſuſtinere? *E riſponde*: Dicendum, quod ſicut patientia neceſſaria eſt in his, quæ contra nos fiunt, ita etiam in his, quæ contra nos dicuntur: Præcepta autem patientiæ in his, quæ contra nos fiunt, ſunt in præparatione animi habenda, ſicut Auguſtinus in libro de ſermone Domini in Monte exponit illud Præceptum Domini, Si quis percuſſerit te in vna maxilla, præbe ei, & aliam, vt ſcilicet homo ſit paratus hoc facere, ſi opus fuerit: non tamen ſemper tenetur facere actu, quia nec ipſe Dominus hoc fecit, ſed cum ſuſcepiſſet alapam dixit, Quid me cedis? vt habetur *Io.* 10. Et ideò etiam circa verba contumelioſa, quæ contra nos dicuntur, eſt idem intelligendum: tenemur enim habere animum paratum ad contumelias tolerandas, ſi expediens fuerit: quandoque tamen oportet, vt contumeliam illatam repellamus; maximè propter duo: Primò quidem proeter bonum eius, qui cotumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, & de cętero talia non attentet, ſecundum illud *Prou.* 26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.

Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas. Vnde Gregorius dicit ſuper Ezechielem *Homil.* 9. Hi quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere; ne eo-

rum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, benè viuere contemnant.

E così facendoli giuſtamente aſtener dalle ingiurie, e contumelie, anche in tal modo ſi procura la pace 2. 2. *quæſt.* 180. *art.* 2. *ad* 2. Dicendum, quod ſanctimonia, ideſt munditia, cauſatur ex virtutibus; quæ ſunt circa paſſiones impedientes puritatem rationis. Pax autem cauſatur ex iuſtitia, quæ eſt circa operationes ſecundum illud *Iſa.* 32. Opus iuſtitiæ pax, in quantum ſcilicet ille, qui ab iniurijs aliorum abſtinet, ſubtrahit litigiorum, & tumultuum occaſiones: & ſic virtutes morales diſponunt ad vitam contemplatiuam, in quantum cauſant pacem, & munditiam.

Che però ſoggionge S. Tomaſo in 4. ſent. diſt. 49. *art.* 2. *q.* 4. *in corp.* Ad Beatitudinem requiritur Pax, non quæ ſit ipſa eſſentia beatitudinis, ſed ſicut remotio eorum, quę poſſent beatitudinē impedire: Et quia ex hoc ipſo, quod deſideretur aliquid, contrarium eius refugit appetitus, ideò ex hoc ipſo, quòd omnes appetunt beatitudinem naturaliter, etiam naturaliter refugiunt beatitudinis impedimenta, & hoc eſt eos naturaliter deſiderare pacem.

E così dice S. Ambrogio Serm. 87. *la pace amano, e li Viatori, e Comprenſori:* Eſt ſanctè viuentibus quædam inter ſe cognatio, atque ſocietas: Neque intereſt, Vtrum in Cœlis maneant, an in terris; charitas enim connectit, quos ſeparat elementum.

Mi diranno; Proprium eſt amicorum ſimul conuiuere, vt dicitur *in* 8. *Ethic.* ſed cum peccatoribus non eſt conuiuendum, ſecundum illud 2. *ad Corinth.* 6. Exite de medio eorum. *Dunque con queſti tali non dobbiamo hauer pace.*

Riſponde l'Angelico 2. 2. *quæſt.* 25. *art.* 6. *ad* 5. Dicendum, quod conuiuere peccatoribus, infirmis quidem eſt vitandum propter periculum, quod eis imminet, ne ab eis ſubuertantur. Perfectis autem, de quorum corruptione non timetur, laudabile eſt, quod cum peccatoribus conuerſentur, vt eos conuertant. Sic enim Dominus cum peccatoribus manducabat, & bibebat, vt dicitur *Matth.* 9. Conuictus tamen peccatorum, quantum ad conſortium peccati, vitandus eſt omnibus. Et ſic dicitur 2. *ad Corinth.* 6. Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeris, ſcilicet ſecundum peccati conſenſum.

Et in 3. *ſent. diſt.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 4. *ad* 1. Dicendum, quod charitas non exigit communicationem in vita diuina in actu (*cioè in riſguardo al proſſimo*) ſed ſufficit, quod ſit in potentia; quia quod eſt in potentia, quodammodo eſt.

Et ad 4. Dicendum, quod quamuis peccatores actu non redament, poſſunt tamen redamare, & præcipuè in futura vita, cuius coniunctionem

nem præcipuè attendit charitas. Vnde benè poteſt eſſe etiam inter eos, qui ſe in hac vita non cognoſcunt.

E finalmente per ſuperare tutte le difficoltà, ſoggionge il S. D. queſt. 23. art. 1. ad 2. Dicendum, quod amicitia ſe extendit ad aliquem dupliciter. Vno modo ratione ſui ipſius, & ſic amicitia nunquam eſt, niſi ad amicum. Alio modo ſe extendit ad aliquem reſpectu alterius perſonæ, ſicut ſi aliquis habet amicitiam ad aliquem hominem, ratione cuius diligit homines ad illum hominem pertinentes, ſiuè ſeruos, ſiuè filios. Et tanta poteſt eſſe dilectio amici, vt propter amicum amentur ij, qui ad ipſum pertinent, etiamſi nos offendant, & odiant; & hoc modo amicitia charitatis ſe extendit ad inimicos, quos diligimus ex charitate in ordine ad Deum, ad quem prinipaliter habetur amicitia charitatis. *Reſta il terzo punto, che è la pace in noi ſteſſi, e di queſto ſarà la*

SECONDA PARTE.

Dice il S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Non modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam, ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.

Cosi anche dobbiamo hauer nell'interno la pace vera, ſicome inſegna S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 29. art. 2. ad 3. Dicendum, quod pax conſiſtit in quietatione, & vnione appetitus: ſicut autem appetitus poteſt eſſe, vel boni ſimpliciter, vel boni apparentis, ita, & pax poteſt eſſe, & vera, & apparens. Vera quidem quidem pax non poteſt eſſe, niſi circa appetitum veri boni: quia omne malum, etſi ſecundum aliquid appareat bonum, vnde ex aliqua parte apaetitum quietet; habet tamen multos defectus, ex quibus appetitus remanet inquietus, & perturbatus; vnde pax vera non poteſt eſſe, niſi in bonis, & bonorum. Pax autem, quæ malorum eſt, eſt pax apparens, & non vera; vnde dicitur *Sap.* 14. In magno viuentes inſcitiæ bello, tot, & tam magna mala pacem appellant.

Quindi ſoggionge ſuper caput 26. Iſaiæ. Tria ſunt, quæ faciunt pacem in præſenti. Primò contemptus temporalis opulentiæ *Iſaiæ* 57. Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Secundò, ſubiugatio carnalis concupiſcentiæ, *Eccl.* 44. Pacificantes in domibus ſuis. Tertiò contemplatio diuinæ ſapientiæ: *Pſal.* 75. In pace factus eſt locus eius, & habitatio eius in Syon.

Et 2. 2. queſt. 29. art. 3. ad 3. Dicendum, quod Pax eſt opus iuſtitiæ indirectè, inquantum ſcilicet remouet prohibens: ſed eſt opus Charitatis

ritatis directè; quia ſecundum propriam rationem, Charitas Pacem cauſat: Eſt enim amor vis vnitiua, vt Dion. dicit 4. c. de diu. Nom. Pax autem eſt vnio appetitiuarum inclinationum.

Dal che ne ſegue la ſeſta Beatitudine dice il S. M. 2. 2. queſt. 8. art. 7. Dicendum, quod in 6. Beatitudine, ſicut in alijs, duo continentur: vnum per modum meriti, ſcilicet munditia cordis; aliud per modum præmij, ſcilicet Viſio Dei. Et vtrumque pertinet aliquo modo ad donum intellectus: Eſt enim duplex munditia, vna quidem præambula, & diſpoſitiua ad Dei viſionem, quæ eſt depuratio affectus ab inordinatis affectionibus: & hæc quidem munditia cordis fit per virtutes, & dona, quæ pertinent ad vim appetitiuam: Alia verò munditia cordis eſt, quæ eſt quaſi completiua reſpectu viſionis diuinæ: & hæc quidem eſt munditia mentis depuratæ à phantaſmatibus, & erroribus: vt ſcilicet ea, quæ de Deo proponuntur, non accipiantur per modum corporalium phantaſmatum, nec ſecundum hæreticas peruerſitates: & hanc munditiam facit donum intellectus. Similiter etiã duplex eſt Dei viſio: vna quidem perfecta, per quam videtur Dei eſſentia: Alia verò imperfecta, per quam etſi non videamus de Deo quid eſt, videmus tamen quid non eſt: & tantò in hac vita Deum perfectiùs cognoſcimus, quantò magis intelligimus eum excedere quidquid intellectu cõprehenditur: Et vtraque Dei viſio pertinet ad donum intellectus: Prima ad donum intellectus conſummatum, ſecundum quod erit in patria: Secunda verò ad donum intellectus inchoatum, ſecundum quod habetur in via.

La quale è certo che apporta gran pace all' Anima 2. 2. queſt. 180. art. 7. ad 1. Dicendum, quod vita contemplatiua, licet eſſentialiter conſiſtat in intellectu, principium tamen habet in affectu: inquantum videlicet aliquis ex charitate ad Dei contemplationem incitatur. Et quia finis reſpondet principio, inde eſt, quod etiam terminus & finis contemplatiuæ vitæ habetur in affectu: dum ſcilicet aliquis in viſione rei amatæ delectatur, & ipſa delectatio rei viſæ amplius excitat amorem. Vnde Gregorius dicit ſuper Ezech. quod cum quis ipſum quem amat viderit, in amorem ipſius amplius igneſcit. Et hæc eſt vltima perfectio contemplatiuæ vitæ, vt ſcilicet diuina Veritas non ſolum videatur, ſed etiam, vt ametur.

Et quantum ad vtrumque (*ibi in c. art.*) delectatio eius omnem delectationem humanam excedit: nam & delectatio ſpiritualis potior eſt quã carnalis: & ipſe amor quo ex charitate Deus diligitur, omnem amorem excedit: vnde & in Pſal. 33. dicitur, Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.

Il che tanto più ſi proua, quanto che la Carità di Dio è il fine, e ripoſo di tutta la

ta la vita humana 2. 2. q. 44. ar. 1. Dicendum, quod Præceptum importat rationem debiti: intantum ergo aliquid cadit ſub præcepto inquantum habet rationem debiti: Eſt autem aliquid debitum dupliciter: vno modo per ſe: alio modo propter aliud; per ſe quidem debitum eſt in vno quoque negotio, id quod eſt finis: quia habet rationem per ſe boni; propter aliud autem eſt debitum id quod ordinatur ad finem: Sicut Medico per ſe debitum eſt vt ſanet; propter aliud autem, vt medicinam det ad ſanandum.

Finis autem ſpiritualis vitæ eſt, vt homo vniatur Deo, quod fit per Charitatem: Et ad hoc ordinantur ſicut ad finem, omnia quæ pertinent ad ſpiritualem vitam: vnde & Apoſtolus dici 1. ad Timoth. 1. Finis præcepti eſt Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: Omnes enim virtutes de quarum actibus dantur præcepta, ordinantur vel ad purificandum cor à turbinibus paſſionum, ſicut Virtutes, quæ ſunt circa paſſiones; vel ſaltem ad habendam bonam conſcientiam, ſicut Virtutes, quæ ſunt circa operationem; vel ad habendam rectam fidem, ſicut illæ, quæ pertinent ad cultum diuinum; & hæc tria requiruntur ad diligendum Deum: nam cor impurum à Dei dilectione abſtrahitur propter paſſionem inclinantem ad terrena: Conſcientia verò mala facit horrere diuinam iuſtitiam propter timorem pœnæ: Fides autem ficta trahit affectum in id quod de Deo fingitur, ſeparans à Dei veritate; in quolibet autem genere id quod eſt per ſe, potius eſt eo quod eſt propter aliud: Et ideò maximum præceptum eſt de Charitate, vt dicitur *Matthæi 22.*

Per tanto concludo con la N. S. Madre lib. 1. vitæ cap. 13. In omni loco magnum hunc Deum amare poſſumus. Sit ipſe benedictus, quòd omninò nullus ab illius nos poſſit charitate ſeparare. *Poiche come definiſce parimente l'Angelico opuſc. 6. contra Græcos, & Armenos cap. 5.* Voluntatis humanæ rectitudo conſiſtit in ordinatione amoris, qui eſt principalis affectio. Ordinatus autem amor eſt, vt Deum ſuper omnia diligamus, quaſi ſummum bonum, & vt in ipſum referamus omnia, quæ amamus, tanquam in vltimum finem.

Et opuſc. 18. de perfectione vitæ ſpiritualis cap. 2. Id quod principaliter charitate diligendum eſt, eſt ſummum bonum, quod nos beatos efficit, ſcilicet Deus iuxta illud *Matthæi cap. 22.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Primùm igitur, & principaliter conſiſtit ſpiritualis vitę perfectio in dilectione Dei. Vnde Dominus ad Abraham loquens dicit *Gen. 17.* Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus. Ambulatur autem coram Deo, non paſſibus corporis, ſed affectibus mentis.

Et ne aſſegna la ſua ragione il S. M. lib. 1. de regimine Principum cap. 8. Perche Mens humana vniuerſalis boni cognoſcitiua eſt per intellectum, & deſideratiua per voluntatem: bonum autem vniuerſale non inuenitur niſi in Deo. Nihil ergo eſt, quod poſſit hominem beatum facere eius implendo deſiderium, niſi Deus, de quo dicitur *in Pſal.* 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. *Ilche piaccia a S. D. M. concederci à tutti, &c.*

DOMINICA II. POST PASCHA.

Ego ſum Paſtor bonus. *Io.* 10.

Vintiliano lib. 12. *c.* 12. *dice, che:* Tametſi virtus impetus quoſdam à natura ſumat, doctrina tamen perficienda eſt. *E Seneca Epiſt.* 94. Neceſſarium eſt admoneri, & habere aliquem Aduocatum bonę mentis, & in tanto fremitu, tumultuque falſorum veram denique vocem audire. *Hor che più bella, e vera voce ſi può vdire, che quella di Chriſto Signor noſtro?* Ego ſum Paſtor bonus. *Doue* S. *Agoſtino ſuper Ioannem*; Chriſtus ſeipſum prædicat, lumen enim, & alia demonſtrat, & ſeipſum. *Mi diranno: già Chriſto è ſalito al Cielo, come dunque ci inſegna? Riſponde S. Tomaſo* 3. *P. queſt* 8. *art.* 6. Dicendum, quod caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo quodam intrinſeco influxu, prout ſcilicet virtus motiua, & ſenſitiua a capite deriuatur ad cætera membra. Alio modo ſecundum quandam exteriorem gubernationem; prout ſcilicet ſecundum viſum, & alios ſenſus, qui id capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non eſt ab aliquo, niſi à ſolo Chriſto: cuius humanitas ex hoc, quod eſt diuinitati coniuncta, habet virtutem iuſtificandi. Sed influxus in membra Eccleſiæ, quantum ad exteriorem gubernationem, poteſt alijs conuenire. Et ſecundum hoc, aliqui alij poſſunt dici capita Eccleſiæ, ſecundum illud *Amos* 6. Optimates capita populorum. *Di modo che quanto alle inſpirationi interne ſiamo gouernati da Chriſto: e quanto all'eſterno ſiamo indrizzati da altri. Che ſaranno i due punti del preſente diſcorſo, non meno importanti de gl'altri; poiche come accenna il S. D.* 4. *ſent. diſt.* 19. *quæſt.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 2. *ad* 4. *Ogni ſcrittura ad* hoc ordinatur, vt ad vitam æternam homo perueniat, vt patet *Io.* 10. Vnde quicumque impedit finem doctrinæ peccat. *E però ogn'vno ſij attento.*

Dicens

Diceua S. Paolo 2. ad Timotheum verſ. 3. eſſortandolo all'officio di Predicatore Labora ſicut bonus miles Chriſti: *doue S. Tomaſo lect. 1.* Officium, *dice*, Prædicatorum, & Doctorum eſt officium militum, in quantum inſurgunt contra hoſtes, & vitia. *Si deue però auertire ſoggionge il S. D. in cap. 11. Apocalypſ. verſ. 1. doue ſi lege:* & datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi: ſurge, & metire Templum Dei, &c. *Che:* metiri Templum eſt, *dice*, per donum diſcretionis, ſtatum Eccleſiæ prudenter conſiderare ſecundùm capacitatis diuerſitatem, vt prædicentur maiora prouectis, faciliora verò ſimplicibus. *Hor dunque veniamo alla ſodisfattione, che ogn'vno deſidera in queſta Predica.*

S. Tomaſo opuſc. 34. aliàs 19. contra impugnantes Religionem parte 2. cap. 2. dice, che Vtilitas communis non ſolum debet procurari, vt ſit quocumque modo, ſed vt ſit optimo modo, quo fieri poteſt: quantò autem Doctores magis multiplicantur, tantò vtilitas communis, quæ ex doctrina prouenit, magis creſcit: quia vni manifeſtatur, quod alteri nondum notum eſt, propter, quod dicitur *Sap. 6.* Multitudo autem ſapientium ſanitas eſt Orbis terrarum. Quo zelo Moyſes ductus *n. 11.* Quis tribuat, vt omnis populus prophetet? *Gloſſa:* Fidelis Prædicator optat, ſi fieri valeat, vt veritatem, quam ſolus loqui non ſufficit, ora cunctorum ſonent. *Et infra:* Prophetare omnes voluit, qui bonum, quod habuit, non inuidit. *Et quodlibeto 3. art. 9. in c.* Communicare alijs ſcientiam, quam quis habet, laudabile eſt, & ad charitatem pertinens, ſecundum illud *Sap. 8.* Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico. *Et 1. Petri 4.* dicitur: vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. *Item lect. 3. ſuper c. 9. Io.* Nullus homo quantumcumq; ſapiens debet à quocumq; paruo doctrinam repellere; vnde Apoſtolus docet *1. ad Cor. 14.* quod ſi minori aliquid reuelatum fuerit, quod tunc maiores debent eum audire.

Hor chi non sà, che ogni dottrina reſta inefficace ſenza la gratia interiore di Chriſto; poiche, come inſegna S. Agoſt. lib. de correctione, & gratia parlando dell'Angelo, e dell huomo, Non talis natura facta eſt, vt ſine diuino adiutorio manere poſſit. *Et indi conclude al noſtro propoſito della Dottrina:* Non ergo gratiam dicamus eſſe doctrinam, ſed agnoſcamus gratiam, quę facit prodeſſe doctrinam: quæ gratia ſi deſit, videmus obeſſe doctrinam: *E doppo ſoggionge:* Plerumque pro eis oramus, qui cum audiant, vel legant, nolunt credere: ſed oramus, vt voluntas corrigatur, doctrinæ conſentiatur, natura ſanetur.

E S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 2. art. 5. ad 1. dice aſſolutamente, che ad nihil poteſt homo ſine gratia præparante, ſicut ad diligendum Deum, & proximum, & ſimiliter ad credendum Articulos Fidei, *i quali già ſi sà, che* pertinent ad doctrinam.

Et in confermatione di questa assistenza di Christo apporta il medesimo Angelico in Catena aurea super caput 28. Matth. Beda il Venerabile, il quale sà la medesima obiettione, e risponde all'istesso modo, almeno implicitè; Quæritur autem quare hic dicat: Ecce ego vobiscum sum, cum alibi dixisse legatur; Vado ad eum, qui me misit. *E risponde:* Sed alia sunt, quæ humanitati ascribuntut, & alia, quæ Diuinitati. Ibit ad Patrem per humanitatem, manet autem cum discipulis in forma, qua est Patri æqualis. Quod autem dicit, vsque ad consummatiouem sæculi, finitum pro infinito ponitur. Nam qui in præsenti seculo manet cũ electis eos protegendo, ipse post finem cum eis manebit, eos remunerando.

Chrisost. in Homil. citato iui: Quia verò eis magna iniunxerat, erigens eorum sensus, dicit: Et ecce egò vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, quasi dicat: Ne dicatis difficile esse iniunctum negotium (*cioè di predicar al mondo la Dottrina per la salute degli huomini*) *Poiche*, Ego sum vobiscum, qui omnia facio leuia. Non autem cum illis solùm dixit se futurum esse; sed, & cum omnibus, qui post illos credunt; Non enim vsque ad consummationem seculi Apostoli mansuri erant, sed sicut vni corpori, fidelibus loquitur.

Rabanus ibidem. Ex hoc autem intelligitur, quod vsque ad finem sæculi non sunt defuturi in mundo, qui diuina mansione, & inhabitatione sunt digni.

Item ibid. Leo Papa: Qui enim ascendit in Celos, non deserit adoptatos: & ipse deorsũ confortat ad patientiã, qui sursum inuitat ad gloriã.

Che però conclude Vgone in cap. X. Ioannis: Maneamus sub Pastore tali, & securi à lupo erimus: Pastorem enim habemus ita amantem nos, vt animam suam pro nobis det, Cum igitur, & potens sit, & nos tantum diligat, quid prohibet nos saluari? Nihil, nisi nos ipsi destiterimus *Rom. 8.* Si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus, qui iustificat, quis est, qui condemnet?

Mà mi diranno: questa dottrina è verissima; poiche, come dice S. Tomaso nelle disputate quæst. 20. de scientia animæ Christi art. 1. in c. Cum Christus verus Deus sit, oportet in ipso ponere omnia, quæ ad naturam diuinam pertinent, *e conseguentemente soggionge iui ad 6.* Dicendum, quod Christus semper est in actu considerationis secundum scientiam increatam. *E così dice il Real Profeta Psal. 120.* Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel, *doue S. Agostino*, vis habere ergo custo. dẽ non dormientẽ, neq; dormitantẽ? Ecce non dormiet, neq; dormitabit, qui custodit Israel. Quid est Israel? Israel interpretatur: homo videns Deum. Et quomodo videtur Deus? Primò per fidem, posteà per speciem. Sed si Israel per speciem nondum videre potes, per fidem vide. *così* Christus custodit Israel. Esto ego Israel.

Come

Come dunque il medesimo Real Profeta dice nel Sal, 12. Vsque quo Domine obliuiscéris me in finem? Quousque auertis faciem tuam à me? *Risponde il Santo D.* Sicut non obliuiscitur Deus, sic nec faciem auertit, sed more nostro scriptura loquitur. Auertere autem Deus faciem dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet.

Mà mi dice quello: Chi è in questo mondo, che possa credere, di esser così ben purgato, che sia degno di così degna vista di Christo? Scrisse la nostra Serafica Maestra lib. viæ perfect. cap. 4. Hoc autem prorsus ferre nequeo, Domine, quod certè scire non possim, an ipsa te diligam, & num desideria mea placita sint coram te. *Exclam.* 1. *Et altroue:* Sed ah quomodo, ò Deus meus, certò scire potero, me non esse à te separatam, aut disiunctam? O vita mea, quod in tam parua certitudine rei, quæ tanti tamen est momenti, viuere debeas? quis te desideret, aut ambiat, cum omne, quod à te haberi, expectariue bonum, & commodum potest (quod est Deo in omni re complacere) tam incertum, plenumque periculorum sit? *Quando non fosse altro almeno cadere in superbia, come, soggionge il medesimo S. Agostino nel citato Salmo* 12, Quia id ipsum, quod non mouetur homo, & fixus in Domino permanet, non sibi debet tribuere: ne cum se gloriatur, non esse mòtum, ipsa superbia moueatur.

Che conforto dunque si può hauere in tanta perplessità? Prendiamolo dall'istesso S. Agostino iui: Exultabit cor meum in salutari tuo; *cioè in Christo*, in sapientia Dei, *lasciandoci nelle mani di così buon Pastore Hebr.* 6. Qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi Præcursor pro nobis introiuit Iesus, *doue l'Angelico l.* 6. Comparat spem ipsi anchoræ, quę sicut in mari nauem immobilitat, ita spes animam firmat in Deo in hoc mundo, qui est quasi quoddam mare *Psal.* 105. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. Ista tamen anchora debet esse secura, vt scilicet non deficiat; vnde fit de ferro 2. *ad Timoth.* 1. Scio cui credidi, & certus sum, &c. Item debet esse firma; vt scilicet non citò à naui remoueatur; ita homo debet alligari isti spei, sicut anchora naui alligatur.

Est autem differentia inter anchoram, & spem; quia anchora in imo figitur, sed spes in summo, scilicet in Deo. Nihil enim in presenti vita est firmum, vbi possit anima firmari, & quiescere. Vnde *Gen.* 8. dicitur, quod Columba non inuenit vbi requiesceret pes eius; & ideò dicit, quod debet incedere vsque ad interiora velaminis; Apostolus enim per sancta, quæ erant in tabernaculo, intelligit statum præsentem Ecclesiæ: sed per sancta sanctorum, quæ per velum distin-

guebantur à Sanctis, intelligit ſtatum futuræ gloriæ. In illo ergo vult, quod figatur anchora ſpei noſtræ, qui eſt modo velatus ab oculis noſtris. *Iſa.* 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. *Pſal.* 19. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Hanc ibi fixit Præcurſor noſter, qui ibi ingreſſus eſt: vnde *Ioan.* 14. Vado parare vobis locum. *Mich.* 2. Aſcendit pandens iter ante eos. Et ideò dicit, quod ipſe tamquam Præcurſor pro nobis ingreſſus eſt interiora velaminis, & ibi fixit ſpem noſtram, ſicut dicitur in collecta, in vigilia, & in die Aſcenſionis.

E però dobbiamo tutti hauer queſta ſperanza 2. 2. *quæſt.* 22. *art.* 1. *in c.* Dicendum, quod Præceptorum, quæ in Sacra Scriptura inueniuntur, quædam ſunt de ſubſtantia legis, quædam verò ſunt præambula ad legem: præambula quidem ſunt ad legem illa, quibus non exiſtentibus lex locum habere non poteſt: huiuſmodi autem ſunt præcepta de actu fidei, & de actu ſpei: quia per actum fidei mens hominis inclinatur, vt recognoſcat auctorem Legis, cui ſe ſubdere debeat: per ſpem verò præmij homo inducitur ad obſeruantiam Præceptorum: Præcepta verò de ſubſtantia legis ſunt, quæ homini iam ſubiecto, & ad obediendum parato imponuntur pertinentia ad rectitudinem vitæ. Et ideò huiuſmodi præcepta ſtatim in ipſa legiſlatione proponuntur per modum præceptorum; Spei verò, & fidei præcepta non erant proponenda per modum præceptorum; quia niſi homo iam crèderet, & ſperaret, fruſtrà ei lex proponeretur.

Sed ſicut præceptũ fidei proponendũ fuit per modum denutiationis, vel commemorationis, ita etiam præceptum ſpei in prima legiſlatione proponedum fuit per modum promiſſionis: qui enim obedientibus præmia promittit, ex hoc ipſo incitat ad ſpem: vnde omnia promiſſa, quę in lege continẽtur, ſunt ſpei excitatiua; ſed quia lege iam im. poſita pertinet ad ſapientes viros, vt nõ ſolum inducant homines ad obſeruantiam præceptorum, ſed etiam multò magis ad conſeruandum legis fundamentum; ideò poſt primam legiſlationem in Sacra Scriptura multipliciter inducuntur homines ad ſperandum etiam per modum admonitionis, vel precepti; & non ſolum per modum promiſſionis, ſicut in lege, ſicut patet in *Pſal.* 61. Sperate in eo omnis congregatio populi; & in multis alijs Scripturæ locis.

Trà quali anche mi piace aggionger quello di S. Paolo 1. *ad Cor. c.* 9. *doue dice:* Qui arat, debet arare in ſpe fructus percipiendi: *al cui propoſito S. Tomaſo* 1. 2. *quæſt.* 40. *art.* 8. *apporta queſta bella dottrina:* Dicendum, quod ſpes per ſe habet, quod adiuuet operationem, intendendo ipſam: & hoc ex duobus: primò quidem ex ratione ſui obiecti, quod

eſt

eſt bonum arduum poſſibile: exiſtimatio enim ardui excitat attentionem: exiſtimatio verò poſſibilis non retardat conatum: vnde ſequitur, quod homo intensè operetur propter ſpem: ſecundò verò ex ratione ſui effectus, ſpes enim cauſat delectationem, quæ adiuuat operationem: vnde ſpes operantionem adiuuat.

La qual ſperanza è certo, che principalmente s'appoggia in Chriſto, come dice il S. D. ad Rom. 8. lect. 5. In ipſo autem Filio Dei omnia exiſtunt, ſicut in primordiali præoperatiua cauſa. Vnde eo tradito nobis, omnia ſunt data nobis, vt ſcilicet omnia cedant in bonum noſtrum, ſuperiora quidem, ſcilicet diuinæ perſonæ ad fruendum, rationales ſpiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non ſolum proſpera, ſed etiam aduerſa 1. *Corinth. 3.* Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Vnde patet, quod ſicut in Pſalmo dicitur: Nihil deeſt timentibus eum.

Nel che concorda parimente S. Agoſtino lib. 22. de Ciuit. Dei cap. vlt. doue dice: Præmium virtutis erit ipſe, qui virtutem dedit, qui ſeipſum, quo nihil maius eſſe poteſt, promiſit. *Et ſuper Pſal. 112. ſoggionge:* Erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium, ipſe erit bonum omnium, à quo omnia in ſuo genere facta ſunt bona.

E S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 17. art. 2. Non enim minus aliquid ab eo ſperandum eſt, quàm ſit ipſe. *Et art. 5. conclude:* & ſic patet, quod ſpei, in quantum eſt virtus, principale eius obiectum eſt Deus.

E queſta ſperanza la può hauere qualunque peccatore, poiche come dice il S. Conc. Trid. ſeß. 6. cap. 6. doue deſcriue il modo, col quale i peccatori s'apparecchiano alla giuſtificatione dice: Dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum, ſibi propter Chriſtum propitium fore.

E vi concorda S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 18. art. 4. in riſpoſta ad 2. Spes non innititur principaliter gratiæ iam habitæ, ſed diuinæ omnipotentiæ, & miſericordiæ, per quam etiam, qui gratiam non habet, eam conſequi poteſt, vt ſic ad vitam æternam perueniat. De omnipotentia autem Dei, & miſericordia eius certus eſt quicumque fidem habet.

Et quæſt. 17. art. 1. ad 1. Spe attingente Deum nullus poteſt malè vti, ſicut nec virtute morali attingente rationem, quia hoc ipſum quod eſt attingere, eſt bonus vſus virtutis.

Et 1. 2. quæſt. 64. art. 4. ad 3. Dicendum, quod ſpes eſt media inter præſumptionem, & deſperationem ex parte noſtra, in quantum ſcilicet aliquis præſumere dicitur ex eo, quod ſperat à Deo bonum, quod excedit ſuam conditionem; vel non ſperat, quod ſecundum ſuam conditionem ſperare poſſet; non autem poteſt eſſe ſuperabundantia

ex

ex parte Dei, cuius bonitas eſt infinita.

E cosi ſolo i dannati ſono eſcluſi da queſta ſperanza, perche come dice il S. D. 2. 2. quæſt. 18. art. 3. Ad conditionem miſeriæ damnatorum pertinet, vt ipſi ſciant, quod nullo modo poſſunt damnationem euadere, & ad beatitudinem peruenire. Vnde dicitur *Iob* 15. Non credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem. Vnde patet quod non poſſunt apprehendere beatitudinem, vt bonum poſſibile, ſicut nec Beati, vt bonum futurum; & ideò neque in Beatis, neque in damnatis eſt ſpes. Sed in viatoribus, ſiuè ſint in vita iſta, ſiuè in purgatorio, poteſt eſſe ſpes, quia vtrobique apprehendunt beatitudinem, vt futurum poſſibile.

Ilche non può concepirſi dalli dannati: Onde Prouerb. 11. dicitur: Mortuo homine impio non erit vltra ſpes. *Onde il S. D. nel citato Articolo 3. in arg.* ſed contrà *arguiſce:* Spes cauſat gaudium, ſecundum illud *ad Rom.* 12. Spe gaudentes. Sed damnati non ſunt in gaudio, ſed in dolore, & luctu, ſecundum illud *Iſa.* 65. Serui mei laudabunt præ exultatione cordis; & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Quia, *come ſoggionge il S. D. ibi Art. 3. ad* 2. dona diuina non ſunt eis futura poſſibilia, ſed ſunt eis abſentia. *In tal modo che già diſperano di poterli più conſeguire* 1. 2. *quæſt.* 40. *art.* 4. *ad* 3. Deſperatio non importat ſolam priuationem ſpei, ſed importat quemdam receſſum à re deſiderata propter æſtimatam impoſſibilitatem adipiſcendi.

Mi diranno: Molti Viatori ſperano, e pure ſi perdono. Che conſolatione dunque potiamo hauere della noſtra ſperanza? Poiche certitudo eſſe non poteſt de eo, quod poteſt deficere. Sed multi Viatores habentes ſpem, deficiunt à conſequutione beatitudinis. Ergo ſpes Viatorum non habet certitudinem.

Riſponde l'Angelico 2. 2. *q.* 18. *ar.* 4. *ad* 3. Dicendum, quod hoc quod aliqui habentes ſpem, deficiant à conſequutione beatitudinis, contingit ex defectu liberi arbitrij, ponentis obſtaculum peccati; non autem ex defectu diuinæ potentiæ, vel miſericordiæ, cui ſpes innititur. Vnde hoc non præiudicat certitudini ſpei.

E concorda la ſolutione di queſto Argomento con quell' altra. Dice l'Apoſtolo 2. *Corinth.* 5. *v.* 15. Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. *E pure non tutti ſi ſaluano, riſponde in c.* 5. *Apocalyps. verſ.* 9. *doue ſi lege, che Chriſto* redemit nos ex omni tribu & lingua, & populo, & natione. *Et Actor.* 13. *v.* 48. Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam, *e riſolue la difficoltà dell' oppoſitione in tal modo.* Dicendum de Redemptione facta per paſſionem eſt loqui dupliciter: aut ſecundum ſufficientiam: & ſic paſſio redemit omnes, quia quantum eſt de ſe, omnes liberauit: omnibus enim redimendis, & ſaluandis ſufficiens

eſt,

eſt, etiamſi fuiſſent infiniti mundi vt dicit *Anſelmus 2. lib.* Cur Deus homo cap. 14. Aut ſecundum efficaciam: & ſic non omnes redemit per paſſionem, quia non omnes adhærent redemptioni; Et ideò non omnes habent efficaciam redemptionis. Et ſic accipitur, quod hic dicitur ſimpliciter, & illud *Matth.* 27. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Hor mi diranno per vltimo ſe la noſtra ſperanza s'appoggia alla diuina Miſericordia, e Potenza diuina, à che dunque ſeruono gl'huomini? riſpondo nella

SECONDA PARTE.

Riſponde in termini terminanti l'Angelico 2. 2. quæſt. 17. art. 4. doue fà la propoſitione interrogatoria: Vtrum aliquis poſſit licitè ſperare in homine. *E così dice:* Spes duo reſpicit, ſcilicet bonum, quod obtinere intendit, & auxilium per quod illud bonum obtinetur. Bonum autem, quod aliquis ſperat obtinendum, habet rationem cauſæ finalis; auxilium autem, per quod aliquis ſperat illud bonum obtinere, habet rationem cauſæ efficientis: In genere autem vtriuſque cauſæ inuenitur principale, & ſecundarium, Principalis enim finis eſt finis vltimus, Secundarius autem finis eſt bonum, quod eſt ad finem. Similiter principalis cauſa agens eſt primum agens. Secundaria verò cauſa efficiens eſt agens Secundarium inſtrumentale. Spes autem reſpicit beatitudinem æternam ſicut finem vltimum, diuinum autem auxilium ſicut primam cauſam inducentem ad beatitudinem. Sicut ergo non licet ſperare aliquod bonum præter beatitudinem, ſicut vltimum finem, ſed ſolum ſicut id, quod eſt ad finem beatitudinis ordinatum: ita etiam non licet ſperare de aliquo homine, vel de aliqua Creatura, ſicut de prima cauſa mouente in beatitudinem.

Licet autem ſperare de aliquo homine, vel de aliqua Creatura, ſicut de agente ſecundario, & inſtrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcumque bona conſequenda in beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad Sanctos conuertimur, & ab hominibus etiam aliqua petimus, & vituperantur illi, de quibus aliquis confidere non poteſt ad auxilium ferendum.

Laonde ſoggionge 3. p. q. 8. ar. 6. Se bene Chriſtus eſt caput Eccleſiæ propria virtute, & auctoritate: Alij verò dicuntur capita in quantum vicem gerunt Chriſti ſecundum illud 2. *ad Corinth.* 2. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti: & ſecundum illud 2. *ad Corinth.* 5. Pro Chriſto legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. *Siche ſe bene Chriſto ſi dichiari per Paſtore in capite, non eſclude i Coadiutori.*

Quindi

Quindi il Venerabile Abbate S. Doroteo in doctr. 5. 2.to. Bibliot. à questo proposito hebbe à dire queste gran parole degne da esser stampate ne cuori nostri à lettere d'oro. Inter prouerbia dicitur: quibus non est gubernatio, decident vt folia, salus autem est in multo consilio. Contemplamini Sententiæ vim fratres, opus enim nobis est auxilio præter Deum, opus coadiutoribus. Nihil est miserabilius, nihilque quod citius expugnari queat his, qui nullos duces, nullos authores habent ad viam Dei: Ait enim: Quibus non est gubernatio, decident vt folia. Folium à principio semper virens, semper germinans, semper delectabile est, non multò post arescit, & languet, cadens contemnitur, & conculcatur. Talis homo est, qui à nemine regitur. A principio feruentissimus ad ieiunia, ad vigilias, ad quietem, ad obedientiam, & ad quæcumque cætera bona, Paulò post, extincto eo feruore, si nullum habuerit sui gubernatorem, aut fotorem, qui extinctum ignem susciter, & accendat, desiccatur, & cadit, ac demum destitutus, ab hostibus suis captiuus trahitur, qui vt voluerint in ipsum grassantur.

Che però anuisa S. Isidoro Pelusiota lib. 1. epist. 2. Si probus Monachus fieri studes, ne eam rationem ineas, vt tuo ipsius arbitrio viuas, ac mores tuos tibi vni probatos esse velis; quin potius ijs mentem tuam, & consilium submitte, qui & vitæ, & tempore diuinam vineam ante foderunt, & voluerunt, à quibus munus istud facilè perdisces.

E S. Lorenzo Giustiniano in lib. de obedientia *stando nella medesima metafora della Vigna, dice:* Vinea quippe spiritualis Domini Sabaoth est inchoantium noua plantatio, quæ vt fructum afferat, solerti est excolenda peritia: nam si inculta remanserit, dilatat quidem palmites suos, sed nulla vtique bonorum vbertate fœcundos.

Che però S. Tomaso nelle disputate quæst. vnica de charitate art. 9. in corp. Sicut autem appetitus, vel amor naturalis est inclinatio quædam indita rebus naturalibus ad fines connaturales, ita dilectio charitatis, est inclinatio quædam infusa rationali naturæ, ad tendendum in Deum. Secundum igitur, quod necesse est alicui tendere in Deum, secundum hoc ex charitate inclinatur. Tendituris autem in Deum, sicut in finem, id, quod maximè necessarium est, diuinum auxilium est: Secundò autem auxilium, quod est à seipso, tertiò autem cooperatio, quæ est à proximo, quimagis natus est coadiuuare.

Sicome anche è nato à sperare la Beatitudine non solo à se stesso, mà anche alli altri 2. 2. quæst. 17. art. 3. præsupposita vnione ad alterum, iam aliquis potest sperare, & desiderare alteri vitam æternam, in quantum est ei vnitus per amorem. Et sicut est eadem virtus charitatis, qua quis diligit Deum, seipsum, & proximum, ita etiam est eadem virtus spei, qua quis sperat sibi ipsi, & alij.

Et

Et quæſt. ſequenti art. 2. ad 3. dice: Dicendum, quod durante virtute Spei, eadem ſpe aliquis ſperat beatitudinem ſibi, & alijs. *Et quæſt. vnica de ſpe art. 4. in corp. inſegna*: Ex parte ſperantis principale obiectum eſt, quod aliquis beatitudinem ſperet ſibi; ſecundarium verò eſt, quod ſperet eam alijs, in quantum ſunt quodammodo vnum cum ipſo, & bonum eorum deſiderat, & ſperat, ſicut, & ſuum. Et in reſponſione ad 5. Dicendum, quod quamdiù remanet principale obiectum ſpei, eadem virtute ſpei ſperat aliquis bona ſibi, & alijs.

Dal che ne ſegue, che talvolta è conſiglio, altre volte corre precetto d'aiutarli quello, che ſpetta la loro ſalute: in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 2. art. 3. quæſt. 2. ad 1. Dicendum, quod ſicut dare eleemoſynam corporalem non cadit ſub præcepto obligante, niſi ad tempus neceſſitatis, & vt alicui in neceſſarijs vitæ ſubueniatur; ita ad doctrinam alterius non obligatur homo propter debitum officium, niſi in his, quę ſunt de neceſſitate ſalutis, & quando non eſſet, qui inſtrueret; vel quando aliquis alium errantem videret, niſi eſſet alius, qui ex officio id facere teneretur: aliàs autem docere eſt conſilium, & ſuper erogatio quædam, ſicut, & de eleemoſynis corporalibus dictum eſt.

E S. Agoſtino ad Eudoxium: Si quam operam veſtram mater Eccleſia deſideraverit, nec elatione anida ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpuatis: *e doppo ſoggionge*: neque otium veſtrum neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis; cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inueniretis. *Doue S. Tomaſo 2. 2. qu. 185. art. 2. in c.* Dicendum, quod in aſſumptione Epiſcopatus duo ſunt conſideranda: primò quidem quid deceat hominem appetere ſecundum propriam voluntatem: ſecundo quid hominem deceat facere ad voluntatem alterius. Quantum ergo ad propriam voluntatem conuenit homini principaliter inſiſtere propriæ ſaluti; ſed quod aliorum ſaluti intendat, hoc conuenit homini ex diſpoſitione alterius poteſtatem habentis: vnde ſicut ad inordinationem voluntatis pertinet, quod aliquis proprio motu feratur in hoc, quod aliorum gubernationi præficiatur: ita etiam ad inordinationem voluntatis pertinet, quod aliquis omninò contra Superioris iniunctionem prædictum gubernationis officium finaliter recuſet, propter duò.

Primò quidem, quia hoc repugnat charitati proximorum, quorum vtilitati ſe aliquis debet exponere pro loco, & tempore: *Vnde Auguſtinus 19. de ciuit. Dei dicit*, quod negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. Secundò, quia hoc repugnat humilitati, per quam aliquis Superiorum mandatis ſe ſubijcit: vnde Gregorius dicit in Paſtorali; Tunc ante Dei oculos vera eſt humilitas, cum ad reſpuendum hoc, quod vtiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt.

E questa carità di giouar all'anime è molto più pretiosa di quella, che giona à corpi: che però soggionge il S. D. 2. 2. qu. 32. art. 3. in corp. Dicendum, quod comparatio istorum eleemosynarum potest attendi dupliciter: vno modo simpliciter loquendo, & secundum hoc eleemosynæ spirituales præeminent triplici ratione. Primò quidem, quia id, quod exhibetur, nobilius est, scilicet donum spirituale, quod præeminet corporali, secundum illud *Pronerb.* 4. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis: Secundò ratione eius, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore, vnde sicut homo sibi ipsi magis debet prouidere quantum ad spiritum, quàm quantum ad corpus, ita, & proximo, quem debet sicut seipsum diligere: Tertiò quantum ad ipsos actus, quibus subuenitur proximo, quia spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, qui sunt quodammodo seruiles.

Alio modo possunt comparari secundum aliquem particularem casum, in quo quædam corporalis eleemosyna alicui spirituali præfertur: puta magis est pascendum famæ morientem, quam docendum, sicut, & indigenti, secundum Philosophum melius est ditari, quam philosophari, quamuis hoc sit simpliciter melius.

Sicome anche soggionge quodlib. 1. alias art. 14. nunc quæst. 7. art. 2. in c. Melius est docere sacram doctrinam, & magis meritorium, si bona intentione agatur; quam impendere particularem curam saluti huius, & illius. Vnde Apostolus de se dicit 1. *ad Corinth.* 1. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: quamuis baptizare sit opus maximè conferens saluti animarum. *Et 2. ad Timot. 2.* idem Apostolus commendat fidelibus hominibus eos, qui idonei erunt, & alios docere: ipsa etiam ratio demonstrat, quod melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos, qui in se, & in alijs proficere possunt, quàm simplices, qui in se tantum proficere possunt.

E facendo comparatione della nostra salute corporale con la spirituale del nostro prossimo soggionge 2. 2. quest. 26. art. 5. in c. Dicendum, quod illud magis est ex charitate diligendum, quod habet plenioremi rationem diligibilis ex charitate: consociatio autem in plena participatione beatitudinis, quæ est ratio diligendi proximum, est maior ratio diligendi, quam participatio beatitudinis per redundantiam, quæ est ratio diligendi proprium corpus: Et ideò proximum quantum ad satem animæ magis debemus diligere, quam proprium corpus.

Si vede dunque à primo ad vltimum, *che habbiamo di bisogno d'esser gouernati da altri, cioè da Dio, e dalli huomini, da Dio ne apporta la sua ragione S. Tomaso quæst. 10. de potentia art. 1. ad 14.* Dicendum, quod Creatura accipit à Deo esse quoddam, quod non esset permanens, nisi diuinitus

ninitus conſeruaretur, & ideò etiam poſtquam eſſe accepit, indiget diuina operatione, vt conſeruetur in eſſe, & ſic eſt naturæ indigentis *à diſtintione del Figlio, il quale* accipit à Patre idem numero eſſe, & eamdem naturam numero, quam Pater habet. Vnde non eſt naturæ indigentis.

Ilche anche ſpiegà iui in ſolutione *ad 13. in tal modo:* Dicendum, quod recipiens, antequam recipiat, indiget. Ad hoc enim accipit, vt indigentiam repleat: Sed poſtquam iam acceperit, non indiget: habet enim, quo indigebat: Si ergo aliquid eſt, quod receptioni non præexiſtit, ſed ſemper eſt in recepiſſe, hoc nullo modo, eſt indigens. Filius autem non ſic accipit à Patre, quaſi prius non habens, & poſteà accipiens; ſed quia hoc ipſum, quod eſt, habet à Patre. Vnde non ſequitur, quod ſit indigens.

Mà più toſto ricco in ſe per far ricchi li altri, e queſti altri &c. in 1. *ad Annibaldum diſt.* 16. *quæſt. vnica art.* 3. Miſſio viſibilis fit ad manifeſtationem plenitudinis gratiæ in alios redundantis. Huiuſmodi autem redundantia duplex eſt, vel per locutionem, vel per operationem. Et ſecundum hoc Chriſto, & alijs duplex facta eſt apparitio, vel miſſio. In Chriſto quidem, ad ſignificandum redundantiam operationis facta fuit in baptiſmo in ſpecie Columbæ, per quam ſpiritualis fecunditas intelligitur. Similiter ad ſignificandum redundantiam doctrinæ, vel inſtructionis apparuit nubes lucida, & vox Patris in transfiguratione, Matth. 17. Vnde addidit: Ipſum audite.

In Apoſtolis verò ad ſignificandum redundantiam operationis per modum miniſterij, apparuit Spiritus Sanctus in flatu, Io. 20. per quem oſtendebatur deſcenſus poteſtatis illius operationis à capite Chriſto in eos. Vnde ibidem Dominus dixit: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata &c. Sed ad ſignificandum redundantiam doctrinæ, vel inſtructionis apparuit in linguis igneis.

Et 4. *contra Gent. c.* 25. Quod etiam dicitur. Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, ea ratione dictum eſſe oportet intelligi, qua Spiritus Sanctus dicitur mitti hominibus à Patre, vel Filio, vt dictum eſt. Verbo autem effuſionis abundantia effectus Spiritus Sancti intelligitur, & quod non ſtabit in vno; ſed ad plures deueniet, à quibus etiam quodammodo in alios deriuetur. Sicut patet in ijs, quæ corporaliter effunduntur.

Sicome ne apporta l'eſſempio l'Angelico quæſt. 10. de potentia *art.* 4. *nell' Apoſtolo S. Paolo Rom.* 15. Per me efficit Chriſtus, ſcilicet miracula, & alia bona, dicit Apoſtolus, in Spiritu Sancto, ideſt, per Spiritum Sanctum. Quandocumque autem aliquis per aliquem dicitur operari, oportet, quod vel operans det virtutem operatiuam ei per quem

operatur: Sicut Rex dicitur operari per Præpoſitum, vel Balliuum: Vel è conuerſo, ſicut cum dicitur Baliuus operari per Regem.

Mà vn bel dubio. Come mai ſi poſſono capire queſte Miſſioni del Figlio di Dio, e dello Spirito Santo alli huomini ſenza pregiudicio della loro grandezza, e dignità. Poiche ſecundum Dionyſium Angelis Superioribus ratione ſuæ dignitatis non conuenit ad nos mitti, ſed ſolum Deo aſſiſtere: Ergo id multò magis competit diuinis Perſonis.

Riſponde il S. M. in 1. ad Annibaldum diſt. 15. quæſt. vnica art. 1. ad 3. Dicendum, quod non eſt ſimile. Quia Angeli ſuperiores non operantur circa nos, niſi mediantibus Angelis inferioribus: ſed Perſonæ diuinæ operantur immediatè circa nos.

Vel dicendum, quod Miſſio Angelorum Superiorum ad nos eſſet imperfectionis in eis, quia locum mutarent: Sed diuinæ Perſonæ, cum ad nos mittuntur, locum non mutant: ideò Miſſio non dicit imperfectionem in eis.

Diranno, e non douerebbe baſtare, che il Spirito S. ci deſſe la ſua virtù ſenza la ſua Perſona, ſicome virtus acquiſita dirigit nos in omnibus politicis: Ergo infuſa in omnibus meritorijs.

Riſp. in 1. d. 14. q. 1. a. ad 4. Dicend., quod virtus infuſa eſt multò ſufficientior, quam virtus acquiſita; & ex ratione ſuæ perfectionis habet, quod nos maximè Deo coniungat, & aſſimilet: Secundum quam coniunctionem innaſcitur nobis nouus reſpectus ad Deum. Vnde quantò ſufficientior eſt, tantò magis in ipſa Spiritus S. procedere dicitur, & cum ipſa.

Item *3. p. q. 32. art. 1. in corp.* Nam per Spiritum Sanctum efficiuntur homines Filij Dei, ſecundum illud Galat. 4. Quoniam eſtis Filij Dei, miſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba, Pater. Ipſe eſt etiam Spiritus Sanctificationis, vt dicitur Rom. 4.

La quale Santità è chiaro che ſpetta ad eſſo il conſeruarla diſputate, quæſt. 5. de conſeru. rerum in eſſe à Deo art. 2. doue proua chiaramente quod omnis effectus à ſua cauſa dependet, ſecundum quòd eſt eius cauſa. Et *art. 1.* eiuſdem, dicendum, quod abſque omni dubio credendum eſt, quòd res conſeruantur in eſſe à Deo ita quod in momento in nihilum redigerentur, cum à Deo deſererentur. *E finalmente nelle queſtioni diſputate queſt. 3. de creatione art. 7. in c.* citca finem *dice chiaramente* quòd Deus in qualibet re operatur, in quantum eius virtute quælibet res indiget ad agendum, & in quantum conſeruat eam, & in quantum applicat actioni. *E tanto baſti.*

DOMI-

DOMINICA III. POST PASCHA.

Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, Mundus autem gaudebit: vos verò contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Iob.* 16.

HI parla qui? l'iſteſſa VERITA'. Ego ſum via veritas, & vita *Io.* 14. *E però non inganna alcuno dice S. Hilario 7. de Trinit.* Non enim nos in erratica, atque in inuia deducit ille, qui via eſt, neque illudit per falſa, qui VERITAS eſt, neque in mortis relinquit terrore, qui vita eſt. *Dobbiamo donque credere alle ſue parole. Si, dice S. Tomaſo nelle diſputate quæſt.* 20. de ſcientia animæ Chriſti *art.* 4. *in corp. Perche lui sà ogni coſa, & ecco la ragione:* Intellectus creati qui ſunt in ſummo creaturarum conſtituti ſecundum conditionem naturæ, omnium naturalium in Deo, & ex Deo cognitionem accipiunt, ſcilicet Angeli. Chriſtus verò conſtitutus ſuper omnem creaturam eſt, etiam quantum ad dona gratiæ, quia de plenitudine eius omnes accepimus. Io. 1. Et ideò ipſe accepit cognitionem omnium eorum, quæ à Deo ſecundum quodcumque tempus procedunt, non ſolum ſecundum ordinem naturæ, ſed ſecundum ordinem gratiæ. Scit igitur Anima Chriſti omnes creaturas non ſolum quantum ad naturales proprietates, quod & Angeli habent, ſed ſecundum quod ſubſtant diuinæ prouidentiæ ordinatæ in finem ſalutis humanæ, & donorum gratiæ. Et ideò ſcit omnia ſingularia, & omnes ſingulares actus omnium, & cordis abſcondita, quod de nulla alia creatura dicere oportet. Et ideò, *come accenna iui nel corpo dell'Articolo* 3. Quidam Philoſophi attendentes naturalem perfectionem hominis, dixerunt vltimam fœlicitatem hominis in hoc conſiſtere, quod in anima hominis deſcribatur ordo totius Vniuerſi. Habuit ergo Chriſtus hanc perfectionem, vt per ſcientiam ſibi diuinitus infuſam res in propria natura cognoſceret multò fortius quam homo in ſtatu innocentiæ, vel Angeli ſecundum cognitionem naturalem. *Hora ſe è così mentre ci dice Chriſto:* Amen amen dico vobis &c. *dobbiamo credere al ſuo detto, e che come ſi legge Iſa.* 3. 5 *hà da verificare, che* conuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo. Item ibidem: In fletu venient, & in miſericordia reducam eos. Item *Sap.* 2.

Sic

Sic fit de aqua vinum. *E finalmente Pſal.* 29. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. *Horsù con tante ſperanze, e promeſſe diuine chi non ſi conſola? Alcuino portato qui dall' Angelico in Cathena:* Cunctis fidelibus conuenit hic Sermo Domini, qui per lacrymas, præſſuraſque præſentes ad gaudia æterna contendunt. *E di queſto ſarà la materia del preſente Diſcorſo. Attenti &c.*

E per l'attentione di queſta Predica ecco la bella Dottrina. Inſegna l'Angelico 1. *p. q.* 34. *ar.* 2. *ad* 1. *Che*: Eſſe Dei eſt ipſum eius intelligere. Vnde verbum Dei non eſt aliquod accidens in ipſo, vel aliquis effectus eius, ſed pertinet ad ipſam naturam eius. Et ideò oportet, quod ſit aliquid ſubſiſtens: quia quicquid eſt in natura Dei, ſubſiſtit. Et ideò Damaſcenus dicit, quòd Verbum Dei eſt ſubſtantiale, & in Hypoſtaſi Ens. Reliqua verò verba, ſcilicet noſtra, virtutes ſunt animæ, *la quale à poco à poco per mezzo di diuerſi Diſcorſi che ſente da diuerſi Maeſtri ſi va perfettionando nella virtù, poiche come dice parimente iui il S. D. quæſt.* 62. *art.* 3. *ad* 1. Homo ſecundum ſuam naturam non ſtatim natus eſt vltimam perfectionem adipiſci, ſicut Angelus. *E però hoggi ſi fà vn Ragionamento, e domani vn' altro &c. Attenti dunque al preſente che ſpero non ſarà meno fruttuoſo delli altri.*

Amen amen dico vobis. *Oſſerua Vgone Cardinale in cap.* 8. *Io. Che quando Chriſto S. N. premetteua due volte* Amen *al ſuo Diſcorſo, ſegno era, che importaua molto, e però richiedeua ſtraordinaria attentione*: Bis dicit Amen propter confirmationem, & vt attentiores faciat.

Attenti ſempre, ſoggionge Alcuino, portato da S. Tomaſo in Cathena nel Proemio che fà in Io. dobbiamo eſſere à tutta la Sacra Scrittura: Ma maggiormente al S. Euangelio; Perche omnibus diuinæ ſcripturæ Paginis Euangelium excellit. *E ne dà la ſua bella ragione*: Quia, *dice*, quod lex, & Prophetæ futurum prædixerunt, hoc completum dicit Euangelium.

Item Chryſoſt. *portato anche iui in Cathena ſuper cap.* 10. *Io.* Oſtium ſcripturas vocauit, hæ enim Dei cognitionem aperiunt, hæ oues cuſtodiunt, & lupos ſuperuenire non permittunt hæreticis introitum præcludentes; Qui ergo non ſcripturis vtitur, ſed aliunde aſcendit, hoc eſt, aliam ſibi, & non legitimam viam facit, hic fur eſt.

Dobbiamo dunque nelle noſtre tribulationi conſolarci con sì belle promeſſe Amen amen dico vobis &c.

Quando quei Fratelli di Giuſeppe ſi credettero d'hauerlo ben humiliato, e depreſſo, all hora ſù, che Iddio l'eſſaltò. Onde S. Gio. Criſoſtomo Serm. de Ioſepho in 1. *tom. ponderando quelle parole del Salmo* 104. Donec afferret illi ſceptrum Regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant, *dice*: Ioſeph accepturus totius Prouinciæ dominatum, venundatur in ſeruum, in famulum addicitur, ſuſcipit ſeruitutis notam, quem Dominus præparabat ad gloriam.

Et

Et *indi Ruperto lib. 8. in Geneſim cap. 40. dice, che di ſorte Iddio l'eſſaltò, che ad ogni grado di calamità, che patì, fece, che gli corriſpondeſſero altretanti gradi di gloria*, Vnde *oue il Sacro Teſto Gen. 41. dice, che Faraone* tulit annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius, veſtiuitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit, fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, *contrapoſſe queſt' Eſpoſitore*: Pro compedibus in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem auream ſuſcepit, pro pallio, quo in manu adulteræ relicto, nudus effugit, ſtola byſſina indutus eſt, & pro carceris humilitate ſuper altum ſedet Imperij currum.

Mà che più bell' eſſempio di quello ci diede Chriſto in ſe ſteſſo, il quale non ſolo inſegnò con le parole, mà anche confermò quanto diſſe con la prattica?

Dice l'Angelico p. 2. quæſt. 77. ar. 2. Experimento patet quod multi agunt contra ea, quorum ſcientiam habent.

Et præfatione in Epiſtolam Canonicam *il medemo S. D. citato da Cornelio à lapide ne ſuoi Comentari in cap. 11. lib. 2. Regum, doue tratta di quella lettera d'Vria, che ogn' vno sà, dice il S. D.* litteras mortis ſuæ portant Viri litterati, qui ſciunt, & docent, & non faciunt. Iſtæ ſunt litteræ ſine ſigillo, ideſt ſcientia ſine vita, & ideò non creditur eis.

Anzi queſti peccano inſegnando, & prouocant Deum, quia ſimulant *Prou. 11.* Simulator ore decipit amicum ſuum. Et his loquitur hic. Sic dicit Gloſs. Auguſtini: lingua laudare non præſumat, cui contradicit Conſcientia. Et Eccleſ. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: Quia Nomen Dei eſt Sanctiſſimum: ideò inconueniens eſt, quod à peccatoribus aſſumatur, quaſi vſurpatum. Prouerb. 26. Quomodo pulchras fruſtrà habet claudus tibias, ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola. *Et Pſal. 49.* Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum, &c. *S. Tom.* in expoſitione eiuſdem Pſal.

Mà a Chriſto ſiamo neceſſitati di dargli ogni credito; Perche non ſolo eſſortò con le citate parole Amen amen dico vobis: *mà ſappiamo che* oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Lucæ 24.

Doue Tertuliano lib. de Corona militis *cap. 14. dice*: Fauos poſt fellis guſtauit, nec ante Regis gloriæ à cœleſtibus ſalutatus eſt, quàm Rex Iudæorum proſcriptus; Crucem.

Vn' altro Penſiero à queſto propoſito oſſerua S. Bernardo Serm. 1. de verbis Iſaiæ. Vidi Dominum, *dice il S. Profeta*, ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum *c. 6.* Et cap. 53. *dice*: Non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus. *Come s'accorda tanta altezza con tanta baſſezza? riſponde il S.* Intuere prius exaltatum in deſerto Serpentem: Si videre deſideras Deum in ſolio reſidentem: iſta te humi-

humiliet viſio, vt illa exaltet humiliatum, reprimat, & ſanet iſta tumorem tuum, vt illa repleat, & ſatiet deſiderium tuum.

E doppo eſprimendo, come per mezzo di queſt' eſſempio di humiliatione s arriua alla meta dell'eſſaltatione ſoggionge: Similis eris illi cum videris eum ſicuti eſt. Eſto & nunc ſimilis ei: videns eum, ſicuti propter te factus eſt.

Mà à queſte autorità de' Santi Padri, e della Scrittura Sacra aggiongiamo anche qualche ragione efficace di S. Tomaſo, e vediamo come i pianti, e le lagrime ſono ottimo mezzo d'arriuar à quelle eterne allegrezze, che ci promette il Saluatore; poiche come inſegna il medeſimo S. M. nella p. p. quæſt. 103. art. 1. Aliquid mouetur, vel operatur propter finem dupliciter. Vno modo aliquid dicitur operari, vel moueri propter finem quaſi ab aliquo actum, vel directum ad finem ſicut ſagitta mouetur directa ad ſignum à ſagittante, qui cognoſcit finem, non autem ſagitta. Alio modo ſicut agens ſeipſum in finem, vt homo, & aliæ creaturæ rationales, & talium eſt cognoſcere rationem finis, & eorum, quæ ſunt ad finem.

E particolarmente ſapere, come ſi deue portar à quello nelle difficoltà, che occorrono per conſeguirlo 1. *Sent. diſt.* 48. *art.* 4. *in c. doue dà queſt'importante auiſo dicendo.* Si apprehendatur aliquid eſſe volitum à Deo (*come trà le altre coſe ſono le afflittioni di queſto Mondo*) quod præcipuè per ſignum operationis manifeſtatur, voluntas deliberata, quæ ſequitur rationem prout eſt apprehendens, & conferens de iſta ratione bonitatis, tenetur aliquid velle, quamuis voluntas naturalis, & appetitus ſenſitiuus refugiant; & in refugiendo voluntati diuinæ conformantur, in quantum tendunt in bonum ſecundum rationem apprehenſum: ſicut eſt in illo, qui piè dolet de morte Patris, vel alicuius vtilis in Eccleſia.

Sciendum tamen quod in talibus motus voluntatis deliberatæ in peccatoribus eſt corruptus, qui ex toto relinquunt deliberationem rationis, & ſequuntur impetum voluntatis naturalis, & ſenſitiuæ, murmurantes de Dei ordinatione: In iuſtis verò Viatoribus manet quidem integer, ſed imperfectus dupliciter. Tum ex parte cognitionis, quia non plenè voluntatem diuinam cognoſcit. Tum ex parte affectionis: quia retardatur ex motibus inferioribus: vnde in talibus ſufficit non recalcitrare diuinæ ordinationi; Nec oportet gaudiũ experiri de hoc, quod ſecundum illius voluntatem fit. Sicut etiam dicit Philoſophus in 3. *Ethic.* Quod ſufficit fortem non triſtari in periculis mortis, quanuis non gaudeat, ſicut eſt in actibus aliarum virtutum: Et hæc eſt conformitas viæ. Sed in Beatis eſt integer, & perfectus. Tum ex parte cognitionis, quia voluntatem diuinam plenè cognoſcunt. Tum ex parte affectionis, quæ dominatur omni inferiori

riori voluntati, nec in aliquo retardatur, vel impeditur: Vnde in videndo illud, quod Deus vult, quod & ipsi volunt, gaudium experiuntur: de quo in Psalmo dicitur, lætabitur iustus cum viderit vindictam. *Psal.* 57.

E mi piace apportar qui i due Quesiti del Maestro delle Sentenze soura de quali l'Angelico dà ini la sudetta Dottrina generale, che possono anche giouar molto al nostro intendimento nelli casi occorrenti. E sia il Primo.

Vtrum placuerit viris bonis, quod Christus pateretur, & moreretur. E risolue cosi. Debuit enim eis placere intuitu nostræ redemptionis: sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt Christum mori propter liberationem hominis, & impletionem diuinæ voluntatis: Sed non voluerunt delectationem ipsius afflictionis. De eodem ergo lætabantur, & tristabantur: Sed ob aliud gaudebant, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Christum mori pro hominis redemptione, & tamen de morte ipsius diuersis de causis corda eorum variè mouebantur

L' altro. Quomodo sentiendum sit de Passionibus Sanctorum, an velle, vel nolle debeamus.

Risponde: Si verò quæritur: Vtrum eodem modo sentiendum sit de passionibus, & martyrijs Sanctorum? Dicimus aliquam esse differentiam inter passionem Capitis, & membrorum. Christi namque passio causa est nostræ salutis, quod non est passio alicuius Sancti. Nullius enim passione redempti sumus, nisi Christi. Profuerunt quidem non modo eis, qui passi sunt, verum etiam alijs fidelibus ipsorum passiones. Verumtamen Deus est & Homo. Illius ergo passionem credentium piæ mentes voluerunt, & optauerunt fieri sicut futurum credebant. Passiones verò Sanctorum possumus velle, & nolle, & vtrumque bona voluntate, si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio eo fine, quia præmium eius per hoc auctum, & paratum cernebat, bonam videtur habuisse voluntatem, quæ voluntati eius congruebat, qua cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Qui autem voluit eum declinare passionem, & effugere manus iniquorum compassione pietatis, & ille habuit bonam voluntatem. Vnde Augustinus in Ench. Bonæ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant Apostolum Paulum Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Agabus Propheta prædixerat, & tamen hoc illum Deus pati: volebat pro annuntianda fide Christi, exercens martyrem Christi neque ipse bonam voluntatem suam impleuit per Christianorum voluntates bonas, sed per Iudæorum malas, & ad eum potius pertinebant, qui nolebant, quod volebat, quia idipsum mala voluntate fecerunt, quod Deus bona voluntate voluit. Ita & in passione Christi fa-

ſti factum eſt; quod enim Deus voluit, hocidem Iudæi, & Diabolus: ſed illi mala voluntate, Deus verò bona voluntate, ſcilicet vt Chriſtus moreretur. Verumtamen illi actum voluerunt, quem Deus non voluit. Scilicet *ſpiega S. Tomaſo* actionem Iudæorum, in quantum afflictiua erat, & ſic non erat volita à Deo. In quantum verò erat meritoria, & ſic erat placita Deo.

A noi adeſſo, che ragioni ci dà il S. M. per perſuaderci la patienza ne mali, che ci fanno tal volta ben piangere nel proceſſo di noſtra vita quia, *come dice lui medeſimo nelle diſputate quæſt. de malo art. 1. in c.* Nihil agit, vel mouetur, niſi propter appetitum finis. Apparet autem quod ipſum eſſe, maximè habet rationem appetibilis: Vnde videmus quod vnumquodque naturaliter appetit conſeruare ſuum eſſe, & refugit deſtructiua ſui eſſe, & eis pro poſſe reſiſtit. Sic ergo ipſum eſſe in quantum eſt appetibile, eſt bonum: Oportet ergo quod malum, quod naturaliter opponitur bono, opponatur etiam ei, quod eſt eſſe. *E per conſequenza* Malũ non eſt aliquid appetibile, *come dunque potiamo conformarci ad eſſo? Ecco come: Se parliamo de mali del corpo, dice l'Apoſtolo* 1. *ad Timoth.* 4. Corporalis exercitatio ad modũ vtilis eſt. *Doue S. Tomaſo lect. 1.* Corporalis exercitatio ieiunij, & huiuſmodi in ſua natura non ſunt bona, ſed pœnalia, & ſi homo non peccaſſet, nihil horum fuiſſet, ſed ſunt bona medicinalia. Sicut enim reubarbarum eſt bonum in quantum releuat à colera, ſic & iſta in quantum comprimunt concupiſcentias: Ergo ad iſtud modicum ſunt vtilia. 1. *Corinth.* Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo &c. *Coloſſ. 3.* Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Et ideò ſi Homo eſſet in ſtatu, in quo non poſſet peccare, non indigeret ieiunio, & huiuſmodi: Vnde Chryſoſtomus ſuper illud *Matth. 16.* Venit Ieſus &c. dicit. Ioannes purus homo, indigebat medicina ieiunij: Chriſtus Deus erat, & non purus homo, & ideò huiuſmodi non indigebat: Ergo ad modicum vtilis eſt: quia tantum ad morbum peccati carnalis, non ſpiritualis: quia aliquando propter abſtinentiam Homo iracundiam, inanem gloriam, & huiuſmodi incurrit.

Hor veniamo alle afflittioni interne dell'anima, delle quali anche biſogna vi ſiano le ſue proprie ragioni; Poiche come dice il S. D. ſopra quel paſſo di S. Paolo ad Epheſ. 1. In quo etiam nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ: Non autem dicit ſecundum voluntatem, ne credas, quod ſit irrationabilis, ſed ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, ideſt ſecundum voluntatem ſuam, quæ eſt è ratione.

Onde è ſempre buona, e retta, e mai mala in 2. diſt. 37. quæſt. 2. art. 2. ad 2. con queſte parole: Illud dicitur ad malum cooperari, quod inclinat

ad

adactionem ſecundum quod actiodeformitati ſubſtat, vnde mala eſt. Hoc autem Deo non conuenit: & ideò non oportet, vt ad malum cooperari dicatur, quamuis actionis illius cauſa ſit, in qua malum conſiſtit, ſecundum quod influit agenti eſſe, poſſe, & agere, & quidquid perfectionis in agente eſt.

Hor che bontà vi può eſſere in tante afflittioni, che paſſano alla giornata, e con che bella ragione potiamo eſſer perſuaſi à tante ſofferenze, e battaglie interiori.

Dice S. Paolo 2. ad Timoth. 2. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. *Done S. Tomaſo lect. 1.* Tripliciter, *dice*, eſt aliquis miles Chriſti. Primò in quantum pugnat contra peccata. Secundò pugnando contra errores. Tertiò contrà Tyrannos. Et non debet quieſcere miles, quia dicitur à militia ſuſtinenda. Sed ſciendum eſt, quod alius eſt finis militiæ ſpiritualis, & alius militiæ corporalis; quia finis militiæ corporalis eſt, vt obtineat victoriam contra hoſtes Patriæ. Sed militiæ ſpiritualis finis eſt, vt victoriam habeat ab omnibus, quæ ſunt contrà Deum; Qui enim eſt miles Chriſti, deuouit ſe ad militandum Deo; & ideò debet conàri, vt ei placeat, cui ſe deuouit.

E quanto maggiore è il conato, tanto più merita in 3. diſt. 30. quæſt. 1. art. 3. ad 7. Dicendum, quod in illis, quæ ſe habent ſecundum additionem vnius ad alterum, eſt conſequentia in contrario; non conſequentia in ipſo. Vnde quia conatus, qui eſt in dilectione inimicorum, ſe habet ex additione ad illum, qui eſt in dilectione amicorum: ideò ſicut diligere inimicum eſt maioris meriti, ſecundum quod eſt maior conatus; ita dimittere dilectionem amicorum eſt magis malum.

E concorda con queſta dottrina quella riſpoſta, che dà il S. M. 1. 2. q. 73. ar. 4. ad 2. Dicendum, quod maiori virtuti, quæ eſt circa bonum magis difficile, contrariatur directè peccatum, quod eſt circa malum magis difficile: vtrobique enim inuenitur quædam eminentia, dum oſtenditur voluntas procliuior in bonum, vel in malum, ex hoc quod difficultate non vincitur.

E così quanto maggiore la difficoltà, che vince, tanto maggiore è il godimento, che doppo ne ſente 2. 2. q. 180. art. 6. ad 2. Dicendum quod contentio, vel certamen quod prouenit ex contrarietate exterioris rei, impedit illius rei delectationem: non enim aliquis delectatur in re, contrà quam pugnat: ſed in re, pro qua aliquis pugnat, cum ea homo adeptus fuerit, cæteris paribus magis in ea delectatur: Sicut Auguſt. dicit in 8. Confeſ. Quod quantò fuit maius periculum in prælio, tantò maius eſt gaudium in triumpho.

Che però il Virtuoſo ne mali occorrenti non deue turbarſi 1. 2. quæſt. 70. ar. 3. in corp. In malis autem benè ſe habet mens quantum ad duo. Primò quidem, vt non perturbetur mens per imminentiam malorum, quod

pertinet ad Patientiam. Secundò vt non conturbetur in dilatione bonorum, quod pertinet ad longanimitatem: nam carere bono habet rationem mali, vt dicitur *in* 5. *Ethic.*

Di più ſoggionge in 3. Sent. diſt. 30. *art.* 1. *ad* 4. Per malum pœnæ frequenter impeditur malum culpæ, *il quale male di colpa è molto maggiore del male di pena, ſicome ne aſſegna la ragione il S. D.* 1. *p. q.* 48. *art.* 6. *Perche* Deus eſt auctor mali pœnæ; non autem mali culpæ. Cuius ratio eſt, quia malum pœnæ priuat bonum creaturæ; ſiue accipiatur bonum creaturæ aliquid creatum, ſicut cæcitas priuat viſum; ſiue ſit bonum increatum ſicut per carentiam viſionis diuinæ tollitur creaturæ bonum increatum. Malum verò culpæ opponitur proprie bono increato: contrariatur enim impletioni diuinæ voluntatis, & diuino amori, quo bonum diuinum in ſeipſo amatur, & non ſolum ſecundum quod participatur à creatura. Sic igitur patet, quod culpa plus habet de ratione mali, quàm pœna.

Mà non voglio ometter qui vna notatione importante, che anche conferma il medeſimo nella 1. 2. *q.* 87. *art.* 7. *in c. art.* Sciendum tamen eſt, quod quandoque aliquid videtur eſſe pœnale, quod tamen non habet ſimpliciter rationem pœnæ. Pœna enim eſt ſpecies mali, vt in 1. dictum eſt: malum autem eſt priuatio boni. Cum autem ſint plura hominis bona, ſcilicet animæ, corporis, & exteriorum rerum, contingit interdum, quod homo patiatur detrimentum in minori bono, vt augeatur in maiori: ſicut cum patitur detrimentum pecuniæ propter ſanitatem corporis, vel in vtroque horum propter ſalutem animæ, & propter gloriam Dei, & tunc tale detrimentum non eſt ſimpliciter malum hominis, ſed ſecundum quid: vnde non habet ſimpliciter rationem pœnæ, ſed medicinæ.

Alla quale conſeguentemente ogn' vno, che hà ſano giuditio, e deſidera il proprio profitto ſpirituale deue ſottometterſi 1. *p. q.* 63. *art.* 2. *Eſſendo che:* Spiritualem naturam affici non contingit ad bona, quæ ſunt propria corporis, ſed ad ea, quæ in rebus ſpiritualibus inueniri poſſunt, nihil enim afficitur niſi ad id, quod ſuæ naturæ poteſt eſſe quodam modo conueniens. In ſpiritualibus autem bonis non poteſt eſſe peccatum, dum aliquis ad ea afficitur, niſi per hoc quod in tali affectu regula non ſeruatur.

Et in ſottometterſi à Dio in tutto, e per tutto ſempre ſi oſſerua la vera regola della perfetta ſapienza 2. 2. *q.* 19. *ar.* 7. *in corp.* Cum enim ad ſapientiam pertineat, quod humana vita reguletur ſecundum rationes diuinas, hinc oportet ſumere principium, vt Homo Deum reuereatur, & ei ſe ſubijciat. *E quanto più ſe le ſoggetta, tanto è più inalzato da lui in* 3. *diſt.* 34. *qu eſt.* 1. *art.* 2. *ad* 7. *doue dice:* Timor ſonat in quandam reuerentiam

Quan-

Quantò autem creatura magis Creatori ſubijcitur, tantò altior eſt: ſicut materia, quantò magis ſubijcitur formæ, tantò perfectior eſt.

E però dalla noſtra ſoggettione à Dio in tutte le noſtre afflittioni beniſſimo conclude l'Incarnata Sapienza. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Della cui conſideratione ſarà il ſoggetto nella ſeconda Parte*

Mà prima di portarmi ad eſſa voglio terminar il Diſcorſo con alcune obiettioni, che paiono molto dotte, e contrarie à quanto ſi è detto; poiche come dice S. Giouanni Criſoſtomo portato da S. Tomaſo in Cath. ſuper c. 21. Matth. Sicut teſtimonium ſtudioſi agricolæ, eſt meſſis fœcunda: ita aſſidui Doctoris eſt documentum, Eccleſia plena.

E come ſoggionge il medeſimo Angelico ſuper Boetium opuſc. 70. ſopra quel paſſo di S. Pietro 1. c. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt fide & ſpe: Hoc non poteſt fieri, niſi ea quæ ſunt fidei argumentis perſcrutemur &c.

A noi adeſſo: Sopra quel paſſo delli Atti Apoſtolici: Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, *propone il S. D. le ſue obiettioni in tal modo, ſupponendo in capite:* Vtrum ſit conueniens Deum permittere, quod ſui Cultores ſuſtineant tribulationes. Ad quod ſic proceditur: Deus non delectatur in pœnis noſtris: quia crudele eſt alieno cruciatu lætari: Ergo cum ſuos electos diligat, non congruit vt eos paſſionibus affligi permittat. Item liberalitas Dei ſumma eſt: ſed magis manifeſtaretur eius liberalitas, ſi per bona opera, ſine afflictionibus ſuos coronaret: Ergo &c.

Ad ogni modo ſentino la riſpoſta. Contra. Conueniens eſt à Deo permitti quicquid ſuos fideles perducit ad vitam: ſed ſuſtinentia tribulationum perducit ad vitam *Iac. 2.* Et cum probatus fuerit, recipiet coronam vitæ &c. Item lex amoris eſt aſſociare amicum in aduerſis: Ergo de lege amoris eſt vt veraciſſimi amici, ſcilicet Domini Ieſu, ſimus ſocij in ſuſtinendis aduerſis: nam Chriſtus Dominus pro nobis duriſſima ſuſtinuit: Ideò dicebat *Apoſt. Gal. vlt.* Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tum propter punitionem culpæ præteritæ: quia delectatio culpæ ad hoc vt deleatur, exigit amaritudinem pœnæ. *Ierem. 9.* Ecce ego conflabo, & probabo eos. *Gloſ.* Vaſa figuli probat fornax: vt quicquid in nobis adulterinæ materiæ eſt excoquatur. Tum propter cohibitionem futuræ. Vnde Iſidorus in 3. *lib.* de fortioribus flagelli ſtimulis feriuntur, nulla eos oblectata præſentis vitæ delectent: ſed cœleſtem patriam, vbi certa quies expectatur, indefinenter deſiderent. Tum propter meritum coronæ, ſicut patet *in Iob. 4.* Iſidorus in eodem. Electus Dei doloribus vitæ huius atteritur, vt perfectionem vitæ futuræ mereatur.

Riſponde poi alli due Argomenti. Ad primum dicendum, quòd de tribula-

tribulatione, vel pœna loquimur, aut in quantum merè afflictiua, aut in quantum amoris declaratiua ac promotiua, aut in quantum culpæ præteritæ purgatiua, aut in quantum futuræ cohibitiua, aut in quantum meriti accumulatiua. Primo modo non placet Deo tribulatio in iuſtis, vel alijs, nec ſub hac ratione eam permittit, ſed ſub aliqua ex quatuor rationibus ſubſequentibus. Non ergo delectatur in pœnis noſtris, ſed in vtilitate noſtra conſequente ex ipſis.

Ad aliud dicendum, quod liberalitas non eſt commendabilis, quæ eſt ſine comite Sapientia, & quæ diſſonat à iuſtitia: Siquidem iuſtitia exigit vt pro Chriſto damna ſuſtineamus. Item vt culpa per pœnam puniatur. Sapientia verò diuina manifeſtatur, dum per dura flagella cohibet Deus fideles ab oblectamentis. Item per acredinem aduerſorum perducit Deus ſuos ad dulcedinem præmiorum. *E quanto alla liberalità*: liberalitas diuina etſi magna manifeſtatur illo modo quantum ad effectum, non tamen commendabilis quantum ad modum, quia non manifeſtatur cum ordine iuſtitiæ, & cum grauitate, ſapientiæ.

Hor ripoſiamo alquanto, e poi ſodisfaremo alla Seconda Parte,

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 1. 2. *q.* 70. *art.* 1.

Dicendum, quod nomen fructus à corporalibus ad ſpiritualia eſt translatum: dicitur autem in corporalibus fructus id, quod ex planta producitur, cùm ad perfectionem peruenerit, & quamdam in ſe ſuauitatem habet: qui quidem fructus ad duo comparari poteſt, ſcilicet ad arborem producentem ipſum, & ad hominem qui fructum ex arbore adipiſcitur. Secundum hoc igitur nomen fructus in rebus ſpiritualibus dupliciter accipere poſſumus: vno modo vt dicatur fructus hominis quaſi arboris id, quod ab eo producitur: Alio modo, vt dicatur fructus hominis id, quod homo adipiſcitur: Non autem omne id, quod adipiſcitur homo, habet rationem fructus, ſed id quod eſt vltimùm delectationem habens. Habet enim homo agrum, & arborem, quæ fructus non dicuntur, ſed ſolum id quod eſt vltimum, quod ſcilicet ex agro, & arbore homo intendit habere: Et ſecundum hoc fructus hominis dicitur vltimus finis, quo debet frui. *Che non è altro, che Dio, il cui eſſere non ha fine*: Neque enim, *dice S. Agoſtino, portato dall' Angelico ſopra il corrente Euangelio*, finis nobis ſufficit, niſi cuius nullus eſt finis. De hoc igitur, quod ſufficit nobis, rectiſſimè audiuimus. Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis: *E queſto ſuccede doppo le noſtre tribulationi finite, e breui, ſicome dice S. Gio. Criſoſtomo citato parimente iui in Cathena:*

thena: Oſtendens quoniam triſtitia parit gaudium, & quoniam triſtitia breuis, lætitia verò infinita eſt, ad exemplum venit mundanum dicens. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Cum peperit puerum, iam non meminit præſſuræ propter gaudium, quia natus eſt Homo in mundum.

Doue S. Agoſtino ſeguitando iui: Iſta ſimilitudo ad intelligendum non videtur eſſe difficilis, quoniam comparatio eius in promptu eſt, eodem ipſo exponente cur dicta ſit. Nam ſequitur. (Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.) Parturitio quippe triſtitiæ, partus autem gaudio comparatur, quod tunc magis eſſe conſueuit quando non puella, ſed puer naſcitur. Quod verò ſubdit. (Et gaudium veſtrum nemo tollet à) vobis, *ne dà la ragione*; Quia gaudium ipſorum ipſe Ieſus eſt.

Item Chryſoſt. ibi. Significat etiam prædicto exemplo quoniam ſoluit ipſe mortis præſſuras, & nouum hominem regenerans eſſe fecit: Et non dixit quoniam non erit ei tribulatio, ſed neque meminit eius, tantum eſt, quod ſuccedit gaudium. Ita erit & Sanctis.

Diche poi ne apporta la ſua ragione il S. D. 2. 2. quæſt. 28. art. 3. Dicendum, quod plenitudo gaudij poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ex parte rei, de qua gaudetur, vt ſcilicet tantum gaudeatur de ea, quantum eſt dignum de ea gauderi. Et ſic Dei ſolum gaudium eſt plenum de ſeipſo, quia gaudium Dei eſt infinitum; Et hoc eſt condignum infinitæ bonitati Dei. Cuiuſlibet autem creaturæ gaudium oportet eſſe finitum.

Alio modo poteſt intelligi plenitudo gaudij ex parte gaudentis. Gaudium autem comparatur ad deſiderium, ſicut quies ad motum: Eſt autem quies plena, cum nihil reſtat de motu: Vnde tunc gaudium eſt plenum, quando iam nihil deſiderandum reſtat. Quandiu autem in hoc mundo ſumus: non ceſſat in nobis deſiderij motus; quia adhuc reſtat, quod Deo magis appropinquemus per gratiam. Sed quando iam ad Beatitudinem perfectam peruentum fuerit, nihil deſiderandum reſtabit; quia ibi erit plena Dei fruitio, in qua Homo obtinebit quidquid etiam circa alia bona deſiderauerit, ſecundum illud *Pſal.* 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Et ideò quieſcet deſiderium, non ſolum quo deſideramus Deum, ſed etiam erit omnium deſideriorum quies. Vnde gaudium Beatorum eſt perfectè plenum: & etiam ſuperplenum, quia plus obtinebunt, quam deſiderare ſufficerint: Non enim in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, vt dicitur 1. *ad Cor.* 2. Et hoc eſt quod dicitur *Luc. 6.* Menſuram bonam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Quia tamen nulla creatura eſt capax gaudij de Deo ei condigni; inde eſt

quòd

quòd iſtud gaudium omninò plenum non capitur in homine, ſed potius homo intrat in ipſum, ſecundum illud *Matth.* 25. Intra in gaudium Domini tui.

Hor ecco, che belli auuiſi ſono queſti venuti dal Cielo per darci animo di ſopportar tutti i noſtri affanni, & etiamdio la Morte, che tra tutti eſt vltimum terribilium p. p. queſt. 43. art. 6. ad 2. Dicendum quod etiam ſecundum profectum virtutis, aut augmentum gratiæ fit miſſio inuiſibilis. Vnde Auguſtinus dicit 4. de Trin. Quod tunc cuiquam mittitur Filius, cum à quoquam cognoſcitur, atque percipitur, quantum cognoſci, & percipi poteſt pro captu, vel proficientis animæ in Deum, vel perfectè animæ rationalis in Deo. Sed tamen ſecundum illud augmentum gratiæ præcipuè miſſio inuiſibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum, vel nouum ſtatum gratiæ: vt puta, cum aliquis proficit in gratiam miraculorum, aut prophetiæ, vel in hoc, quod ex feruore Charitatis exponit ſe martyrio, aut abrenuntiat his, quæ poſſidet, aut quodcumque opus arduum aggreditur.

Al che aggiongete dice S. Proſpero libro aduerſus Collator. cap. 14. tanti altri belli modi eſterni, con quali va ſempre tirando il noſtro affetto verſo Sua Diuina Maeſtà: Trahit igitur ad Deum contemplatio elementorum, & omnium, quæ in eis ſunt, ornatiſſima pulchritudo. Inuiſibilia enim eius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Trahit rerum geſtarum cognitio: & diuinorum operum relatura animum audientis inflammant, narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ facit. Trahit timor: principium enim ſapientiæ timor Domini. Trahit lætitia: quoniam lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Trahit deſiderium: quoniam concupiſcit, & deficit anima in atria Domini. Trahit delectatio lectionis: quam dulcia enim faucibus meis eloquia tua ſuper mel, & fauum ori meo. Quis perſpicere, aut enarrare poſſit, per quot affectus viſitatio Dei animum ducat humanum, vt quæ fugiebat, ſequatur, quæ oderat, diligat; quæ faſtidiebat, eſuriat: ac ſubitò commutatione mirabili, quæ clauſa ei fuerant, ſint aperta; quæ onerosa, ſint leuia; quæ amara, ſint dulcia, quæ obſcura, ſint lucida.

E ſe bene pro hoc ſtatu *non habbiamo ancora la chiara viſione di Dio, e come dicono i Teologi intuitiua, ma ſolo l'aſtrattiua nondimeno anche queſta ci tira a lui 2. 2. quæſt. 4. art. 2. ad 3.* Dicendum, quod Fides eſt in intellectu ſpeculatiuo ſicut in ſubiecto, vt manifeſtè patet ex obiecto: ſed quia Veritas prima, quæ eſt fidei obiectum eſt finis omnium deſideriorum, vt patet per Auguſtinum in 1. de Trinitate inde eſt, quod per dilectionem operatur: ſicut etiam intellectus ſpeculatiuus extenſione fit practicus, vt dicitur in 3. de anima.

Con

Con la qual dottrina si conforma il S. Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. doue dice: Disponuntur ad iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes libere mouentur in Deum.

Cosi si moueua la nostra Serafica Madre, come leggiamo nelle sue feruenti Esclamationi, e particolarmente nella XV. doue cosi dice: Hei mihi, Hei mihi, Domine, quàm hocce exilium longum est, ac diù durat, & in quantis desiderij Deum videndi penalitatibus traducitur? Quid agit, Domine, anima in hoc carcere posita? Quam longa, ò Iesu, est vita hominis, esto vulgo breuis esse dicatur? Breuis quidem est, Deus meus, vt per eam, & in ea lucremur vitam, quæ finem nescit; at nimis quàm longa animæ, quæ se Deum facie ad faciem videre desiderat. Quod remedium huic angori suggeris? Nullum omnino, ò sui petit, nisi pro & propter te pati.

Horsu dunque con si buoni auuisi facciamo animo à noi stessi, per sopportar allegramente tutte le nostre trisiezze breui, e momentanee mentre ci portano à quelle allegrezze eterne. S. Agostino portato anche qui in Cathena da S. Tomaso. Hoc autem modicum longum nobis videtur quoniam adhuc agitur. Cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit.

Alcuin. ibidem. Mulier, ideſt, Sancta Ecclesia, dum parit ideſt dum in mundo virtutum profectibus insistit, dum vndique tentatur, & affligitur, tristitiam habet de hoc, quia venit hora eius vt patiatur, quia nemo carnem suam odio habuit: Sed cum peperit, ideſt, cum deuicto laborum certamine ad palmam peruenerit, iam non meminit pressuræ præcedentis propter gaudium perceptæ retributionis.

Di cui non vi può esser dubio, soggiongel'Angelico in 4. dist. 45. quæst. 2. ar. 1. quæst. 1. doue dice: Dicendum, quod meritum Deum obligat ad sui remunerationem ex iustitia stricta, si sit meritum condignum; vel potentiali (*come è l'amicitia*) si sit meritum congrui, quo Deus obligatus ex gratitudine præmiat.

Ilche particolarmente si verifica del patire come suo fine, e termine dice S. Agostino libro de bono perseuerantiæ *cap. 2. doue dice:* Quod si non sit, quomodò verum est, quod Apostolus ait *ad Philip.* 1. Vobis donatum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo. Horum quippe vnum pertinet ad initium, alterum ad finem: vtrumque tamen est Dei donum, quia vtrumque dictum est esse donatum. Quod enim est initium verius Christiano, quam credere in Christum? Quis finis melior quam pati pro Christo? *il quale non manca del suo aiuto dice il medesimo lib. de correp. & gratia c. 12. Essendo ibe:* Subuentum est infirmitati voluntatis humanæ, vt indeclinabiliter, & insuperabiliter diuina gratia ageretur, & quamuis infirma, non

 defi-

deficeret, nec aduerſitate aliqua vinceretur.

E l'Angelico ſuper cap. 7. Apocalypſ. verſ. 3. doue ſi lege: Nolite nocere terræ, & mari &c. quoaduſque ſignemus Seruos Dei noſtri in frontibus eorum *dice*: Frons enim ſedes eſt verecundiæ, vel audaciæ: Et ideò ſignat audaciam, & conſtantiam excuſſa verecundia cum agitur cauſa fidei. Hoc eſt ſignum Tau, quo ſignandus eſt quilibet in fronte, ideſt ſignaculum Crucis, quod eſt ſignum Dei viui, quo debet mens conſignari, ſcilicet, vt habeat fidem Crucis, & amorem, ac memoriam, & affectum imitandi, & audaciam confitendi, & conſtantiam ſuſtinendi.

E per maggiormente conſortar il cuore di ogni fedele à queſta conſtanza vi aggiongo parimente queſta bella Eſpoſitione ſopra i Sacri Cantici oue ſi lege al cap. 5. Surge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortum meum, & fluant aromata illius &c. Per Aquilonem, & Auſtrum flatus perſecutionum, & perturbationum intelligitur contra Eccleſiam ſæuientium. Et perfla, inquit, hortum meum, hoc eſt Eccleſiam meam. Et fluent aromata illius, hoc eſt fragrantia Virtutum, & odor bonorum operum ex illa procedent. Quo enim acerbius Eccleſia conteritur, eo maiorem virtutem ex ſe emittit. *E però chi ſi troua in ſimil ſtato ſi conſoli.*

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Vado ad eum, qui miſit me. *Ioan. cap.* 16.

Tanto propria di Dio la Verità, che Platone lib. de Repubi. diſſe: Dijs inutile eſt mendacium, hominibus autem pro medicamento eſt vtile. Quarè publicis Medicis concedendum, priuatis autem hominibus minimè attingendum. Igitur Rempublicam adminiſtrantibus mentiri licet, vel hoſtium, vel Ciuium cauſa ad communem Ciuitatis vtilitatem: Reliquis autem à mendacio abſtinendum eſt. *Ma qui ſi oppone S. Agoſtino in libro de mendacio, doue dice aſſolutamente, che s'inganna, chiunque penſa, ſi poſſa eſſer lecito il mentire*: Quisquis aliquod genus mendacij quod peccatum non ſit, eſſe putauerit, ſeipſum turpiter decipit. *E S. Tomaſo 3. Sent. ad Hannibal. diſt.* 38. *ar.* 2. *lo proua con due ragioni. La prima nell'argomento* ſed contra dicendo: Nihil opponitur virtuti, quæ eſt veritas, niſi peccatum, ſed omne mendacium opponitur virtuti, quæ eſt veritas, vt patet *in* 4. Ethic.

Ethic. Ergo omne mendacium eſt peccatum. *La ſeconda nel corpo dell' Articolo*: Dicendum, quod in omnibus actibus per defectum cuiuslibet circumſtantiæ debitæ, etiam omnibus alijs concurrentibus, contingit committi peccatum. Cum autem locutio inuenta ſit ad exprimendum conceptionem cordis, quandocumque aliquis loquitur ore, quod in corde non habet, loquitur quod non debet: hoc autem contingit in omni mendacio, ideò omne mendacium eſt peccatum quantumcunque aliquis propter bonum mentiatur. *Laſciando dunque da parte le bugie, diciamo hoggi qualche bella Verità*: Veritas *dice l'Angelico 2. 2. quæſt. 109. art. 1.* neceſſe eſt quod ſit virtus, quia hoc ipſum, quod eſt dicere Verum, eſt bonus actus: Virtus autem eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. *Hor che Verità ſarà queſta la più degna, e la più allegra del mondo*: Vado ad eum. *Si che è vero, che andiamo ancor noi à Dio in compagnia di Chriſto Auguſt. de verb. Do. citato dal S. D. in Cathena ſopra il corrente Euangelo* quod enim à Patre ad nos venit, miſericordia eſt, iuſtitia verò, quod ad Patrem vadit, ſecundum illud Apoſtoli. Propter quod & Deus exaltauit illum. Sed ſi ſolus vadit ad Patrem, quid nobis prodeſt? An ideò ſolus, quia Chriſtus vnus eſt cum omnibus membris ſuis tanquam caput cum corpore ſuo?

E queſta è la Predica tanto più degna di attentione, quanto il ſoggetto è più importante: & il non volerui attendere eſpreſſamente ſarebbe inditio di manifeſta cecità di mente, e per conſequenza di peccato: come lo proua il S. M. 2. 2. quæſt. 15. art. 1. doue in termini terminanti tratta: Vtrum cæcitas mentis ſit peccatum. *E riſponde*: Dicendum, quod ſicut cæcitas corporalis eſt priuatio eius, quod eſt principium corporalis viſionis: ita etiam cæcitas mentis eſt priuatio eius, quod eſt principium mentalis, ſiuè intellectualis viſionis: cui quidem principio intelligibili mens hominis poteſt intendere, vel non intendere. Et quod ei non intendat contingit dupliciter. Quandoque quidem ex hoc, quod habet voluntatem ſponcanèe ſe auertentem à conſideratione talis principij, ſecundum illud *Pſal.* 35. Noluit intelligere, vt benè ageret: Alio modo, per occupationem mentis circa alia, quæ magis diligit, quibus ab inſpectione huius principij mens auertitur, ſecundum illud *Pſal.* 57. Supercecidit ignis, ſcilicet concupiſcentiæ, & non viderunt Solem. Et vtroque modo cæcitas mentis eſt peccatum. *Si come principalmente ſarebbe nel caſo di non voler ſapere come Chriſto Signor Noſtro ci ha aperta la ſtrada per il Cielo. Non voglio credere che alcuno, che ſi troua à queſta Predica ſia tale, e però veniamo al Diſcorſo.*

E prima è certo che dobbiamo ſupporre, che Chriſto prima di ſalir al Cielo ci hà fatto la ſtrada à tutti. Così ce l'inſegna S. Gregorio Nazianzeno oratione 1. in Paſcha. Pauper, dice, factus eſt Chriſtus, vt nos illius paupertate

diteſcamus: Serui formam accepit, vt nos libertatem accipiamus, deſcendit, vt euehamur: tentatus eſt, vt vincamus; contemptus eſt, vt nos gloria afficiat: Mortuus eſt, vt ſeruet: Aſcendit, vt ad ſeipſum trahat humi prouolutos in peccati lapſu. *Eperò.*

Niuno deue diffidar di poter giongere al Cielo per gran peccatore, che ſia ſtato. Et aggionge S. Tomaſo, per baſſa, e vile conditione, che porti da ſuoi natali lib. 3. c. Gent. cap. 57. perche quod ſit virtute ſupernaturali, non impeditur propter naturæ diuerſitatem, cum diuina virtus ſit infinita, *ſicome* in ſanatione infirmi, quæ fit miraculosè, non differt vtrum aliquis parum, vel multum infirmetur; *Eperò* diuerſus gradus naturæ intellectualis non impedit quin infimum in tali natura ad illam viſionem perduci poſſit.

Et apporta l'Angelico iui à fortiori l'eſſempio degl' huomini, quali Chriſto vguaglia nella gloria alli Angeli: Vnde *proſequen. 3. Hinc Matth.* 22. Dominus Hominibus repromittit gloriam Angelorum (Erunt, inquit, de hominibus loquens, ſicut Angeli Dei in Cœlo) *Et Apocal.* 21. Eadem menſura hominis, & Angeli eſſe perhibetur. Per quod excluditur error quorumdam, qui dicebant, quod Anima humana, quantumcumque eleuetur, non poteſt ad æqualitatem ſuperiorum intellectuum peruenire.

Preſuppoſto queſto. A noi adeſſo. Chi di noi ſarà, che poſſa dir vn giorno: Vado ad eum? *Riſponde S. Tomaſo al queſito in più luoghi, e con argomenti efficaci, che ogn' vno potrà beniſſimo applicarli à ſe ſteſſo, e goderne molto nel ſuo interiore; Poiche come dice il medeſimo ſeruendoſi delle parole d'Origene in cathena aurea ſuper cap. 22. Matth.* Si quis enim proferat quædam dicta modica, & non firma, & non magnam virtutem rationis habentia, videntur macra eſſe, quæ proferuntur, ſaginata autem ſunt, cum ad vnamquamque propoſitionem exempla multa rationis probatione repleta inducuntur.

Ecco dunque il noſtro capitale di così grande ſperanza lib. 3. c. Gent. cap. 130. Cum mens vehementer amore, & deſiderio alicuius rei afficitur conſequens eſt, quod alia poſtponat. Ex hoc igitur, quod mens hominis amore, & deſiderio feruenter in Diuina fertur, in quo perfectionem conſtare manifeſtum eſt, conſequitur quod omnia, quæ ipſum poſſunt retardare, quominus feratur in Deum, abijciat, non ſolum rerum curam, & vxoris, & prolis affectum, ſed etiam ſui ipſius.

Ilche almeno ogn' vno deue procurare, quando gia s'annicina il ſuo tranſito all'altra vita, perche come dice il S. D. 4. Sent. d. 23. q. 1. ar. 3. quæſtiunc. 1. in c. Spiritualis curatio, quæ in fine adhibetur, debet eſſe perfecta (quia poſt eam alia non relinquitur) & lenis, vt ſpes, quæ exeuntibus maxime eſt neceſſaria, non frangatur, ſed foueatur.

Cho

Che però ſi dà all'hora all'infermo il Sacramento dell'eſtrema vntione, ſoggionge il S. D. in quæſtiunc. 2. Propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur non ſolum vt culpam tollat, ſed etiam reliquias.

Et aſſegna in q. 2. ar. 2. q. 2. in c. la cauſa immediata; Perche hoc Sacramentum eſt vltimum remedium, quod Eccleſia poteſt conferre. Quaſi immediatè diſponens ad Gloriam.

Et 4. c. Gent. cap. 73. Salubriter ei prouidetur, vt per hoc Sacramentum ſpiritualis curatio compleatur, & à reatu pœnæ temporalis liberetur; vt ſic nihil in eo remaneat quod in exitu animæ à corpore eum poſſit à perceptione Gloriæ impedire: Et ideò Iacobus addit; Et alleuiabit eum Dominus. Contingit etiam, quod Homo omnium peccatorum, quæ commiſit, notitiam, vel memoriam non habet, vt poſſit per pœnitentiam ſingula expurgare: Sunt etiam quotidiana peccata, ſine quibus præſens vita non agitur, à quibus oportet Hominem in ſuo exitu per hoc Sacramentum emundari, vt nihil inueniatur in eo, quod perceptioni gloriæ repugnet: Et ideò addit Iacobus: Quod ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Vnde manifeſtum eſt, quod hoc Sacramentum eſt vltimum, & quodammodo conſummatiuum totius ſpiritualis curationis, quo Homo quaſi ad participandam Gloriam præparatur: vnde & Extrema vnctio nominatur.

Hor qui ſento ſubito vno, che dice, ſe alla morte col Sacramento dell'Eſtrema Vntione poſſo eſſer così ben giuſtificato, & apparecchiato d'andarmene al Cielo, poſſo ben viuere tutta la mia vita ſenz'altro timore di mia ſalute' & aſpettar all'hora ad aggiuſtar i miei conti con Dio; Poiche come pur inſegna S. Tomaſo 12. qu. 42. art. 2. in corp. Cum timor proueniat ex phantaſia futuri mali, vt dicit Philoſoph. *in 2. Rhet.* illud quod remouet futuri mali phantaſiam, excludit etiam timorem. Quod autem non appareat aliquod malum vt futurum, poteſt contingere ex hoc, quòd eſt remotum, & diſtans: hoc enim propter diſtantiam imaginamur vt non futurum; Et ideò vel non timemus, vel parum timemus: vt enim Philoſophus dicit (ibidem) quæ valdè longæ ſunt, non timentur: Sciunt enim omnes quòd morientur: ſed quia non propè eſt, nihil curant.

Ad ogni modo riſponde il S. D. quodlib. 3. ar. 17. ad 2. Quilibet Sapiens vellet habere tantam virtutem, per quam poſſet etiam inter pericula ſecurus exiſtere: Sed quia præſumptuoſum eſt vt aliquis talem virtutem ſe habere præſumat, per quam poſſit etiam inter pericula eſſe tutus, virtuoſius eſt quod ſe extra pericula ponat.

Hor chi non sa, dice S. Agoſtino lib. de vita Chriſt. che: Neſcio qua hora veniat: *E però ſoggionge:* Semper vigila, vt quòd neſcis, quomodo veniat, paratum te inueniat, cum venerit: & ad hoc forte neſcis quando veniat, vt ſemper paratus ſis.

E concorda S. Gregorio lib. 12. Moral. Ad hoc autem Conditor noſter latere nos voluit finem noſtrum, diemque noſtræ mortis eſſe incognitum, vt dum ſemper ignoratur, ſemper proximus eſſe credatur: Et tantò quiſque ſit feruentior in operatione, quantò & incertus eſt de vocatione: vt dum incerti ſumus quando morianur, ſemper ad mortem parati debeamus venire.

Che però S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 54. art. 2. ad 4. Dicendum, quod timor Dei operatur ad vitationem cuiuslibet peccati, quia vt dicitur *Prou.* 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo: & ideò timor facit negligentiam vitare. Non tamen ita quod directè negligentia timori opponatur, ſed in quantum timor excitat hominem ad actus rationis: vnde etiam dicitur quod timor facit conſiliatiuos.

Ma non voglio omettere l'altra dottrina, che apporta iui inc. Dicendum, quod negligentia directè opponitur ſolicitudini: Solicitudo autem pertinet ad rationem, & rectitudo ſolicitudinis ad prudentiam: vnde per oppoſitum negligentia ad imprudentiam pertinet.

Et hoc etiam ex ipſo nomine apparet: quia Iſidorus dicit: Negligens dicitur quaſi nec eligens: Electio autem recta eorum, quæ ſunt ad finem, ad Prudentiam pertinet: Vnde negligentia pertinet ad imprudentiam.

Et indi art. 3. ſpiega poi meglio in che conſiſte la negligenza riſpondendo al queſito An & quando negligentia eſt peccatum mortale, vel veniale, de quo dicitur *Prou.* 19. Qui negligit viam ſuam, mortificabitur. *E dice così*: Dicendum, quod negligentia prouenit ex quadam remiſſione voluntatis, per quam contingit, quod ratio non ſolicitatur, vt præcipiat ea, quæ debet, vel eo modo, quo debet. Poteſt ergo dupliciter contingere, quod negligentia ſit peccatum mortale: Vno modo ex parte eius quod prætermittitur per negligentiam; quod quidem ſi ſit de neceſſitate ſalutis, ſiue ſit actus, ſiue circumſtantia, erit peccatum mortale: Alio modo ex parte cauſæ: Si enim voluntas in tantum ſit remiſſa circa ea, quæ ſunt Dei, vt totaliter à Dei Charitate deficiat, talis negligentia ſit peccatum mortale. Et hoc præcipuè contingit, quando negligentia ſequitur ex contemptu.

Alioquin ſi negligentia conſiſtat in prætermiſſione alicuius actus, vel circumſtantiæ, quæ non ſit de neceſſitate ſalutis; nec hoc fiat ex contemptu, ſed ex aliquo defectu feruoris, qui impeditur interdum per aliquod veniale peccatum, tunc negligentia non eſt mortale peccatum, ſed veniale.

Che però la N. S. Maeſtra de Via perfectionis cap. XXI. per sbandire l'vna, e l'altra negligenza dice: Nolite mirari, Chariſſimæ, quòd ad tam multa cum reflectere, & obſeruare oporteat, qui diuinum hoc iter ingredi vole-

di volet: ipſum quippe via regia eſt, ad Cœlum conducens. Et quia per illam incedentes, magnum theſaurum ſibi comparant, hinc nemo mirari debet, ſi caro is (prout quidem nobis videtur) conſtet: Tempus veniet, quo intelligemus, quam parua, & nihilum ſint omnia, quibus tantum præmium comparatum eſt; *Perilche ſoggionge*, cenſeo permultum, imò totum inde dependere, vt magnum & generoſum quoddam propoſitum faciamus non ante deſinendi, quam ad hoc peruenerimus, quidquid demum eueniat, ſequatur quidquid volet, tanto labore conſtet quanto poteſt, murmurent quicumque volent, eò pertingam vel in via ante expirem, vel ad viæ labores ferendos tatis fortis non ſim; denique totus terrarum orbis excidat, & pereat &c.

Lauude l Angelico 2. 2. quæſt. 139. art. 1. in corp. Dicendum, quod fortitudo importat quamdam animi firmitatem. Et hæc quidem firmitas animi requiritur in bonis faciendis, & in malis perferendis, & præcipuè in arduis bonis, vel malis. Homo autem ſecundum proprium, & connaturalem ſibi modum, hanc firmitatem in vtroque poteſt habere, vt non deficiat à bono propter difficultatem, vel alicuius ardui operis implendi, vel alicuius grauis mali perferendi: Et ſecundum hoc fortitudo ponitur virtus ſpecialis, vel generalis.

Sed viterius à Spiritu Sancto mouetur animus hominis ad hoc, quòd perueniat ad finem cuiuslibet operis inchoati, & euadat quæcumque pericula imminentia: Quod quidem excedit naturam humanam. Quandoque enim non ſubeſt poteſtati hominis, vt conſequatur finem ſui operis, vel euadat mala, ſeu pericula, cum quandoque opprimatur ab eis in morte. Sed hoc operatur Spiritus S. in homine, cum perducit eum ad vitam æternam, quæ eſt finis omnium bonorum operum, & euaſio omnium periculorum. Et huius rei infundit quandam fiduciam menti Spiritus S. contrarium timorem excludens. Et ſecundum hoc fortitudo ponitur donum Spiritus Sancti. Dona autem reſpiciunt motionem animæ à Spiritu Sancto. *Che però leggiamo, che la medeſima Santa Madre nell' vltima hora di ſua vita ripetena ſpeſſo quelle parole del Real Profeta:* Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. *Sapendo beniſſimo che come inſegna il S. M. 1. p. quaſt. 43. art. 3. ad 1.* Per donum gratiæ gratum facientis perficitur creatura rationalis ad hoc quòd libere non ſolum ipſo dono creato vtatur, ſed vt ipſa diuina Perſona fruatur.

Et ex 1. Sent. diſt. 14. art. 2. in ſolutione ad 2. Perſona diuina non poteſt haberi à nobis, niſi vel ad fructum imperfectum, & ſic habetur per donum gratiæ gratum facientis: Vel ad fructum perfectum, & ſic habetur per donum Gloriæ.

E così ogn' vno, che viue con tal ſperanza, deue raccorrer al diuino aiuto,

ſenza

senza il quale è impossibile, che alcuno si salui quæst. 6. de Veritate art. 1. Sicut de prouidentia supra dictum est, quod consistit in actu rationis, sicut & prudentia, cuius est pars, eo quod solius rationis est dirigere, vel ordinare; ita etiam & prædestinatio in actu rationis consistit dirigentis, vel ordinantis in finem: Sed ad directionem in finem, præexigitur voluntas finis. Nullus enim aliquid in finem ordinat, quod non vult, &c. Et ideò prædestinatio præsupponit electionem, per quam Deus vult salutem alicuius.

Et quæst. 5. de Verit. art. 1. ad 8. doue spiega quel detto di Boetio 4. de consolatione, che dice: Quod Prouidentia est illa diuina ratio in summo omnium Principe constituta, *così soggionge:* Dicendum quod ratio illa in summo Principe constituta non dicitur prouidentia, nisi adiuncto ordine ad finem, ad quem præsupponitur voluntas finis. Vnde licet essentialiter ad cognitionem pertineat, tamen voluntatem aliquo modo includit.

Et art. 4. quæstiones 23. Dicendum, quod prædestinatio secundum rationem præsupponit electionem, & electio dilectionem. Cuius ratio est. Quia prædestinatio est pars prouidentiæ: prouidentia autem sicut & prudentia, est ratio in intellectu existens præceptiua ordinationis aliquorum in finem, vt supra dictum est. Non autem præcipitur aliquid ordinandum in finem, nisi præexistente voluntate finis. Vnde Prædestinatio aliquorum in salutem æternam præsupponit secundum rationem, quod Deus illorum velit salutem: ad quod pertinet electio, & dilectio.

E conseguentemente anche tutti li suoi proprii mezzi, & aiuti efficaci conforme alla definitione, che ne da S. Agostino lib. de dono perseuer. cap. 14. doue dice così: Prædestinatio Sanctorum nihil est aliud, quam præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur.

E però chiunque aspira alla Visione di Dio, dal medesimo deue raccorrere per effetti transmesso p. p. quæst. 23. art. 1. in c. poiche ad prouidentiam pertinet res in finem ordinare. Finis autem, ad quem res creatæ ordinantur à Deo, est duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ, & facultatem, & hic finis est vita æterna, quæ in diuina Visione consistit, quæ est supra naturam cuiuslibet creaturæ. Alius autem finis est naturæ creatæ proportionatus, quem scilicet res creata potest attingere secundum virtutem suæ naturæ; Ad illud autem, ad quod non potest aliquid virtute suæ naturæ peruenire, oportet quod ab alio transmittatur, sicut sagitta à saggitante mittitur ad signum. Vnde proprie loquendo, rationalis creatura, quæ est capax vitæ æternæ perducitur in ipsam quasi à Deo transmissa: cuius quidem transmissionis

ratio

ratio in Deo præexiſtit, ſicut & in eo eſt ratio ordinis omnium in finem, quam diximus eſſe prouidentiam.

Con la quale dice il S. M. de Verit. quæſt. 5. art. 1. ad 3. s'vniſce parimente la Prudenza d'accettar non ſolo il fine della Beatitudine, mà anche i mezzi ordinati ad eſſo: Patet ergo quod prudentiæ eſt, aliqua ordinatè ad finem diſponere. Et quia iſta diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad finem, in finem per prudentiam eſt per modum cuiuſdam ratiocinationis, cuius principia ſunt fines (ex eis enim trahitur tota ratio ordinis prædicti in omnibus operabilibus, ſicut manifeſtè apparet in artificiatis) ideò ad hoc quod quis ſit prudens, requiritur quod benè ſe habeat circa ipſos fines: non enim poteſt eſſe recta ratio, niſi principia rationis ſaluentur, & ideò ad prudentiam requiruntur, & intellectus finium, & virtutes morales, quibus affectus rectè collocatur in fine; Et propter hoc oportet omnem prudentem eſſe virtuoſum, *vt in 6. Ethic.* dicitur. In omnibus autem virtutibus, & actibus animæ ordinatis, hoc eſt commune, quod virtus primi ſaluatur in omnibus ſequentibus. Et ideò in prudentia quodammodo includitur, & voluntas, quæ eſt de fine, & cognitio finis non tantum ſpeculatiua, ſed etiam practica.

Mi diranno: E quali ſono le virtù prattiche per gionger al Cielo, dettate dalla Prudenza? A queſto riſponderò nella

SECONDA PARTE.

Matth. 15. *ſi lege*: Si cæcus ducatum cæco præſtet, ambo in foueam cadunt. *Che però S. Tomaſo quodlib. 3. art. 10. in corp.* Dicendum, quod diuerſæ opiniones Doctorum Sacræ Scripturæ, ſi quidem non pertineant ad Fidem, & bonos mores, abſque periculo Auditores vtramque opinionem ſequi poſſunt: Tunc enim habet locum quod Apoſtolus dicit *ad Rom.* 14. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat.

In his verò, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores, nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius Magiſtri, in talibus enim ignorantia non excuſat: Alioquin immunes à peccato fuiſſent, qui ſequuti ſunt opinionem Arrij, Neſtorij, & aliorum Hæreſiarcharũ.

Nec poteſt excuſationem habere propter ſimplicitatem Auditorum, ſi in talibus erroneam opinionem ſequantur. In rebus enim dubijs non eſt de facili præſtandus aſſenſus; quinimò, *vt Auguſtin. dicit in lib. 3. de Doctrina Chriſtiana*, conſulere debet quis regulam fidei, quam de Scripturarum planioribus locis, & Eccleſiæ auctoritate percepit. Qui ergo aſſentit opinioni alicuius Magiſtri contra manifeſtum Scripturæ teſtimonium, ſiue contra id, quod publicè tenetur ſecundum Eccleſiæ auctoritatem, non poteſt ab erroris vitio excuſari.

A noi adeſſo. Qual prudenza ci ſuggeriſce la Sacra Scrittura per il Cielo? S. Paolo ad Rom. 8. Prudentia carnis mors eſt. *Vnde l'Angelico* 2. 2. *qu.* 55. *art.* 1. *ad* 3. Dicendum, quod diabolus nos tentat non per modum appetibilis, ſed per modum ſuggerentis: Et ideò cum prudentia importet ordinem ad aliquem finem appetibilem, non ita dicitur prudentia diaboli; ſicut prudentia reſpectu alicuius mali finis, ſub cuius ratione tentat nos mundus, & caro; inquantum ſcilicet proponuntur nobis ad appetendum bona mundi, vel carnis: Et ideò dicitur prudentia carnis, & etiam prudentia mundi; ſecundum illud *Lucæ 16.* Filij huius ſæculi prudentiores ſunt in generatione ſua &c. Apoſtolus autem totum comprehendit ſub prudentia carnis; quia etiam exteriores res mundi appetimus propter carnem.

Il qual appetito all' hora è mortifero ſoggionge il S. D. iui articulo 2. Quòd in cura carnis conſtituatur vltimus finis totius vitæ: quia per hoc homo auertitur à Deo, cum impoſſibile ſit eſſe plures fines vltimos.

E cosi per conſeguenza ſoggionge 2. 2. *q.* 47. *art.* 13. *in c. tal prudenza è falſa:* Dicendum, quod eſt quædam prudentia falſa, vel per ſimilitudinem dicta: cum enim prudens ſit, qui benè diſponit ea, quæ ſunt agenda propter aliquem bonum finem; ille qui propter malum finem aliqua diſponit congruentia illi fini, habet falſam prudentiam, inquantum illud quod accipit pro fine non eſt verè bonum, ſed ſecundum ſimilitudinem: ſicut dicitur aliquis bonus latro: Hoc enim modo poteſt ſecundum ſimilitudinem dici prudens latro, qui conuenientes vias adinuenit ad latrocinandum: Et huiuſmodi eſt prudentia, de qua Apoſtolus dicit *Rom.* 8. Prudentia carnis mors eſt, quæ ſcilicet finem vltimum conſtituit in delectatione carnis.

Non è dunque tal prudenza à propoſito per il Cielo. Qual ſarà dunque habile, e vera? Riſponde iui, che Prudentia eſt vera, & perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè conſiliatur, iudicat, & præcipit: Et hæc ſola dicitur prudẽtia ſimpliciter, quæ in peccatoribus eſſe non poteſt.

E però è congionta con la diuina gratia ibidem art. 14. In argumento ſed contra: *Eſſendo che* nullus habet gratiam, niſi ſit virtuoſus: ſed nullus poteſt eſſe virtuoſus, niſi habeat prudentiam: *Dicit enim Gregorius in* 2. *Mor.* quod cæteræ virtutes niſi ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſunt. Ergo omnes habentes gratiam, habent prudentiam.

E la Gratia vnita con la prudenza portano à Dio, e s'applicano non ſolo alli mezzi neceſſarij per eſſo: ma in molti anche ſoprabondano in quelli, che ſono ad melius eſſe; *e più perfetti* 2. 2. *quæſt.* 47. *art.* 14. *doue propone la difficoltà* vtrum prudentia ſit in omnibus habentibus gratiam, *e riſponde:* Dicendum quod neceſſe eſt virtutes eſſe connexas, itaut qui vnam habet,

habet, omnes habeat: quicunque autem habet gratiam, habet charitatem: vnde neceſſe eſt, quod habeat omnes alias virtutes; & ita cum prudentia ſit virtus, neceſſe eſt quod habeat prudentiam.

Oppone in contrario: Videtur quod prudentia non ſit in omnibus habentibus gratiam: ad prudentiam enim requiritur induſtria quædam, per quam ſciant benè prouidere quæ agenda ſunt: ſed multi habentes gratiam carent tali induſtria. Ergo non omnes habentes gratiam habent prudentiam.

Riſponde: Dicendum, quod duplex eſt induſtria: Vna quidem, quæ eſt ſufficiens ad ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Et talis induſtria datur omnibus habentibus gratiam, quos vnctio docet de omnibus, vt dicitur 1. *Io.* 2. Eſt autem alia induſtria plenior, per quam aliquis ſibi, & alijs poteſt prouidere, non ſolum de his, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſed etiam de his, quæ ſunt ad benè eſſe. Et talis induſtria non eſt in omnibus habentibus gratiam.

E queſt' induſtria alcuni l'imparano da altri ibi. ad 2. Dicendum, quod illi, qui indigent regi conſilio alieno, ſaltem in hoc ſibi ipſis conſulere ſciunt (ſi gratiam habent) vt aliorum conſilia requirant, & diſcernant conſilia bona à malis.

Che è anche vna gran miſericordia di Dio, quando queſti tali acconſentono à ſimili conſigli, come dice S. Agoſtino in Pſal. 87. circa finem, *doue dice*: Quomodo crederem, niſi audirem. Sed vt audita crederem, ipſe me attraxit. Et ſuper *cap. 6. Ioan.* Hæc ſi ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt, intus datur &c. intus coruſcat, intus reuelatur.

E S. Tomaſo quodlib. 2. quæſt. 4. art. 1. in corp. Credere eſt ſuper potentiam hominis naturalem: vnde ex dono Dei prouenit.

Et 2. 2. *quæſt. 5. art. 3. ad 1. dice*: Articulos fidei, de quibus Hæreticus non errat, non tenet eodem modo, ſicut tenet eo fidelis, ſcilicet ſimpliciter inhærendo primæ Veritati, ad quod indiget homo adiuuari per habitum fidei.

Et quæſt. 6. art. 1. Cum homo aſſentiendo his, quæ ſunt Fidei, elenetur ſupra naturam ſuam, oportet, quod hoc inſit ei ex ſupernaturali principio interius mouente, quod eſt Deus. Et ideò fides quatenus ad aſſentiendum, qui eſt principalis actus fidei, eſt à Deo interius mouente per gratiam.

Et 1. 2. *quæſt. 62. art.* 1. *in c. parlando in commune di tutte le Virtù Teologali dice*: Per virtutem perficitur homo ad actus, quibus in Beatitudinem ordinatur. Eſt autem duplex hominis Beatitudo, ſiue fœlicitas. Vna quidem proportionata humanæ naturæ, ad quam ſcilicet homo peruenire poteſt per principia ſuæ naturæ.

Alia autem eſt Beatitudo naturam hominis excedens, ad quam

homo ſola diuina virtute peruenire poteſt, ſecundum quamdam diuinitatis participationẽ, ſecundum quod dicitur 2. *Petri* 1. Quod per Chriſtum facti ſumus conſortes diuinæ naturæ. Et quia huiuſmodi Beatitudo proportionem humanæ naturæ excedit, principia naturalia hominis, ex quibus procedit ad hanc agendum ſecundum ſuam proportionem, non ſufficiunt ad ordinandum hominem in Beatitudinem prædictam, oportet, quod ſuperaddantur homini diuinitus aliqua principia, per quæ ita ordinetur ad Beatitudinem ſupernaturalem, ſicut per principia naturalia ordinatur ad finem connaturalem, non tamen abſque adiutorio diuino. Et huiuſmodi principia virtutes dicuntur Theologicæ: tum quia habent Deum pro obiecto inquantum per eas rectè ordinantur in Deum: tum quia à ſolo Deo nobis infunduntur: tum quia ſola diuina reuelatione in Sacra Scriptura huiuſmodi virtutes traduntur.

Hõrsù dunque chi aſpira à così nobile Concluſione di poter dir con Chriſto: Vado ad eum, *preparati di acconſentire all'eſſercitio di così nobili Virtù, poiche è certo, che deuono pratticarſi col noſtro libero arbitrio; Che però il S. Concilio Trid. ſeſs. 6. can. 4. così determina*: Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, nec poſſe diſſentire, ſi velit; ſed velut inane quoddam nihil omninò agere, mereque paſſiuè ſe habere anathema ſit.

Et apporta la ſua ragione il S. D. 2. ſent. d. 40. q. 1. art. 3. in corp. Perche ad præmium eſſentiale ordinatur actus per bonitatem, quam habet à voluntate prout ex liberalitate redditur, & ex amore.

E conforme è maggiore, ò minore, così diſtingue i gradi della Viſione beatifica 4. S. d. 49. q. 1. art. 4. quæſt. 4. in c. doue dice che vis merendi eſt in omnibus ex charitate, quæ habet ipſum finem pro obiecto: Et ideò diuerſitas in merendo tota refunditur ad diuerſitatem Charitatis; & ſic Charitas viæ diſtinguet manſiones per modum meriti.

Et quæſt. 5. art. 1. ad 5. Dicendum, quod maior eſt excellentia meriti quæ conſurgit ex charitate, quam illa quæ conſurgit ex genere actus: ſicut finis ad quem ordinat charitas eſt potior his quæ ſunt ad finem, circa quæ actus noſtri conſiſtunt: Vnde etiam præmium reſpondens merito ratione charitatis, quantumcumque ſit paruum, eſt maius quolibet præmio reſpondente actui ratione ſui generis: Et ideò Aureola diminutiuè dicitur reſpectu Aureæ.

Et in 4. S. diſt. 15. q. 1. art. 3. quæſt. 4. in corp. Dicendum, quod meritum propriè dicitur actio, qua efficitur, vt ei qui agit, ſit iuſtum aliquid dari. Sed iuſtitia dupliciter dicitur: vno modo propriè, quæ

ſcili-

ſcilicet reſpicit debitum ex parte recipientis: Alio modo quaſi ſimilitudinarie, quæ reſpicit debitum ex parte dantis: aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi: Et ſic Iuſtitia eſt de eſſentia diuinæ bonitatis; ſicut Anſelmus dicit quod Deus iuſtus eſt cùm peccatoribus parcit, quia eum decet.

Et ſecundum hoc meritum etiam dicitur dupliciter: vno modo actus, per quem efficitur, vt ipſe agens habeat debitum recipiendi; Et hoc vocatur meritum condigni. Alio modo, per quem efficitur, vt ſit debitum dandi in dante ſecundum decentiam ipſius; & ideò hoc meritum dicitur meritum congrui. Cum autem in omnibus illis, quæ gratis dantur, prima ratio dandi ſit amor, impoſſibile eſt, quòd aliquis tale ſibi debitum faciat qui amicitia caret; Et ideò cum omnia bona (& temporalia, & æterna) ex diuina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere poteſt debitum recipiendi aliquod illorum, niſi per charitatem ad Deum: Et ideò opera extra charitatem facta, non ſunt meritoria ex condigno neque æterni, neque temporalis alicuius boni apud Deum.

Sed quia diuinam bonitatem decet, vt vbicumque diſpoſitionem inuenit perfectionem adijciat, ideò ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra charitatem facta. Et ſecundum hoc opera iſta valent ad triplex bonum; ſcilicet ad temporalium conſecutionem, ad diſpoſitionem ad gratiam, & ad aſſuetudinem bonorum operum: Quia tamen hoc meritum non propriè meritum dicitur, ideò magis concedendum eſt quòd huiuſmodi opera non ſint alicuius meritoria, quam quod ſint.

Mà non voglio tralaſciar a queſto propoſito quell'altra Dottrina, che apporta 3. p. quæſt. 89. art. 6. ad 3. Dicendum, quod Deus recordatur bonorum, quæ quis fecit in ſtatu peccati, non vt remuneret ea in vita æterna, quæ debetur ſolis operibus viuis, ideſt, ex charitate factis: ſed remunerat ea temporali remuneratione, ſicut *Gregor. dicit in Homil.* de Diuite, & Lazaro, quod niſi Dives ille aliquod bonum egiſſet, & in præſenti ſæculo remunerationem accepiſſet, nequaquam ei Abraham diceret: Receepiſti bona in vita tua.

O vero vn' altra eſpoſitione, che fà anche à propoſito per molti caſi. Vel etiam hoc poteſt referri ad hoc, quod patiatur tolerabilius iudicium. Vnde *dicit Auguſt. in lib. de patientia*: Non poſſum ris dicere Schiſmatico: Melius fuiſſet, vt Chriſtum negando nihil eorum pateretur, quæ paſſus eſt confitendo: Sed exiſtimandum eſt tolerabilius ei futurum iudicium? quam ſi Chriſtum negando nihil eorum pateretur.

Vnde *ſoggionge*: Id quod ait Apoſtolus: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt;

intelli-

intelligitur ad Regnum Cœlorum obtinendum, non autem ad extremi ſupplicij iudicium tolerabilius ſubeundum.

Ma non ci paſſi per mente il conſolarci con queſto ſi debil merito; mà ben ſi con quel grande di giunger al Cielo, come conclude in due parole S. Gio. Criſoſtomo Matth. 11. eſponendo quel detto di Chriſto S. N. Regnum Cœlorum vim patitur. Grandis violentia eſt in terra naſci, & Cœlum rapere, & habere per virtutem, quod non poſſumus habere per naturam. Quod nobis concedat &c.

DOMINICA V. POST PASCHA.

Amen amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Io.* 16.

S. *Tomaſo* de principijs naturæ *lib.* 1. *cap.* 2. Sciendum quod non eſt impoſſibile quod idem habeat plures cauſas, vt Idolum, cuius cauſa eſt cuprum, & Artifex: Artifex vt efficiens; Cuprum autem vt materia. Nec eſt impoſſibile, vt idem ſit cauſa contrariorum, ſicut Gubernator eſt cauſa ſalutis nauis, & ſubmerſionis, ſed huius per ſuam abſentiam, illius per ſuam præſentiam, vt dicit Philoſophus 2. Phyſic. *Così nelle coſe humane ſoggionge il S. M. 2. 2. quæſt. 83. art. 2. in corp.* Conſiderandum eſt quod ex diuina prouidentia non ſolum diſponitur qui effectus fiant, ſed etiam ex quibus cauſis, & quo ordine proueniant: inter autem alias cauſas ſunt etiam quorumdam cauſæ actus humani: Vnde oportet homines aliqua agere, non vt per actus ſuos diuinam diſpoſitionem immutent, ſed vt per actus ſuos impleant quoſdam effectus ſecundum ordinem à Deo diſpoſitum. Et idem etiam eſt de naturalibus cauſis. Et ſimile eſt etiam de Oratione: Non enim propter hoc oramus, vt diuinam diſpoſitionem immutemus, ſed vt id impetremus, quod Deus diſpoſuit per Orationem Sanctorum eſſe impendum; vt ſcilicet homines poſtulando mereantur accipere quod eis Deus Omnipotens ante ſæcula diſpoſuit donare *vt Gregorius dicit in lib. Dialogorum. Ilche tanto più dobbiamo crederlo, mentre ne habbiamo l'autorità diuina nelle citate parole;* Amen amen dico vobis &c. *Vnde l'Angelico quæſt. 5. de creatione materiæ art. 2. ne dà la ſua ragione. Perche* Deus non poteſt aliquid facere in diminutionem ſuæ auctoritatis, quia non poteſt non amare ſeipſum, atque adeò omnia,

quæ

quæ ad ipſum pertinent: eſſet autem contrà amorem ſui ipſius diminuere propriam auctoritatem. *E come ogni noſtro bene ci venghi in ſuo nome, da Dio, e giunta la noſtra Oratione, e Fede lo dice il medeſimo Angelico quæſtione de potentia ad* 19. Notandum quod in aliquo opere &c. cauſa principalis Phyſica eſt Deus, cauſa principalis meritoria Chriſtus Dominus, eiuſque merita, cauſa tanquam inſtrumentalis iuſtus operans; Fides autem eſt tanquam cauſa nobis applicans Chriſti merita, & velut quædam oratio tacita, vel expreſſa ad impetrandum &c. itaut omnia per fidem impetrentur à Deo iuxta Chriſti promiſſum: Omnia quæcumque orantes petitis credite quia accipietis, & euenient vobis. *Marci* 11. *E nel caſo del corrente Euangelo*: Amen amen dico vobis &c.

E però quello, che ci hà inſegnato Chriſto S. N. dobdiamo tenerlo per Regola infallibile, come dice S. Baſilio in Conſtit. Monaſt. Omnis actio, omnis item Sermo Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti excolendæ pietatis, virtutiſque obeunda regula eſt. *Mà ſe pure alcuno di loro deſideraſſe, come in fatti fia ſtata ben'ordinata, e regolata l'ORATIONE attendino al Diſcorſo, e comincio.*

E prima mi piace molto la rifleſſione del medeſimo Angelico nella 2. 2. *art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quòd Deus nobis multa præſtat ex ſua liberalitate, etiam non petita: Sed quod aliqua vult præſtare nobis petentibus hoc eſt propter noſtram vtilitatem; vt ſcilicet fiduciam quamdam accipiamus recurrendi ad Deum; & vt recognoſcamus eum eſſe bonorum noſtrorum auctorem: Vnde Chryſoſt. dicit: Conſidera quanta eſt tibi conceſſa fœlicitas, quanta gloria attributa, ORATIONIBVS fabulari cum Deo, cum Chriſto miſcere colloquia, optare, quod velis, quod deſideras, poſtulare.

E quel, che è degno di marauiglia è, che da queſta Oratione ne meno eſclude il pouero peccatore iui art. 16. *doue tratta* Vtrum peccatores orando impetrent aliquid à Deo: *E cosi* in corpore Art. *oſſerua*: Poſſe in peccatore conſiderari naturam, & culpam, *e conclude che* Orationem peccatoris ex bono naturæ deſiderio procedentem Deus audit, non quaſi ex iuſtitia: quia peccator non meretur: ſed ex pura miſericordia.

E nella riſpoſta ad 2. *dice*: Quamuis eius oratio non ſit meritoria, poteſt tamen eſſe impetratoria, quia meritum innititur iuſtitiæ, ſed impetratio innititur gratiæ.

Et quæſt. 6. *de potentia art.* 9. *ad* 5. Interdum Deus peccatores audit ex ſua liberalitate: licet non ex eorum merito. Et ſic eorum oratio impetrat, licet non ſit meritoria: Sicut & aliquando Iuſti oratio meretur, ſed non impetrat: Nam impetratio pertinet ad id, quod petitur, & innititur ſoli gratiæ: meritum autem pertinet ad finem, quem

quis

quis meretur, & innititur iuſtitiæ. *Et alle volte anche alla pura congruenza 3. p. q. 2. art. 11.* Meruerunt Sancti Patres incarnationem deſiderando, & petendo: congruum enim erat, vt Deus exaudiret eos, qui ei obediebant &c.

Et 2. 2. q. 83. art. 3. aggionge queſt' altre ragioni, Dicendum, quod ad Religionem propriè pertinet reuerentiam, & honorem Deo exhibere: Et ideò omnia illa, per quæ reuerentia Deo exhibetur, pertinent ad Religionem. Per orationem autem homo Deo reuerentiam exhibet, inquantum ſcilicet ei ſe ſubijcit, & profitetur orando ſe eò indigere, ſicut auctore ſuorum bonorum. *Et indi nella riſpoſta ad 2. così conchiude.* Non ſolum petere quæ deſideramus, ſed etiam rectè aliquid deſiderare ſub præcepto cadit: ſed deſiderare quidem cadit ſub præcepto Charitatis; petere autem, ſub præcepto Religionis: *E quello che dobbiamo deſiderare, è domandare loſpiega poi il S. M. 4. Sent. diſt. 15. q. 4. art. 1. ad 3. q. dicendo che*: Oratio cadit ſub præcepto, & determinatè, & indeterminatè. Determinatè quidem ad aliquas orationes ex præcepto tenentur illi, qui ex officio ſunt medij inter Deum, & Populum conſtituti, ſicut Miniſtri Eccleſiæ: vnde ex officio eis incumbit preces ad Deum in perſona totius Eccleſiæ fundere; & ideò ex Statuto Eccleſiæ tenentur ad Horas Canonicas dicendas. Sed indeterminatè ad Orationem quilibet tenetur ex hoc ipſo, quod tenetur ad bona ſpiritualia ſic procuranda, quæ non niſi diuinitus dantur: Vnde alio modo procurari non poſſunt, niſi vt ab ipſo petantur. Omnibus etiam qui Eccleſiæ miniſterio non funguntur, videtur ab Eccleſia determinatum tempus orandi ſtatutum eſſe, cum ex Canonum Statuto teneantur diebus feſtis diuinis Officijs intereſſe, vt Miniſtris pro Populo orantibus ſuam intentionem conforment.

Di più dobbiamo ſupporre per l'Oratione alcuni auuiſi della N. S. Madre Tereſa ex cap. 14. 26. & 40. vitæ, ciòè: Che Orationi ſolitudo in primis eſt neceſſaria; qualem ſectatum Redemptorem noſtrum conſtat, nobis vt hic exemplo præiret. Neque enim par eſt cum Deo ſimul, & cum mundo colloqui: quemadmodum faciunt illi, qui interdum orant, aliorum ſermonibus intendunt, vel de rebus oblatis promiſcuè cogitant, nulla alia ſibi facta violentia. His ritè conſtitutis, ante omnia conſcientia examinanda eſt, generalis præmittenda delictorum confeſſio, & crucis efformandum ſignaculum. Quam primum ergo vbi ſe ſolum iam quis eſſe videt, ſocium ſibi quærat: nulla porrò haberi melior ſocietas poteſt, quàm Domini noſtri Ieſu Chriſti. Eum ergo nobis vicinum, & adſtantem repræſentemus. Hunc ſi nobis præſentem habere aſſueſcamus, & id ipſe nos amore facere, noſque ſibi ſincerè gratificari velle viderit; ſemper illum præſentem habe-

habebim us. Et sanè permagni refert, talem semper ad latus amicum habere. *Mà molto più persuadeua*, ipsum vt quæreremus, & in intimis animæ penetralibus nobis præsentem fingeremus; Hoc quippe maioris est emolumenti. *Di qui soggiongeua*: Necesse minimè esse consideratione in Cœlum ferri, vel extrà nos ipsos longius excedere. Aliò namque extrà tendere aliud non esse, quam spiritum defatigare, mentem distrahere; & non tantum inde ad animam commodum deriuari.

Nel che concorda l'Angelica Maestra col medemo Angelico D. 2. 2. quæst. 83. art. 1. ad 2. Alio modo ex parte ipsius petentis, quem oportet accedere ad eum, à quo petit; vel loco, sicut ad hominem; vel mente, sicut ad Deum: *vnde dicit Dyonisius*, quod quando orationibus inuocamus Deum, reuelata mente adsumus ipsi: & secundum hoc etiam *Damascenus dicit*, quod oratio est ascensus mentis in Deum.

In cui dobbiamo hauer molta confidanza dice il S. Martire art. 9. ad 5. Dicendum, quod oratio non porrigitur Deo, vt ipsum flectamus, sed vt in nobis ipsis fiduciam excitemus postulandi: Quæ quidem præcipuè excitatur in nobis considerando eius Charitatem ad nos, qua bonum nostrum vult: Et ideò dicimus Pater noster.

La qual Oratione, dice il S. D. opusc. 7. de expositione orationis Dominicæ, inter alias principalior inuenitur. *E così nella sua espositione intenderemo il suo buon'ordine, e come si deue regolar ogn'vno in pratticarla. E però segue con questo bel discorso.* Habet enim quinque excellentias, quæ in oratione requiruntur: debet enim esse oratio secura, recta, ordinata, deuota, & humilis.

Secura quidem, vt cum fiducia adeamus ad thronum gratiæ eius, vt dicitur *ad Heb. 4.* In fide etiam non deficientes: dicitur enim *Iac. 1.* Postulet autem in fide nihil hæsitans. Rationabiliter autem hæc oratio est securissima: est enim ab Aduocato nostro formata, qui est Sapientissimus petitor, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, vt dicitur *ad Colos. 2. De quo dicitur 1. Io. 2.* Aduocatum habemus apud Patrem: *vnde dicit Cyprianus in lib. de Oratione Domini:* Cum Christum habeamus aduocatum apud Patrem pro peccatis nostris, quando pro delictis nostris petimus, Aduocati nostri verba proponamus. Vlterius securior apparet ex hoc, quòd ipse qui orationem exaudit cum Patre, docuit nos orare, secundum illud *Psal. 90.* Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: *Vnde Cyprianus dicit*: Amica, familiaris, & deuota est oratio, Dominum de suo rogare. Vnde ab hac oratione nunquam sine fructu receditur; nam per eam venialia dimittuntur, *vt dicit Augustinus.*

Debet etiam esse Oratio nostra recta, vt petat orans à Deo quæ si-

bi conueniunt: *Nam Damaſcenus dicit*, Oratio eſt petitio decentium à Deo. Multoties enim non exauditur oratio, quia indecentia poſtulantur. *Iacobi* 4. Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis. Scire autem quid ſit petendum, difficilimum eſt, cùm difficilimum ſit ſcire quid ſit deſiderandum: ea enim quæ licitè petuntur in oratione, licitè deſiderantur: *Et ideò Apoſt. dicit ad Rom.* 8. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus. Ipſe autem Chriſtus Doctor eſt: nam ipſius eſt docere quid nos orare oporteat: Nam Diſcipuli dixerunt ei *Luc.* 11. Domine doce nos orare. Ea ergo quæ ipſe orare docuit, rectiſſimè poſtulantur: *Vnde Auguſt.* quæcumque autem verba dicamus, nihil aliud dicimus, quam quod in iſta Oratione poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus.

Debet etiam eſſe Oratio ordinata ſicut deſiderium, cum oratio ſit deſiderij interpres: eſt autem hic debitus ordo, vt ſpiritualia carnalibus, cœleſtia terrenis deſiderando, & orando præferamus, ſecundum illud *Matth.* 6. Primum quærite regnum Dei &c. Hunc Dominus in oratione ſeruare docuit, in qua primò petuntur cœleſtia, & poſtmodum terrena.

Che però ſoggionge il S. M. in cap. 9. Iob. ſopra quelle parole: Cum inuocantem exaudierit me, non credo, quod audierit vocem meam. Contingit, quod Deus hominem exaudiuit, non ad votum, ſed ad profectum. Sicut Medicus non exaudit infirmum ad votum poſtulantem amouere medicinam amaram: exaudit tamen ad profectum, quia per hoc ſanitatem inducit, quam maximè infirmus deſiderat. Ita Deus homini in tribulationibus conſtituto, tribulationes non ſubtrahit, quamuis deprecanti, quia ſcit eas expedire ad ſalutem: Et ſic licet Deus verè exaudiat, tamen homo ſe exaudiri non credit.

Debet etiam Oratio eſſe deuota; quia pinguedo deuotionis facit Sacrificium Orationis eſſe Deo acceptum, ſecundum illud *Pſal.* 62. In nomine tuo leuabo manus meas; ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Deuotio autem plerumque propter prolixi atem orationis obtunditur: Vnde Dominus ſuperfluam orationis prolixitatem docuit vitare dicens *Matth.* 6. Orantes autem nolite multum loqui: *Et Auguſtinus dicit ad Probam.* Abſit ab tuatione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeueret intentio: Vnde Dominus hanc Orationem breuem inſtituit.

Conſurgit autem deuotio ex charitate, quæ eſt amor Dei, & proximi, quorum vtrumque in hac oratione oſtenditur: nam ad inſinuandum diuinum amorem, vocamus eum Patrem: ad inſinuandum autem amorem proximi communiter pro omnibus oramus, dicentes Pater noſter &c. Et dimitte nobis debita noſtra &c. Ad quod proximorum dilectio nos inducit.

De-

Debet etiam Oratio esse humilis secundum illud *Psal.* 101. v. 18. Respexit in orationem humilium: *Et Lucæ* 18. *de Pharisæo, & Publicano, & Iudit.* 9. Humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio; Quæ quidem humilitas in hac oratione seruatur: nam vera humilitas est, quando aliquis nihil ex suis viribus præsumit, sed totum ex diuina virtute impetrandum expectat.

E se alcuno fosse curioso di sapere, perche sono sette le domande, che s'includono nel Pater noster. *L'insegna parimente il S. D. 2. 2. q. 83. art. 9. in corp.* Dicendum, quod Oratio Dominica perfectissima est; quia sicut *Augustin. dicit ad Probam.* Si rectè & congruenter oramus, nihil aliud dicere possumus, quam quod in istâ Oratione Dominicâ positum est. Quia enim Oratio est quodammodo desiderij nostri interpres apud Deum, illa solùm rectè orando petimus, quæ rectè desiderare valemus: in Oratione autem Dominica non solum petuntur omnia, quæ rectè desiderare possumus, sed etiam eo ordine, quo desideranda sunt; vt sic hæc Oratio non solùm instruat postulare, sed etiam sit informatiua totius nostri affectus.

Manifestum est autem, quod primò cadit in desiderio nostro finis, deinde ea, quæ sunt ad finem: Finis autem noster Deus est, in quem noster affectus tendit dupliciter: vno quidem modo prout volumus gloriam Dei: Alio modo secundum quod volumus frui gloria eius: Quorum primum pertinet ad dilectionem, qua Deum in seipso diligimus: secundum verò pertinet ad dilectionem qua diligimus nos in Deo. Et ideò prima petitio ponitur, Sanctificetur nomen tuum per quam petimus gloriam Dei. Secunda verò ponitur, Adueniat regnum tuum, per quam petimus ad gloriam regni eius peruenire.

Ad finem autem prædictum nos ordinat aliquid dupliciter; Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, bonum quod est vtile in finem: Est autem aliquid vtile in finem Beatitudinis dupliciter: vno modo directè, & principaliter, scilicet meritum quo beatitudinem meremur, obediendo Deo: & quantum ad hoc ponitur, Fiat voluntas tua sicut in Cœlo, & in terra. Alio modo instrumentaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum, & ad hoc pertinet quod dicitur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Siuè hoc intelligatur de pane Sacramentali, cuius quotidianus vsus proficit homini (in quo etiam intelliguntur omnia alia Sacramenta) Siuè etiam intelligatur de pane corporali, vt per panem intelligatur omnis sufficientia victus, *sicut dicit Augustin. ad Probam.* quia Eucharistia est præcipuum Sacramentum, & panis est præcipuus cibus: Vnde & in Euangelio Matth. scriptum est; Supersubstantialem, idest, præcipuum, *vt Hieronymus exponit.*

Per accidens autem ordinamus in beatitudinem, per remotionem prohibentis. Tria autem sunt, quæ nos à Beatitudine prohibent: Primò quidem peccatum, quod directè excludit à Regno, secundum illud 1. *ad Cor.* 6. Neque fornicarij, neque Idolis seruientes &c. Regnum Dei possidebunt: Et ad hoc pertinet quod dicitur, Dimitte nobis debita nostra.

Secundò, tentatio, quæ nos impedit ab obseruantia diuinæ voluntatis: Et ad hoc pertinet quod dicitur. Et ne nos inducas in tentationem: Per quod non petimus, vt non tentemur, sed vt à tentatione non vincamur; quod est in tentationem induci.

Tertiò pœnalitas præsens, vt quæ impedit sufficientiam vitæ: Et quantum ad hoc dicitur, libera nos à malo.

Si deue però notare qui, dice il S. D. 3. Sent. dist. 30. art. 1. ad 4. Che tal volta Salua Charitate possumus desiderare malum alijs, & de ipso gaudere: *Et ecco la dottrina, che apporta*: Dicendum, quod Charitas attendit ad quædam bona per se, scilicet ad bona gratiæ; ad quædam autem per accidens, inquantum ad ista ordinantur. Bona autem temporalia, quæ per accidens Charitas attendit, ex consequenti possunt se inuicem in diuersis impedire; quia prosperitas vnius inducit aduersitatem alterius: vnde quia Charitas ordinem habet, & plus debet diligere quisque se, quàm alium, & propinquos, quàm extraneos, & amicos quàm inimicos, & bonum commune multorum, quàm bonum priuatum vnius, potest aliquis salua Charitate optare malum temporale alicui; & gaudere si contingit; non inquantum est malum illius, sed inquantum est impedimentum malorum alterius, quem plus tenetur diligere, vel Communitatis, aut Ecclesiæ: Similiter de malo etiam eius, qui in malum temporale incidit, secundum quod per malum pœnæ impeditur frequenter malum culpæ eius.

Sed bona gratiæ mutuò se non impediunt; quia spiritualia bona à pluribus integrè possideri possunt. Et ideò quantum ad hoc, nullus salua Charitate potest malum alteri optare, vel de malo gaudere, nisi in quantum in malo culpæ, vel damnationis alicuius relucet bonum diuinæ iustitiæ, quod plus tenetur diligere, quàm aliquem hominem. Sed hoc non est per se de malo gaudere, sed de bono quod adiunctum est malo.

E quali siano le cause, per le quali sia lecito desiderare il male ad altri, & anche cagionarlo, le assegna quæst. 2. de Virtutibus, & vnica de Charitate ar. 8. ad 10. Dicendum, quod licitè potest ille, ad quem ex officio pertinet, malefactores punire, vel etiam occidere, eos ex charitate diligendo: *dicit enim Gregorius in quadam Homilia*, Iusti persecutionem commouent, sed amantes, quia si foris increpationes per disciplinam exige-

exagerant, intus tamen dulcedinem per Charitatem seruant. Possumus enim illis, quos ex charitate diligimus, velle, aut inferre aliquod malum temporale propter tria. Primò quidem propter eorum correctionem. Secundò inquantum aliquorum temporalis prosperitas est in detrimentum alicuius multitudinis, vel etiam totius Ecclesiæ: vnde dicit Gregorius 21. *Moral.* Euenire plerumque solet, vt non amissa charitate inimici nos ruina lætificet, & rursus eius gloria sine inuidiæ culpa contristet: dùm corruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque iniustè opprimi formidamus. Tertiò ad seruandum ordinem diuinæ iustitiæ, secundum illud *Psal.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam.

Mi diranno: Se con l'Oratione dobbiamo raccorrer à Dio in tutti i nostri bisogni temporali, e spirituali, dunque non dobbiamo hauer altra solicitudine che di far oratione. Risponde 1. 2. *quæst.* 108. *art.* 3. *ad* 1. Dicendum, quod Dominus solicitudinem necessariam non prohibuit, sed solicitudinem inordinatam: Est autem quadruplex inordinatio solicitudinis vitanda circa temporalia: Primò quidem vt in eis finem non constituamus, neque Deo seruiamus propter necessaria victus: vnde dicitur Nolite thesaurizare vobis &c. Secundò, vt non sic solicitemur de temporalibus cum desperatione diuini auxilij: vnde Dominus dicit: Scit Pater vester, quod his omnibus indigetis. Tertiò ne sit solicitudo præsumptuosa: vt scilicet homo confidat se necessaria vitæ per suam solicitudinem posse procurare absque diuino auxilio: Quod Dominus remouet per hoc, quòd homo non potest adijcere ad staturam suam. Quartò per hoc, quòd homo solicitudinis tempus præoccupat; quia scilicet de hoc solicitus est nunc quod non pertinet ad curam præsentis temporis, sed ad curam futuri: vnde dicit: Nolite soliciti esse in crastinum.

E se alcuno desidera di sapere in particolare, quale sia la buona solicitudine conforme dice l'Apostolo Rom. 12. Solicitudine non pigri, *l'assegna l'Angelico* 1. *ad Cor. lect.* 7. *doue dice*: Notandum est quod multiplex solicitudo est bona. Prima Prælationis, sicut Nauta solicitus est de regimine nauis, Pater de filijs *Rom.* 12. Qui præest in solicitudine. Secunda Prædicationis, sicut Pædagogus solicitus est de puero, Doctor de discipulis. 1. *Thess.* 2. Fiduciam habuimus loqui ad vos Verbum Dei in multa solicitudine. Tertia dilectionis, sicut amicus verus solicitus de conseruatione amoris *Ephes.* 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis &c. Quarta compassionis, sicut vir misericors solicitus est de egenis, & afflictis. 2. *Thimoth.* 1. Cum venisset Romam solicitè me quæsiuit & inuenit. Quinta deuotionis, sicut Seruus solicitus est de placendo Domino, Religiosus Deo: *Mich.* 6. Indicabo tibi, ò homo,

mo, quid ſit bonum, & poſt ſolicitè ambulare cum Deo tuo. Sexta circumſpectionis, ſicut ſpeculator eſt de Caſtro cuſtodiendo, *Deut.* 4. Cuſtodite animas veſtras ſolicitè: Corpus enim cum organis, anima cum potentijs quoddam Caſtrum eſt. Septima actionis, ſicut agricola ſolicitus eſt de opere perficiendo, *Lucæ* 10. Martæ Martha ſolicita es. 2. *Timot.* 2. Solicitè cura te ipſum probabilem exhibere Deo.

Octaua prouiſionis, ſicut diſpenſator de domo, mercator de computo, pauper de pane quærendo. *Rom.* 12. Solicitudine non pigri.

Però in concluſione ſoggionge 2. 2. *quæſt.* 55. *art.* 6. *in corp.* Principaliter noſtra ſolicitudo eſſe debet de ſpiritualibus bonis, ſperantes quòd etiam temporalia nobis prouenient ad neceſſitatem ſi fecerimus quod debemus.

E queſti beni ſpirituali ſono rinchiuſi in vn ſol bene totale, che ſolo ci apporta la piena allegrezza, che dice Chriſto S. N. nel corrente Euangelo Vt gaudium veſtrum ſit plenum, *che non è altro dice S. Agoſtino portato in cathena aurea che il godere la Viſione di Dio*: Hoc eſt autem plenum gaudium veſtrum quo amplius non eſt, frui Dei Trinitate, ad cuius imaginem facti ſumus. *Et indi in Ioan. ſoggionge* Quicquid ergo aliud petitur, nihil petitur, non quia nulla res eſt: ſed quia in tantæ rei comparatione quicquid aliud concupiſcitur nihil eſt. Iſto bono in petendo perſeuerantes nequaquam miſericordia diuina Sanctos ſuos fraudabit.

E vi arriuano anche queſte ragioni cioè la prima de Fide art. 8. *Perche* Fides, quæ hominem diuinæ cognitioni coniungit per aſſenſum, ipſum Deum habet ſicut principale obiectum, alia verò quæcumque ſicut conſequenter adiuncta, *poiche come dice S. Agoſtino lib.* 1. *de Ciuit. cap.* 20. Fidei vnum & primum & maximum officium eſt, vt in vnum credatur Deum.

Et cosi dicto art. 8. *ad* 2. *ſoggionge l'Angelico*: Ad ſecundum dicendum, quod quamuis diuino teſtimonio ſit de omnibus credendum, tamen diuinum teſtimonium, ſicut & cognitio, primò & principaliter eſt de ſeipſo, & conſequenter de alijs. Vnde Fides eſt principaliter de Deo, & de alijs conſequenter.

Et de Charitate, art. 13. *ad* 6. Habitus reſpicit per ſe formalem rationem obiecti magis, quam ipſum obiectum materiale; & ideò ſi formalis ratio obiecti tollatur, ſpecies habitus non manet: formalis autem ratio obiecti in fide eſt Veritas Prima per Eccleſiæ doctrinam manifeſtata; ſicut formalis ratio ſcientiæ eſt medium demonſtrationis.

Et in 3. *diſt.* 34. *quæſt.* 1. *art.* 1. Credibile non habet, quod ſit credibile, niſi ex Prima Veritate; & ideò Prima Veritas eſt formale in obiecto fidei.

E da questa dottrina che Iddio come prima Verità è il principale oggetto della nostra fede ne caua poi la Conclusione parimente che Iddio deue essere il principale oggetto del nostro amore ad Rom. 4. lect. 1. Nam credere in Deum demonstrat ordinem fidei ad finem, qui est per Charitatem; nam credere in Deum est credendo in Deum ire, quod Charitas facit, & sic sequitur speciem fidei.

Et 2. 2. quæst. 23. art. 6. Fides autem, & spes attingunt quidem Deum secundum quod ex ipso prouenit nobis vel cognitio veri, vel adeptio boni: Sed Charitas attingit ipsum Deum vt in illo sistat, non vt ex eo aliquid nobis proueniat.

Et ecco la ragione dice il S. 1. p. quæst. 6. art. 3. perche sicome ipse Deus ad nihil aliud ordinatur sicut ad finem, *così* est vltimus finis omnium rerum. Vnde manifestum est, quod solus Deus habet omnimodam perfectionem secundum suam essentiam, & ideò ipse solus est bonus per essentiam.

Vnde 2. 2. qu. 23. art. 5. ad 2. Dicendum, quod Charitate diligitur Deus propter seipsum. Vnde vna sola ratio diligendi attenditur principaliter à Charitate, scilicet diuina bonitas, quæ est eius substantia, secundum illud *Psal. 105.* Confitemini Domino quoniam bonus. Aliæ autem rationes ad diligendum inducentes, vel debitum dilectionis facientes, sunt secundariæ, & consequentes ex prima.

E poi soggionge Origene homil. 2. in Cantica questo porta il buon' ordine della Charita che Iddio sia preferto, & habbi il primo luogo, e sedia nel nostro cuore: Dominus noster in Euangelio præcepta de Charitate constituens, ad vniuscuiusque dilectionem proprium aliquid apposuit, & dedit intelligentiam ordinis, cum dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum. Si hæc intellexeris, & intellecta compleueris, fecisti quod in isto Sermone præcipitur. Ordinauit in me Charitatem.

La quale se si estende anche à pregar per i nemici tanto più si stende la sua perfettione 2. 2. q. 83. art. 8. doue dice il S. D. che: Necessitatis est, vt in communibus nostris Orationibus, quas pro alijs facimus, inimicos non excludamus. Quod autem pro eis specialiter oremus, perfectionis est: non necessitatis nisi in aliquo casu speciali.

Hor mi dirà vno, io admetto tutta questa dottrina, e questa voglio che sia tutta la mia Oratione di non voler altro che Dio: Ma chi sà se lui accetta la mia preghiera, e mi vogli far tanta gratia massime doppo hauerlo offeso più e più volte? A questo risponderò nella

SECON-

SECONDA PARTE.

Insegna l'Angelico 2. 2. q. 19. art. 10. ad 3. che quanto più vn'anima ama Iddio, tanto più teme di perderlo: Dicendum, quod timor filialis non importat separationem, sed magis subiectionem ad ipsum, separationem autem refugit à subiectione ipsius. Sed quodammodo separationem importat per hoc, quod non præsumit se ei adæquare, sed ei se subijcit. Quæ etiam separatio inuenitur in Charitate, in quantum diligit Deum supra se, & super omnia. Vnde amor Charitatis augmentatus reuerentiam timoris non minuit, sed auget.

E si conforma con il S. D. la S. Madre de via perfectionis cap. XLI. Timor Dei etiam facilimè notatur, ac percipitur, tàm ab eo qui ipsum habet, quàm ab ijs, qui cum eodem tractant, & conuersantur; quamquam certum sit, eum initio non vsque adeò perfectum esse, nisi forte in aliquibus, quibus Dominus (vti dicere memini) breuissimo tempore tàm singulares gratias dat, & ad tàm sublimem Orationem sustollit, vt id quam primum, & iam inde à principio percipiatur. Sed vbi gratiæ tàm abundanter, & intensè non dantur, vt vnico ad Deum accessu (quemadmodum dixi) animam omniniodis virtutibus locupletent; ibi Timor Dei non nisi paulatim crescit, roburque adaugetur, quotidieque nouum incrementum sumit: Tametsi id iam inde à principio percipiatur; qui namque eum habent, statim sibi à peccatis, peccandique occasionibus prauoque consortio cauent; insuper & alia illius augmenta videre est. At cum Anima iam ad contemplationem pertingit, tunc Timor Dei quàm maximè se exerit &c.

E questo Timore solamente cessa in Patria dice S. Tomaso 1. 2. quæst. 67. art. 4. ad 2. Vnde si deue sapere che Timor filialis habet duos actus, scilicet reuereri Deum, & quantum ad hunc actum manet in gloria. Et timere separationem ab ipso, & quantum ad hunc actum non manet: separari enim à Deo habet rationem mali, nullum autem malum ibi timetur, secundum illud *Prouerb.* 1. Abundantia perfruetur, malorum timore sublato.

Et in 3. dist. 34. quæst. 2. art. 3. quæstiunc. 4. risolue parimente che in Patria tollitur timor quantum ad hunc actum, qui est timere separationem; sed manebit quantum ad actum, qui est admirari, vel reuereri illud arduum; quod fit quando ex admiratione tantæ altitudinis homo in propriam resilit paruitatem.

E finalmente in quæst. de spe art. 4. ad 2. Timor est respectu mali. Est autem triplex hominis defectus: vnus quidem pœnæ, & hunc principaliter respicit timor seruilis: alius autem est defectus culpæ, & hunc

defe-

defectum reſpicit timor filialis, vel caſtus, ſecundum quod eſt in ſtatu viæ, in quo peccare poſſumus: Eſt autem totius defectus naturalis, ſecundum quod quælibet creatura in infinitum diſtat à Deo, qui defectus nunquam tollitur. Et hunc defectum reſpicit Timor reuerentialis, qui erit in Patria, qui reuerentiam exhibet ſuo Creatori, ex conſideratione Maieſtatis eius in propriam reſiliens paruitatem.

Solo in Chriſto non vi fu timore ne di colpa, ne di pena, ma ſolo di vna certa riuerenza 3. p. quæſt. 7. art. 6. In Chriſto fuit timor Dei, non quidem ſecundum quod reſpicit malum ſeparationis à Deo per culpam, neque ſecundam quod reſpicit malum punitionis pro culpa, ſed ſecundum quod reſpicit diuinam eminentiam, prout ſcilicet anima Chriſti quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum &c.

Ilche conferma il Maeſtro delle Sentenze in 3. diſt. 34. prope finem *dove dice*: Spiritus timoris erit in futuro, ſed non habebit omnem illum vſum, quem modo habet. Faciet enim nos tunc reuereri Deum, non timere ſeparari, vel carere. Fuit ergo in Chriſto Timor ille, ſed iuxta illum vſum, quem habebit in futuro in Sanctis. Non enim timuit Chriſtus ſeparari, vel offendere Deum, ſed eum præ omnibus reueritus eſt.

Siche fino à tanto che ſiamo viatori abenche ſiamo in gratia di Dio dobbiamo temere la ſeparatione da Dio.

E ſe in fatti piu e piu volte ſi foſſe ſeparato deue mai perder la confidanza di ritornar in gratia ſua? Mai. Vnde S. Ambroſio Homil. ſuper cap. 2. Lucæ ſopra quelle parole, Et prophetauit dicens, Benedictus &c. *cosi eſſagera*: Vide quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis. Non ſolum ablata reſtituit, ſed etiam inperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. Hæc enim gratia Dei maxima, quod eum, quem negauerat, confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum præmia diuina deſperet. Nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.

Et ecco la ragione dice il S. M. 3. P. quæſt. 85. art. 2. ad 3. Dicendum, quod quælibet virtus ſpecialis formaliter expellit habitum vitij oppoſiti, ſicut albedo expellit nigredinem ab eodem ſubiecto. Sed Penitentia expellit omne peccatum effectiuè, inquantum operatur ad deſtructionem peccati, prout eſt remiſibile ex diuina gratia, homine cooperante. *Et 3. p. q. 85. ar. 1. ad 3.* Dolor pœnitentiæ eſt reprobatio prioris facti cum intentione expellendi ſequelam, ſcilicet offenſionem, & reatum pœnæ.

E cosi ogni volta che l'huomo peccatore laſcia il peccato è ſegno che reſta giuſtificato, e ritorna all'amicitia prima del Signor Iddio P. 2. 113. art. 6. Dicendum, quod quatuor enumerantur, quæ requiruntur ad iuſtificationem

tionem impij, ſcilicet gratiæ infuſio, motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & motus liberi arbitrij in peccatum deteſtandum, & remiſſio culpæ. Cuius ratio eſt, quia ſicut dictum eſt *art.* 1. Iuſtificatio eſt quidam motus, quo anima mouetur à Deo à ſtatu culpæ in ſtatum iuſtitiæ. In quolibet autem motu, quo aliquid ab altero mouetur, tria requiruntur. Primò quidem motio ipſius mouentis: Secundò motus mobilis: Tertiò conſummatio motus, ſiuè peruentio ad finem. Ex parte igitur motionis diuinæ accipitur gratiæ infuſio; ex parte verò liberi arbitrij moti accipiuntur duo motus ipſius ſecundum receſſum à termino à quo, & acceſſum ad terminum ad quem. Conſummatio autem, ſiuè peruentio ad terminum huius motus importatur per remiſſionem culpæ; in hoc enim iuſtificatio conſummatur.

E queſto alcnne vol te ſegue à poco à poco con progreſſo di tempo altre volte ſubito ibi qu.eſt. præcedenti art. 2. ad 2. Dicendum, quod cum homo, ad gratiam ſe præparare non poſſit, niſi Deo eum præueniente, & mouente ad bonum, non refert, vtrum ſubitò, vel paulatim aliquis ad perfectam præparationem perueniat: dicitur enim *Eccleſ.* 11. Facile eſt in oculis eius ſubitò honeſtare pauperem.

Contingit autem quandoque, quod Deus mouet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum; & talis præparatio præcedit gratiam. Sed quandoque ſtatim perfectè mouet ipſum ad bonum, & ſubitò gratiam homo accipit, ſecundum illud *Io.* 6. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Et ita contigit Paulo, quia ſubitò cùm eſſet in progreſſu peccati, perfectè motum eſt cor eius à Deo, audiendo, & addiſcendo, & veniendo; & ideò ſubitò eſt gratiam conſequutus.

Il che conferma in 4. diſt. 4. queſt. 3. art. 2. ad 3. doue inſegna che Deus etiam in his, quæ ad gratiam pertinent. Quandoque operatur præter legem naturæ (hoc eſt præter modum gratiæ connaturalem) ſicut & miracula facit præter rationes ſeminales. Et huiuſmodi eſt permutatio voluntatis eorum, qui gratiæ contrariam voluntatem habent, non ſolum habitu, ſed etiam actu: ſicut Paulo accidit Act. 10.

Sicbe mediante il diuino aggiuto ogn'vno può ſperar la ſalute: Quia, *come ſoggionge il S. M.* 2. 2. *q.* 17. *ar.* 7. ad hoc, quod aliquis ſperet, requiritur quod obiectum ſpei proponatur ei vt poſſibile. Obiectum autem ſpei eſt vno modo Beatitudo æterna, & alio modo diuinum auxilium. Et vtrumque eorum proponitur nobis per fidem, per quam nobis innoteſcit, quod ad vitam æternam poſſumus peruenire, & quod ad hoc paratum eſt nobis diuinum auxilium ſecundum illud *Hebr.* 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator eſt.

E con-

E concorda parimente con la dottrina dell' Articolo 6. ibidem dove dice, che Spes & Fides faciunt hominem inhærere Deo, ſicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. De Deo autem prouenit nobis & cognitio veritatis, & adeptio perfectè bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo adhærere inquantum eſt nobis principium cognoſcendi veritatem. Credimus enim ea vera eſſe, quæ nobis à Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adhærere prout eſt in nobis principium perfectè bonitatis, inquantum ſcilicet per ſpem diuino auxilio innitimur ad Beatitudinem obtinendam.

La quale hà per ſe ſteſſa queſta gran Virtù, e forza di tirar il cuor humano à tale ſperanza, poiche come dice il S. D. 1. 2. q. 40. art. 4. Obiectum ſpei, quod eſt bonum arduum, habet rationem attractiui, prout conſideratur cum poſſibilitate adipiſcendi; & ſic tendit in ipſum ſpes, quæ importat quendam acceſſum.

Il qual quanto ſia ben fondato lo dimoſtra nella 2. 2. quæſt. 20. art. 1. Perche dice in c. art. Secundum Philoſophum in 6. *Ethic.* illud quod eſt in intellectu affirmatio, vel negatio, eſt in appetitu proſequutio & fuga; & quod eſt in intellectu verum, vel falſum eſt in appetitu bonum & malum. Et ideò omnis motus appetitiuus conformiter ſe habens intellectui vero, eſt ſecundum ſe bonus. Omnis autem motus appetitiuus conformiter ſe habens intellectui falſo, eſt ſecundum ſe malus, & peccatum.

Circa Deum autem vera exiſtimatio intellectus eſt, quod ex ipſo prouenit hominum ſalus, & venia peccatoribus datur, ſecundum illud *Ezech.* 18. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Falſa autem opinio eſt, quod peccatori pœnitenti veniam deneget, vel quod peccatores ad ſe non conuertat per gratiam iuſtificantem. Et ideò ſicut motus ſpei, qui conformiter ſe habet ad exiſtimationem veram, eſt laudabilis, & virtuoſus: ita oppoſitus motus deſperationis, qui ſe habet conformiter exiſtimationi falſæ de Deo, eſt vitioſus, & peccatum.

Mà ſento vno che dice; Si lege pure che S. Paolo ad Rom. 8. verſ. 26. ci notifica che Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Dunque ſe lui prega per noi, che occorre che noi preghiamo, e facciamo altra oratione? Riſponde S. Tomaſo iui lectione 5.* Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, quod quidem videtur ſuffragari errori Arij, & Macedonij, qui poſuerunt Spiritum Sanctum eſſe creaturam, & minorem Patre, & Filio; Poſtulare enim eſt minoris. Sed ſi ex eo quod dicit eum poſtulare, intelligamus eum eſſe paſſibilem, creaturam, & Patre minorem, conſequens eſt etiam quod ex eo quod dicit gemitibus poſtulare intelligamus eum eſſe paſſibilem, creatu-

ram beatitudine carentem, quod nullus vnquam hæreticus dixit. Nam gemitus ex dolore eſt, qui ad miſeriam pertinet. Et ideò exponendum eſt: Poſtulat, ideſt poſtulantes nos facit: ſicut *Geneſis 22. verſ. 12.* Nunc cognoui quod timeas Dominum: ideſt cognoſcere feci.

E che queſti noſtri gemiti ſiano profiteuoli, & habbino forze di ſuppliche, e d'oratione grata a Dio lo ſoggionge poi il S. D. in 4. S. d. 15. q. 4. art. 1. qu. 2. ad 3. Dicendum, quod gemitus ſiuè fletus non eſt oratio per eſſentiam: ſed eſt quaſi fundamentum orationis: ſuperflua enim videtur petitio, vbi neceſſitas deeſt: Et ideò recognitio ſuæ miſeriæ, qua indigentem ſe aliquis videt, & ſibi ſubuenire non poteſt (quæ gemitum in affectu facit) quaſi oratio reputatur à Deo: & propter hoc dicit Auguſtinus, quòd orationis negotium plus gemitibus quàm verbis agitur; & plus fletu quàm affatu. *Et apporta anche l'autorità di S. Gregorio che dice:* Orare eſt amaros gemitus in conpunctione reſonare. *E però chi ſi ritroua in miſerie, preghi il Spirito Santo che gliene concedi il dono per ottenerne il ſuo frutto, come dice la N. S. Madre nelle manſioni 6. cap. 6. perche* cum lacrymæ hoc è fonte oriuntur facile intelligetis ipſas mentem magis corroborare & ſerenare quam perturbare, & quàm rariſſimè homini nocere: *Et indi ſoggionge per noſtro auiſo.* Neque verò exiſtimemus, tum demum omnia nos confeciſſe, cum multas lacrymas effundemus, niſi & manum operi ac virtutum exercitio admoneamus: Hæ enim ſunt, quæ nobis quam maximè ſpectandæ, & curandæ ſunt &c.

E ne aſſegna di ciò parimente S. Tomaſo la ſua bella ragione lib. 1. de Regim. Princip. c. 14. Perche, dice, homo viuendo ſecundum virtutem ad vlteriorem finem ordinatur, qui conſiſtit in fruitione diuina, quæ expectatur poſt mortem. Quia, vt Apoſtolus ait, 2. *ad Corinth.* 5. Quamdiù ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Vnde homo Chriſtianus, cui beatitudo illa eſt per Chriſti ſanguinem acquiſita, & qui pro ea aſſequenda Spiritus Sancti arrham accepit, indiget ſpirituali cura, per quam dirigatur ad portum ſalutis æternæ. *E così quanto maggiormente ogn' vno ſarà ſtato virtuoſo in queſto mondo, tanto più beato ſara nell'altro iui cap. 9.* Si enim beatitudo, virtutis eſt præmium, conſequens eſt, vt maiori virtuti maior gradus beatitudinis debeatur.

E uon ſi può dubitar di ciò ſoggionge il S. D. 1. 2. quæſt. 21. art. 4. in c. perche actus noſtri boni, vel mali habent rationem meriti, vel demeriti apud Deum ratione ipſius, inquantum eſt vltimus finis hominis: eſt autem debitum vt ad finem vltimum omnes actus referantur: vnde qui facit actum malum non referibilem in Deum, non ſeruat honorem Dei, qui vltimo fini debetur.

DO-

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre. *Io.* 15.

. *Tomaſo in* 1. *diſt.* 35. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad Annibaldum dice che*: Oportet id quod eſt rerum omnium principium, ſummè perfectum eſſe; quia omnia imperfecta reducuntur ad aliquod perfectum, ſicut ad principium: ſicut ſemen ad plantam, vel animal: ſumma autem perfectio non poteſt inueniri niſi in cognitione. Nam res non cognoſcens habet ſuam propriam perfectionem, & deſunt ſibi perfectiones omnium aliarum rerum: res autem cognoſcens non ſolum habet perfectionem propriam, per quam in natura ſua ſubſiſtit; ſed etiam aliorum, in quantum alia per formas ſuas poſſunt eſſe apud cognoſcentem. Et omnium, ſi res illa cognoſcens nata ſit omnia cognoſcere. Quod non poteſt eſſe niſi habeat cognitionem intellectualem: Nam cognitio ſenſitiua vltra corporalia ſe non extèndit. Oportet ergo Deum, qui eſt perfectiſſimus, & à quo omnis perfectio deriuatur, intellectiuam cognitionem habere. *E così chi più s' accoſta a Dio, tanto più conoſce*, ſicut calor in igne, ad quem quantò corpora mixta magis accedunt, calidiora ſunt. *Parimente* quantò aliqua magis accedunt ad Primum Ens, ſcilicet Deum, nobilius cognitionem participant: ſicut homines plus, quam bruta; Et Angeli plus quam Homines. *Però negl' Angeli, negl' huomini arriuano all' vguaglianza di Dio* 3. *p. quæſt.* 10. *art.* 2. *ad* 3. *Perche* ſcientia Dei excedit in infinitum, & quantum ad numerum ſcibilium, & quantum ad claritatem cognitionis ſcientiam omnium. *Vnde ſe bene ſi dice dell' huomo che* Deus creauit illum ad imaginem ſuam. *Gen. c.* 1. *Riſponde l' Angelico* 1. *p. q.* 35. *art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quod imago alicuius dupliciter in aliquo inuenitur. Vno modo in re eiuſdem naturæ ſecundum ſpeciem, vt imago Regis inuenitur in Filio ſuo. Alio modo in re alterius naturæ ſicut imago Regis inuenitur in denario. Primò autem modo Filius eſt imago Patris: Secundò autem modo dicitur homo imago Dei: & ideò ad deſignandam in homine imperfectionem imaginis, homo non ſolum dicitur imago, ſed ad imaginem, per quod motus quidam tendentis in perfectionem deſignatur: Sed Filius Dei non dicitur eſſe ad imaginem, quia eſt perfecta Dei imago. *Hora dunque che bella*

per-

perfettione ci accresce ſtà mane all'anima noſtra, & al noſtro intendimento il corrente Euangelo? Vna delle più belle, & allegre che ſi poſſa deſiderare, e ſe la vogliono ſapere attendino con grata vdienza, poiche queſto è il modo proprio di noi altri huomini d'eſſer inſtrutti come dice il S. D. 1. 2. q. 106. art. 1. & ſcriptis, & verbis, à differenza delli Angeli, de quali ſoggionge 1. p. q. 107. art. 1. ſi sà che per voluntatem *li vni manifeſtano alli altri ſuos conceptus mentis. Mà noi ſoggionge il S. 2. 2. q. 188. art. 6.* per opus vitæ actiuæ, quod ex plenitudine contemplationis deriuatur, ſicut Doctrina, & Prædicatio: vnde & Gregorius dicit in 5. *Homil. ſuper Ezechiel.* quod de perfectis viris poſt contemplationem ſuam redeuntibus dicitur *Pſal.* 144. Memoriam ſuauitatis ſuæ eructabunt.

Cum venerit Paraclitus *perche cauſa ſi chiama il Spirito Santo Paraclito? Dice il S. D. 3. p. q. 37. art. 2. che* nomina debent proprietatibus rerum reſpondere. Et hoc patet in nominibus generum, & ſpecierum, quia vt dicitur 4. *Met.* Ratio quam ſignificat nomen eſt definitio quæ deſignat propriam rei naturam. *E cosi per eſſempio*, quia Chriſto hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipſum omnes ſaluarentur, ideò conuenienter vocatum eſt nomen eius IESVS, ideſt, Saluator. *Similmente dunque dal Nome dobbiamo conoſcer la Perſona del Spirito Santo.*

S. Criſoſtomo dice che Chriſto frequenter eum Paraclitum vocat propter Diſcipulorum triſtitiam. *Et ne ſoggionge la ragione la Gloſſa perche ſe bene* ſit conſolari Trinitatis opus, ad Spiritum Sanctum tamen pertinet, quia is in Scriptura bonitatis, per quam nos Deus conſolatur, nomine deſignatur.

Dyd. cittato dall'Angelico qui: Spiritum autem Sanctum venientem conſolatorem dicit, ab operatione ei nomen imponens, quia non ſolum eos conſolatur quos ſe dignos eſſe reperit & ab omni perturbatione reddit alienos, verùm incredibile quoddam gaudium eis tribuit. Sempiterna quippe lætitia in eorum corde verſatur, quorum Spiritus Sanctus habitator eſt.

E S. Agoſtino lib. 6. de Trinit. c. 10. ne aſſegna queſt' altra ragione che per eſſer il Spirito Santo ineffabilis complexus Patris, & Imaginis *non può eſſere* ſine charitate, ſine gaudio. Vnde eſt in Trinitate Spiritus Sanctus non genitus, ſed Genitoris, Genitique ſuauitas.

Dunque ſe il Spirito S. è conſolatione, gaudio, e ſoauità ad intra, *douena anche eſſerlo* ad extra. *Et è chiara la Concluſione. Certa coſa è che ſicome la Seconda Perſona diuina s'incarnò, e preſe la noſtra mortalità, così puoteua la Prima, e la Terza humanarſi, e diſcender alla noſtra redentione. Per qual cauſa dunque il Figlio di Dio ſi veſtì di terrena ſpoglia, e non più toſto il Padre, & il Spirito Santo?*

Riſpon-

Risponde S. Giouanni Damaſceno lib. 3. Orthodoxæ fidei c. 4. Pater, Pater eſt, & non Filius, Filius, Filius eſt & non Pater, Sanctus denique Spiritus Spiritus eſt, ac non Pater, nec Filius. Proprietas enim hanc rationem habet vt moueri nequeat. Quonam enim alioqui modo proprietas conſtaret, ſi moueretur, ac de ſua ſede migraret? Ob eamque cauſam Dei Filius hominis filius efficitur vt proprietati immobilitas ſua conſtet. *Doue il Commentatore conclude al nostro intento.* Itaque decentius fuit eum, qui natiuitate æterna genitus eſt ſecundum diuinitatem, & temporali quoque generatione ſecundum hominem naſci quò in eodem ſine confuſione gignentia reſponderet gignentiæ, & filiationi, filiatio.

Dunque parimente ne ſegue che ſe il Spirito Santo ad intra *è Amore, Conſolatione, Soauità, e gaudio, anche lo ſia* ad extra *accioche l'Amore corriſponda all'amore, la conſolatione alla conſolatione, la ſoauità alla ſoauità, el gaudio al gaudio. Dicalo S. Agoſtino* lib. de gratia noui Teſtamenti Spiritus Sanctus eſt Patris, & Filij amor & connexio, ad ipſum pertinet Societas, qua efficimur vnum.

E così lo conclude parimente S. Tomaſo lib. 4. c. Gent. cap. 21. Cum ergo eadem ſit virtus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſicut & eadem eſſentia: oportet quod omne id quod Deus in nobis efficit ſit ſicut à cauſa efficiente ſimul à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Verbum tamen ſapientiæ, quo Deum cognoſcimus, nobis à Deo immiſſum; eſt propriè repreſentatiuum Filij. Et ſimiliter Amor, quo Deum diligimus, eſt proprium repræſentatiuum Spiritus Sancti, & ſic Charitas, quæ in nobis eſt, licet ſit effectus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, tamen quadam ſpeciali ratione dicitur eſſe in nobis per Spiritum Sanctum.

E ne dà la ragione breue 1. p. quæſt. 36. art. 1. in c. Eſt enim proprium amoris, quod moueat, & impellat voluntatem amantis in amatum. Quia igitur Perſona diuina procedit per modum amoris, quo Deus amatur, conuenienter Spiritus Sanctus nominatur.

E così anche ſi chiama Dono dall' Amore 1. p. q. 38. art. 2. Dicendum, quod donum, ſecundum quod perſonaliter ſumitur in diuinis, eſt proprium nomen Spiritus Sancti.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod donum propriè eſt datio irredibilis ſecundum Philoſophum, ideſt, quod non datur intentione retributionis. Et ſic importat gratuitam donationem. Ratio autem gratuitæ donationis, eſt amor: ideò enim damus gratis alicui aliquid, quia volumus ei bonum. Primum ergo quod damus ei, eſt amor, quo volumus ei bonum. Vnde manifeſtum eſt, quod amor habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuita donantur.

eur. Vnde cum Spiritus Sanctus procedat vt amor (ſicut iam dictum eſt) procedit in ratione doni primi. Vnde dicit Auguſtinus 15. de Trinit. quod per donum, quod eſt Spiritus Sanctus, multa propria dona diuiduntur membris Chriſti.

Beato dunque quello à chi viene perche in queſto ſta tutto il noſtro bene ſicome il S. D. loco cittato contra Gent. Poiche manifeſtum eſt, *dice egli*, quod Deus maximè amat illos quos ſui amatores per Spiritum Sanctum conſtituit, non enim tantum bonum niſi amando conferret. Vnde *Prouerb.* 8. dicitur ex Perſona Domini. Ego diligentes me diligo, non quaſi nos prius dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, vt dicitur 1. *Io.* 4.

Omne autem amatum in amante eſt: Neceſſe eſt igitur, quod per Spiritum Sanctum non ſolum Deus ſit in nobis, ſed etiam nos in Deo. Vnde dicitur 1. *Io.m.* 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Et iterum in hoc intelligimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

Launde ſicome dice il S. D. 1. *p. q.* 41. *art.* 2. *ad* 3. Spiritus Sanctus procedit vt amor, in quantum Deus amat ſeipſum, *coſi dice S. Paolo Col.* 1. Tranſtulit nos in regnum Filij dilectionis ſuæ *ci hà accommunati coll' amor ſuo, e del ſuo diletto figliuolo, e però ſi come dice iui l' Angelico ad* 2. *che* Apoſtolus nominat Chriſtum Filium dilectionis Dei: in quantum eſt à Deo ſuperabundanter dilectus, *coſi con certa analogia dobbiamo rallegrarci di eßer amati da Dio vnitamente in compagnia del medeſimo Figlio di Dio.*

Con queſta differenza però che lui è amato ab æterno, *e noi in tempo ibidem quæſt.* 43. *art.* 2. Dicendum, quod in his quæ important originem diuinarum Perſonarum eſt quædam differentia attendenda. Quædam enim in ſui ſignificatione important ſolam habitudinem ad principium, vt proceſſio, & exitus. Quædam verò cum habitudine ad principium determinant proceſſionis terminum. Quorum quædam determinant terminum æternum, ſicut generatio, & ſpiratio: nam generatio eſt proceſſio diuinæ Perſonæ in naturam diuinam: & ſpiratio paſſiuè accepta importat proceſſionem amoris ſubſiſtentis. Quædam verò cum habitudine ad principium important terminum temporalem, ſicut miſſio, & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc, vt ſit in aliquo, & datur ad hoc, quod habeatur. Perſonam autem diuinam haberi ab aliqua creatura, vel eſſe nouo modo exiſtendi in ea, eſt quoddam temporale. Vnde miſſio, & datio in diuinis dicuntur temporaliter tantum. Generatio autem, & ſpiratio ſolum ab æterno &c.

Mi diranno: Amor transfert amantem in amatum, vt viuat iam

vita

vita amati, vt dicit *Dionyſ. in lib. de diuinis Nomin.* Sed Deus non transfertur in aliquid aliud, cum ſit immobilis, ſed omnia ad ſe trahit, vt dicitur *Ioan.* 12. Ergo ipſe non amat creaturam.

Riſponde il S. M. in 3. diſt. 32. q. 1. art. 1. in ſolutione ad 3. Dicendum, quod amor omnis transfert quodammodo amantem in amatum, ſed diuerſimodè. Vno modo ſecundum quod amans transfertur in participandum ea, quæ ſunt amati. Alio modo vt communicet amato ea, quæ ſunt ſua. Primo ergo modo Deus non transfertur in amatum, quod eſt creatura; ſed ſecundo modo, in quantum bonitatem ſuam ei communicat; & ſic dicit *Dionyſ. 4. cap. de diuinis Nomin.* Quod ipſe Deus eſt per amorem extaſim paſſus.

Ilche replica, eſpiega maggiormente iui in ſolutione ad 4. doue facendo queſta obiettione: Quod amans quodammodo ſubijcitur amato inquantum affectus amantis amato informatur: Sed Deus nullo modo creaturæ ſubijcitur: ergo nullo modo amat creaturam.

Riſponde coſi: Ad quartum dicendum, quod potentia paſſiua informatur ex obiecto ſuo, ſed potentia actiua ponit formam ſuam circa obiectum: ſicut patet de intellectu agenti, & poſſibili. Vnde ſicut intellectus diuinus non informatur rebus, quas cognoſcit per eſſentiam ſuam, ita nec voluntas eius informatur rebus quas amat: quia eas per bonitatem ſuam amat & amando communicat eis bonitatem ſuam.

La quale eſſendo tale per eſſenza è aſſoluta, e non dipende da altra 1. p. q. 6. art. 3. Dicendum, quod ſolus Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam. Vnumquodque enim dicitur bonum, ſecundum quod eſt perfectum: Perfectio autem alicuius rei triplex eſt. Prima quidem, ſecundum quod in ſuo eſſe conſtituitur. Secunda verò, prout ei aliqua accidentia ſuperadduntur ad ſuam perfectam operationem neceſſaria. Tertia verò perfectio alicuius eſt per hoc, quod aliquid aliud attingit, ſicut finem: vtpote prima perfectio ignis conſiſtit in eſſe, quod habet per ſuam formam ſubſtantialem. Secunda verò eius perfectio conſiſtit in caliditate, lenitate, & ſiccitate, & huiuſmodi. Tertia verò perfectio eius eſt, ſecundum quod in loco ſuo quieſcit. Hæc autem triplex perfectio nulli creato competit ſecundum ſuam eſſentiam, ſed ſoli Deo, cuius ſolius eſſentia eſt ſuum eſſe &c.

E però noi ſoli riceuiamo da lui, chi più, e chi meno 1. p. q. 19. art. 3. doue dice: Diuina voluntas collata cum creaturis futuris, poteſt duplici ratione intelligi quod amet vnam magis, quam aliam. Vno modo ex parte ipſius actus voluntatis, qui eſt magis, vel minus intenſus: & ſic Deus non magis quædam alijs amat: quia omnia amat vno & ſimpliciſſimo actu voluntatis, & ſemper eodem modo ſe ha-

bente. Alio modo ex parte ipſius boni, quod aliquis vult amato: & ſic dicimur aliquem magis alio amare, cui volumus maius bonum; quamuis non magis intenſa voluntate. Et hoc modo neceſſe eſt dicere, quod Deus quædam alijs magis amat. Cum enim amor Dei ſit cauſa bonitatis rerum, vt dictum eſt, non eſſet aliquid alio melius, ſi Deus non vellet vni maius bonum quam alteri.

Onero l'iſteſſo bene diuerſamente participato 1. *p. q.* 12. *art.* 6. 3. Dicendum, quod diuerſitas videndi Deum non erit ex parte obiecti: quia idem obiectum omnibus præſentabitur, ſcilicet Dei eſſentia; nec ex diuerſa participatione obiecti per differentes ſimilitudines, ſed per diuerſam facultatem intellectus, non quidem naturalem, ſed glorioſam.

Vnde *dice il S. D.* 1. 2. *q.* 18. *art.* 4. *in ſolutione ad* 2. Quamuis finis ſit cauſa extrinſeca, tamen debita proportio ad finem, & relatio in ipſum inhæret actioni. Nam virtus, *dice quæſt.* 1. *de Verit. art.* 10. *ad* 4. ordinata in finem inferiorem, non facit actum ordinatum ad finem ſuperiorem, niſi mediante ſuperiori: ſicut fortitudo, quæ eſt virtus hominis, quia homo non ordinat actum ſuum ad bonum politicum, niſi mediante fortitudine, quæ eſt virtus hominis, in quantum eſt ciuis, *e coſi* actus virtutis acquiſitæ non poteſt eſſe meritorius niſi mediante virtute infuſa &c.

Et in 4. *diſt.* 49. *quæſt.* 1. *art.* 4. *quæſtiunc.* 4. *ad* 1. *dice chiaramente che* diſtinctio gradus in gloria accipitur penes gradus charitatis. *Quindi l'Apoſtolo* 2. *ad Corinth.* 9. Qui parcè ſeminat, parcè & metet. *Et il S. Concilio Trid. ſeſs.* 6. *cap.* 10. *parlando delli giuſtificati dice che*. Mortificando membra carnis ſuæ &c. per obſeruationem mandatorum Dei, & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus creſcunt, atque magis iuſtificantur.

Ilche non può eſſere ſenza l'operatione parimente dello Spirito Santo. 1. *Sent. ad Hannibaldum diſt.* 14. *quæſt.* 1. *art.* 3. Ille qui iuſtificatur non ſolum habet donum Spiritus Sancti, ſed ipſum Spiritum Sanctum, quia Spiritus Sanctus perſonaliter eſt donum, ſed donum dicitur ex eo quod datur, vt dicit *Auguſt.*

E coſi à primo ad vltimum *chi lo riceue deue ben reſtar conſolato* 3. *part. quæſt.* 89. *art.* 5. *ad* 3. Ille qui per pœnitentiam reſurgit in maiori charitate, conſequetur quidem præmium eſſentiale ſecundum quantitatem charitatis, in qua inuenitur; habebit tamen gaudium maius de operibus in prima charitate factis, qnam de operibus, quæ in ſecunda fecit; quod pertinet ad præmium accidentale.

Doue non ſolo vi è l'operatione di chi ſi rileua, ma anche l'opera del Spirito Santo come ſoggionge parimente il S. Conc. Trident. ſeſs. 6. *c.* 7. *mentre dice*

che:

che: Vnuſquiſque recipit ſuam iuſtitiam, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam vnius cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.

Ma mi diranno che diſpoſitione, e cooperatione richiede da noi il Spirito Santo per venir à noi, e darci la giuſtitia? Inſegna S. Tomaſo 1. 2. *quæſt.* 28. *art.* 2. *in corp. che* Amans dicitur eſſe in amato ſecundum apprehenſionem inquantum amans non eſt contentus ſuperficiali apprehenſione amati, ſed nititur ſingula quæ ad amatum pertinent, intrinſecus diſquirere, & ſic ad interiora eius ingreditur, ſicut de Spiritu Sancto qui eſt amor Dei dicitur 1. *ad Corinth.* 2. quod ſcrutatur etiam profunda Dei.

Che miſterio dunque ſi racchiude in queſta diſpoſitione che vuole il Diuin Spirito da noi? Inſegna parimente l'Angelico in 1. *Sent. diſt.* 48. *q.* 1. *art.* 3. *in corp.* Quod ad aliquid tenemur directè, quod ſcilicet, per ſe eſt in poteſtate noſtra, & ſic tenemur ad conformitatem qua volumus id quod congruit nos velle ſecundum rectum finem, quia in vtrumque iſtorum per naturalia noſtra poſſumus. Ad aliquid verò tenemur indirectè, ſicut ad habendam gratiam (*e congruentemente il Spirito Santo*) quod ſecundum ſe non eſt in poteſtate noſtra; ſed in poteſtate noſtra eſt facere aliquid quo facto habemus gratiam, & ſic tenemur etiam ad illam conformitatem, quæ eſt ſecundum formam charitatis.

Qual ſara dunque adeſſo quella diſpoſitione, qual poſta viene à noi il Spirito Santo? Sarà queſta riſpoſta il Punto della

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 2. 2. *quæſt.* 9. *art.* 4. *ad* 3. *dice che* Scientiæ, ſecundum quod in ſpeculatione conſiſtit, non reſpondet beatitudo aliqua: quia beatitudo hominis non conſiſtit in conſideratione creaturarum, ſed in contemplatione Dei. Sed aliqualiter beatitudo hominis conſiſtit in debito vſu creaturarum, & ordinata affectione circa ipſas: & hoc dico quantum ad beatitudinem viæ: & ideò ſcientiæ non attribuitur aliqua beatitudo pertinens ad contemplationem, ſed intellectui, & ſapientiæ, quæ ſunt circa diuina.

E l'attender in queſto ſtudio ſoggionge 1. *p. q.* 1. *art.* 5. *ad* 1. minimum quod poteſt haberi de cognitione rerum altiſſimarum, deſiderabilius eſt, quam certiſſima cognitio, quæ habetur de minimis rebus. *E perche ogn' vno maggiormente s'affettioni in ciò, dice lib.* 1. *c. Gent.* Penitus ab humana natura ſeipſum degenerat, qui ſcire, & intelligere non affectat.

Siche l'intender bene le coſe diuine è vna ſpecie di beatitudine. Che coſa hora c'inſegna l'Angelico della diſpoſitione che ſi ricerca per riceuer si Gran Perſonaggio in caſa noſtra.

P. 2. quæſt. 106. art. 1. ad 1. Dicendum, quod in Scriptura Euangelij non continentur niſi ea, quæ pertinent ad gratiam Spiritus Sancti, vel ſicut diſpoſitiua, vel ſicut ordinatiua ad vſum huius gratiæ. Sicut diſpoſitiua quidem quantum ad intellectum per fidem per quam datur Spiritus Sancti gratia, continentur in Euangelio ea quæ pertinent ad manifeſtandam Diuinitatem, vel Humanitatem Chriſti. Secundum affectum verò continentur in Euangelio ea quæ pertinent ad contemptum mundi, per quem homo fit capax Spiritus Sancti gratiæ. Mundus enim, ideſt amatores mundi, non poteſt capere Spiritum Sanctum, vt habetur *Ioan. 14. O vero.*

Quem mundus non poteſt accipere. *Vgone*, vt mundum vocet pernicioſos mundi.

La Gloſſa: Mundus, remanens amator mundi, cum quo nunquam eſt amor Dei, non poteſt accipere, quia Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum *Sap. 1.* nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

Lucæ 2. apparue l'Angelo ai Paſtori dicendogli: Euangelizo vobis gaudium magnum. *Pondera S. Bernardo Serm. 3.* Natiuit. Domini *quella parola* vobis *dicendo.* Quam multi nobiles ſecundum carnem, quam multi pòtentes, quam multi ſapientes Sæculi huius hora illa in ſtratis mollibus quieſcebant, & nemo illorum dignus habitus eſt nouam videre lucem, ſcire gaudium illud, magnum Angelos audire cantantes Gloriam in excelſis Deo.

Mà cercbiamo la cauſa perche Dio più toſto fece queſto fauore ai poueri che ai ricchi à gl' idioti, che ai Sauij, à Paſtori che à Prencipi? Aſſegna iui il Santo la ragione dicendo: Væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram, vt iam non mereamini habere cœleſtem, *perche come dice altroue:* Delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienam.

E S. Gregorio 5. Moral. portato dal S. D. in Catena ſuper c. 14. Ioannis. Spiritus autem Sanctus omne, quem repleuerit, ad deſideranda inuiſibilia accendit, & quoniam mundana corda ſolum viſibilia diligunt, hunc mundus non accipit, quia ad diligenda inuiſibilia non aſſurgit. Sæculares ætenim mentes quantò ſe foras per deſideria dilatant, tantò ad receptionem illius, ſinum cordis anguſtant.

S. Agoſtino pure portato iui. Sic autem mundum, ideſt mundi dilectores dicit non poſſe accipere Spiritum Sanctum, velut ſi dicamus iniuſtitia iuſta eſſe non poteſt. Mundus ergo, ideſt mundi dilectores, non poteſt eum accipere, quia non videt eum: Non enim habet

habet inuiſibiles oculos mundana dilectio per quos videri Spiritus Sanctus niſi inuiſibiliter non poteſt.

E S. Baſilio lib. de Spiritu Sancto. Sicut, *dice*, in ſpeculo impurgato rerum imagines recipi, viderique nequeunt. Sic homo illuſtrationem Spiritus Sancti recipere non poteſt, niſi peccatum & carnis affectionem abijciat.

Mà ſi potrebbe vn poco hauer vna ragione adequata perche il Spirito Santo richiedi da noi queſto vacuo di tutte le coſe di queſto mondo? Alcerto che ſi, e l'apporta S. Tomaſo lib. 4. c. Gent. cap. 18. doue tratta quod Spiritus Sanctus ſit ſubſiſtens Perſona. *Vnde lui ſolo può riempire la noſtra capacità, e non la creatura, e non il Demonio:* Cum Spiritus Sanctus non ſit creatura, ſed verus Deus manifeſtum eſt quod non cogimur dicere eodem modo eſſe intelligendum quod Spiritus Sanctus mentes Sanctorum impleat, & eos inhabitet, ſicut Diabolus aliquos implere, vel inhabitare dicitur. Habetur enim *Io. 13. de Iuda*, quod poſt buccellam introiuit in eum Satanas. Et *Act. 5.* dicit Petrus, vt quidam libri habent, Anania, cur impleuit Satanas cor tuum? Cum enim Diabolus creatura ſit, non implet aliquem participatione ſui: Sed dicitur aliquos implere per effectum ſuæ malitiæ. Vnde & Paulus dicit ad quemdam *Act. 13.* O plenè omni dolo, & omni fallacia. Spiritus autem Sanctus cum Deus ſit, & ſua bonitas, quod de nulla creatura verum eſſe poteſt, ſui participatione bonos facit, & per effectum ſuæ virtutis Sanctorum implet mentes.

Launde S. Paolo Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Et *1. Corinth. 6.* Membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo. *Doue S. Tomaſo leſt. 3.* Dicitur autem templum domus Dei. Quia igitur Spiritus Sanctus Deus eſt, conueniens eſt, quòd in quocumque eſt Spiritus Sanctus, templum Dei dicatur. Eſt autem Spiritus Sanctus principaliter quidem in cordibus hominum, in quibus charitas Dei diffunditur per Spiritum Sanctum, vt dicitur *Rom. 5.* Sed ſecundariò etiam in membris corporalibus, in quantum exequuntur opera charitatis.

E ſopra quel paſſo di S. Giouanni 1. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus *dice il S. D. Opuſc. 4. §.* Sicut ergo: Et hoc ideò eſt, quia vbi Charitas, ibi Spiritus Sanctus, qui nouit omnia, qui deducit nos in viam rectam, ſicut dicitur in *Pſalm. 138.*

E di queſta realtà, è verità della preſenza dello Spirito Santo nell' anima, e dei ſuoi mirabili affetti ne fa anche teſtimonio la N. S. M. nelle Manſioni c. 1. Manſionis ſeptimæ *doue coſi parla*: Omnes tres perſonæ hic ſe illi familiares reddunt, cum ipſa communicant, ei loquuntur, hæc-

que

que verba, quæ Dominum dixiſſe Euangelium teſtatur, ſe ſcilicet, ac Patrem, & Spiritum Sanctum ad animam, quæ ipſum diligeret, ac mandata eius ſeruaret, venturum, & apud ipſam manſionem facturam, eam reipſa intelligere faciunt &c. Quotidie autem magis & magis anima hæc obſtupeſcit, quod Sanctas haſce Perſonas nunquam exinde à ſe abeſſe aut recedere ſibi perſuadeat, ſed euidenti ſine videat, eo modo quo dictum eſt, in intimo animæ ſuæ penetrali, in receſſu quodam admodum profundo (quod quomodo ſit, explicare nequit, eò quod ſcientiam ac doctrinam non habet) diuinum hoc contubernium ſibi adeſſe, ipſumque in ſe ſentiat.

Ma tal dottrina l'apporta l'Angelico in 1. diſt. 14. quæſt. 2. art. 1. con queſte parole: Si enim conſideremus proceſſionem Spiritus Sancti ex parte eius, à quo procedit, non eſt dubium, quin ſecundum illum reſpectum ipſemet Spiritus Sanctus procedat. Si autem conſideremus proceſſionem ſecundum reſpectum ad id, in quo procedit, tunc, (ſicut dictum eſt) reſpectus iſte in Spiritu Sancto ponitur: non quia ipſe realiter referatur, ſed quia alterum referatur ad ipſum. Cum igitur in acceptione donorum ipſius, non ſolum relatio noſtra terminetur ad dona, vt ipſa tantùm habeamus, ſed etiam ad Spiritum Sanctum, quia aliter ipſum habemus, quam prius, non tantum dicentur dona ipſius procedere in nos, ſed etiam ipſemet: ſecundum hoc enim ipſe dicitur referri ad nos, ſecundum quod nos referimur in ipſum. Et ideò procedit ipſe in nos, & dona ipſius, quia & dona eius recipimus, & per eadem ad ipſum nos aliter habemus: in quantum per dona eius ipſi Spiritui Sancto coniungimur, per donum nos ſibi aſſimilans.

Et in 1. diſt. 14. quæſt. 2. art. 1. ad 1. Dicendum, quod cum dicitur Deum eſſe vbique, importatur quædam relatio Dei ad creaturam, quæ quidem realiter non eſt in ipſo, ſed in creatura. Contingit autem ex parte creaturæ iſtas relationes multipliciter etiam diuerſificari, ſecundum diuerſos effectus, quibus Deo aſſimilatur. Et inde eſt, quod ſignificatur, vt aliter ſe habens ad creaturam, quam prius. Et propter hoc Spiritus Sanctus, qui vbique eſt, ſecundum relationem creaturæ ad ipſum, poteſt dici de nouo eſſe in aliquo, ſecundum nouam relationem ipſius creaturæ ad ipſum.

E così del Padre, e del Figlio ex 4. contra Gent. in ſolutione ad 4. perche quidquid ad diuinitatem pertinens de vno trium dicitur, de omnibus eſt intelligendum: eo quod ſunt vnus Deus. Neque enim poteſt Deus Pater ſine verbo, & amore intelligi: Neque è conuerſo: & propter hoc in vno trium omnes intelliguntur. Vnde & interdum fit mentio de ſolo Filio in eo, quod eſt commune tribus: ſicut eſt illud

Mat-

Matthæi 11. Neque Patrem quis nouit, niſi Filius: cum tamen & Pater, & Spiritus Sanctus Patrem cognoſcant. Similiter etiam de Spiritu Sancto dicitur 1. *Corinthiorum* 2. Quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi Spiritus Dei: cum tamen certum ſit, quod ab hac cognitione diuinorum, neque Pater, neque Filius excludantur.

E concorda parimente il S. D. con la Santa Madre con quell' altra dottrina 1. *Sent. diſt.* 15. *q.* 2. *art. vnico in ſolut. ad* 4. *con queſte parole*: Aduentus, vel inhabitatio conuenit toti Trinitati, quæ non dicuntur, niſi ratione effectus coniungentis ipſi Trinitati: quamuis ille effectus ratione appropriationis poſſit ducere magis in vnam perſonam, quam in aliam.

Beata dunque tal Anima, che ſi troua cosi fauorita poiche come gia laſciò ſcritto S. Agoſtino Serm. 11. *de Verbis Apoſtoli cap.* 4. Communis eſt omnibus natura, non gratia.

E S. Tomaſo quæſt. 24. *de Verit. artic.* 15. In nullo videntur omnes homines conuenire, niſi in aliquo naturali.

Vnde proſegue S. Agoſtino: Ecce fecit nos populum ſuum, qui nos fecit. Non enim creati homines iam populus eius eramus. Hinc dixit, Fecit nos, & non ipſi nos, vt ſimus populus eius, & oues paſcuæ eius. Nam & Pagani naſcuntur, & omnes impij, omnes aduerſarij Eccleſiæ eius: & non ſunt populus eius, nec oues paſcuæ eius. Communis eſt omnibus natura, non gratia.

Hor eſſendo noi fatti partecipi di queſta gratia concluderò il Diſcorſo con l' Apoſtolo S. Paolo ad Hebr. 2. Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte perfluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt Sermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, & conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus Sancti diſtributionibus, ſecundum ſuam voluntatem!

Che però ſoggiorge l' Angelico 3. *Sent. diſt.* 33. *qu.* 3. *art.* 3. *quæſtiunc.* 1. Perſeuerantia ſecundum Tullium eſt, in ratione bene conſiderata, ſtabilis & perpetua permanſio; Et præcipuè vt quis à ratione recta propter triſtitiam, quæ in laboribus accidit, non recedat: quia ſicut continentia facit inuictum à delectationibus, ita perſeuerantia facit inuictum à triſtitijs.

Et lect. 4. *ſuper cap.* 10. *ad Hebr. dice parimente à tal effetto* Suprà Apoſtolus monuit ad inhærendum Chriſto per fidem, ſpem, & charitatem, ad quod induxit per rationes terrentes: Hic ponit rationes demul-

demulcentes ſicut bonus Medicus poſtquam ſecuit, ponit vnctiones lenientes. Inter omnia enim commendatio de bene geſtis, eſt vnum quod maximè prouocat ad bonum inceptum continuandum: Virtus enim laudata creſcit in immenſum.

Pondus & immenſum gloria calcar habet.

E'l ſegno di tal' accreſcimento l'apporta parimente il S. M. Opuſc. 7. de decem Præceptis doue dice: Sunt duo quæ habitam charitatem augent. Primum eſt cordis ſeparatio à terrenis. Cor enim perfectè in diuerſa ferri non poteſt: Vnde nullus valet perfectè Deum, & mundum diligere: Et ideò quantò magis ab amore terrenorum noſter animus elongatur, tantò magis firmatur in dilectione diuina: vnde *Auguſtinus dicit in lib. 83. Quæſtionum*. Charitatis venenum eſt ſpes adipiſcendorum, aut retinendorum temporalium. Nutrimentum eius eſt imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas, quia radix omnium malorum eſt cupiditas. Quiſquis igitur charitatem nutrire vult inſtet minuendis cupiditatibus. Eſt autem cupiditas amor adipiſcendi, aut obtinendi temporalia &c. Secundum eſt firma patientia in aduerſis. Manifeſtum eſt enim quòd quando grauia pro eo quem diligimus ſuſtinemus, amor ipſe non deſtruitur: imò creſcit. *Cant.* 4. Aquæ multæ, ideſt, tribulationes multæ non potuerunt extinguere charitatem. Et ideò Sancti viri, qui aduerſitates pro Deo ſuſtinent, magis in eius dilectione firmantur. Sicut artifex illud artificium magis diligit, in quo plus laborauit. Et inde eſt quod fideles quantò plures afflictiones pro Deo ſuſtinent, tantò magis eleuantur in amore ipſius. *Gen.* 7. Multiplicatæ ſunt aquæ, ideſt, tribulationes, & eleuauerunt arcam in ſublime, ideſt, Eccleſiam, vel animam viri iuſti.

Mi diranno: E chi non haueſſe tante tribulationi ſarà forſi ſenza ſperanza di ſaluarſi?

Riſponde S. Tomaſo in cap. 3. Cant. ad illa verba Aſcenſum purpureum reclinatorium aureum media charitate conſtrauit: Per aſcenſum purpureum ordo deſignatur martyrum, qui paſſionem Chriſti imitati pro illo ſanguinem ſuum fuderunt. Sed quid nos faciemus dicit Beatus Gregorius, qui nullius meriti ſumus, & non inter martyres locum nos habere videmus? Sequitur. Media charitate conſtrauit. Habeamus ergo charitatem, & per hanc ſaluabimur.

E mi piace parimente à tal propoſito metter qui quella rifflettione, che nota il S. M. Matthei c. 14. Miſitque, & decolauit Ioannem &c. *cittato S. Geronimo in Cath. oue dice*: Ideò receſſit, vt vobis præberet exemplum temeritatis vltrò ſe tradentium vitandæ: quia non omnes eadem conſtantia perſeuerant in tormentis, qua ſe torquendos offerunt.

Ob

Ob hanc cauſam in alio loco præcipit. Cum perſecuti vos fuerint in iſta Ciuitate, fugite in aliam. Vnde eleganter quoque Euangeliſta non dicit: Fugit in locum deſertum: ſed ſeceſſit vt perſecutores vitauerit. Per doctrinam autem fit in diſcipulo ſcientia ſimilis ei, quæ eſt in magiſtro *conclude l'Angelico nelle diſputate qu. de Magiſtro art. 6. Che ſerue di gran conforto à tutti.*

Inſomma ſoggionge anche per conſolatione vniuerſale lib. 1. de Regimine Principum cap. 9. laudatur ab hominibus quæuis priuata Perſona, & ei à Deo computatur in præmium, ſi egenti ſubueniat, ſi diſcordes pacificet, ſi oppreſſum à Potentiore eripiat, denique ſi alicui qualitercumqoe opem, vel conſilium conferat ad ſalutem. *E poco doppo ibidem*: In Eccleſ. 31. dicitur: Beatus vir, qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris: qui potuit impune tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; & facere mala, & non fecit. Ex quo quaſi in virtutis opere probatus inuenitur fidelis.

E finalmente quæſt. 2. de Veritate art. 11. ad 2. Conſiderandum eſt, quod ſicut in cauſis efficientibus virtus primæ cauſæ manet in omnibus cauſis ſequentibus, ita etiam intentio principalis finis manet in omnibus finibus ſecundarijs: vnde quicunque actu intendit aliquem finem ſecundarium, virtute intendit finem principalem, ſicut Medicus dum colligit herbas actu intendit confice-re potionem, nihil fortaſſis de ſanitate cogitans, virtualiter tamen intendit ſanitatem, propter quam potionem dat. Sic igitur cum aliquis ſeipſum ordinat in Deum ſicut in finem in omnibus, quæ propter ſeipſum facit, manet virtute intentio vltimi finis, qui Deus eſt, vnde in omnibus mereri poteſt ſi charitatem habeat. *Perche come dice 2. 2. q. 182. art. 2. ad 1.* Meritum reſpectu præmij eſſentialis conſiſtit principaliter in charitate. *Mediante la quale ſoggionge q. 2. de malo art. 5. in argum. 11.* Se & omnia ſua ordinauit in Deum, cui inhæret vt vltimo fini.

Si quis diligit me. *Ioan.* 14.

. *Tomaſo lib. 3. contra Gent. cap.* 10. *dice che* agens ſi penitus virtute careret omninò non ageret; *che però ſoggionge* 1. *p. quaſt.* 94. *art.* 3. *in corp.* Aliquis alium inſtruere nequit niſi habeat ſcientiam: *E ſtendendo poi la dottrina in particolare alle coſe diuine conclude* 3. *p. qu.* 36. *art* 1. *in c.* Sic in Diuino omni non eſt audendum alijs ducem fieri niſi ſecundum omnem habitum ſuum factus ſit deiformiſſimus, & ſimilimus. *Hor ſe queſta dottrina ſi verifica nella ſcienza di Dio, quanto maggiormente dourà verificarſi nella Carita di Dio, la quale, come dice l'Apoſtolo ad Epheſ.* 3. *ſoprauanza la Scienza*, Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem, *conforme lo ſpiegano li Eſpoſitori in datiuo.* Regitur enim, *dice Cornelio à lapide ly.* Scientiæ à ſupereminentem, quaſi dicat, charitatem, quæ ſupereminet: & præſtat ſcientiæ. *Vnde Auguſtinus de gratia, & lib. arb. cap.* 19. *citato pure dal medeſimo Eſpoſitore*: Cum Apoſtolus dicat ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, quid inſaniui, quam putare ex Deo eſſe ſcientiam, quæ ſubdenda eſt charitati; & ex hominibus eſſe charitatem, quæ ſupereminet ſcientiæ? *Deue dunque chi hà da trattar della Carita di Dio, & inſerirla nel cuore delli altri poſſederla prima in ſe ſteſſo: launde S. Gregorio Homil.* 30. *in Euang.* linguas igneas, *dice*. Doctores habent, quia dum Deum amandum prædicant, corda audientium inflammant: nam & otioſus eſt Sermo Doctoris ſi præbere non valet incendium amoris; Hoc doctrinæ incendium ab ipſo veritatis ore conceperant, qui dicebant: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? *Signori miei aſcoltanti, deſideriamo noi hoggi hauer vn tal Dottore, che ci apporti queſti viui Sentimenti? Sentiamo l'Angelico che ſi come fu vn Cherubino nella ſcienza di Dio, coſi fu parimente vn' altro Serafino nell' Amor di Dio. E cominciamo.*

Per motiuo d'attentione per ogni aſſunto importante in ogni Predica che ci perſuade ſempre qualche virtù, ò ſia bene per noſtro profitto, queſto è proprio, & importante cioè il ſapere: dice S. Tomaſo opuſc. 61. *cap.* 2. *Che* antecedit naturaliter cognitio dilectionem. Et concupiſcentiam appræhenſio. Ratio eſt, quia ſic vires ordinatæ ſunt, vt cognitiua præcedat affectiua *Auguſt.* Inuiſa poſſumus diligere, incognita nequaquam. Vis ergo Deum amare, & concupiſcere: prius oportet

cogno-

cognoscere. Igitur secundum Philosophum: delectabile apprehensum mouet apprehensum. Summum igitur delectabile oportet apprehendere cogitando, vt possimus diligere appetendo.

Notate però soggionge il S. D. per nostra instruttione importante che: Apprehendimus autem sensibile auditum. Visu: Et nonnunquam gustu. Verbi gratia vinum, quod est sensibile, alio modo apprehendo audiens narrari de ipso quod sit bonum, magis autem cum video, magis autem cùm prægusto quia tunc est maxima coniunctio sensibilis ad sensum. Similiter intellectus de summo bono intelligit aliquid: aut per alium: & sic quasi per auditum: aut per se: Et sic quasi per visum: Sed plenius apprehendit cum affectus aliqualiter contingit: vel modicè experitur. Audire autem est incipientium, videre proficientium: gustare perfectorum. Incipiens vis audire: vt concupiscas: videre vt mouearis: quære vt audias. *E però attentamentre qui apunto si tratta dell' amore, che dobbiamo portar à Dio.*

Si quis diligit me. *Essendo stato Iddio per vna eternità intiera di se stesso godendo in se stesso, risolse finalmente di communicar se stesso alle creature, e farsi conoscere dalle intellettuali: Launde se bene è vero ciò che disse Eliù quell' amico di Giob:* Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, si loquutus fuerit homo, deuorabitur *Iob. 36. Doue Vgone Cardinale:* Deuorabitur, ideſt deficiet, quia fari ineffabilem cupiens ignorantiæ suæ angustia deglutitur.

E S. Gregorio 27. Moral. c. 25. Homo si de Deo ceperit loqui magnitudinis illius immensitate deuoratur: loquitur enim caro de spiritu, creatura de Creatore, temporalis de æterno, & quasi cæcus loquitur de luce. Vnde *l' Apostolo 1. ad Timoth. c. 16. dice che* lucem habitat inaccessibilem, *Et il Real Profeta Psal. 17.* Posuit tenebras latibulum suum. *Et Psalm. 96.* Nubes, & caligo in circuitu eius.

Perilche S. Dionisio Epist. 5. ad Doroth. Caligo diuina est inaccessibilis, in qua habitare dicitur Deus. Hæc est inuisibilis propter eximiam claritatem, & inaccessibilis propter immensam luminis copiam.

Ad ogni modo dice S. Gio. Damasceno de fide Orthodoxa, non tamen nos in omni prorsus ignoratione sui versari finit Deus: Nemo enim est mortalium, cui non hoc ab eo naturaliter insitum sit, vt Deum esse perspectum habeat: Quin ipsæ quoque res conditæ, earumque conseruatio, atque gubernatio Diuinæ naturæ Maiestatem prædicant.

E S. Tomaso in 1. Sent. dist. 3. q. art. 1. doue tratta in termini terminanti, an Deus possit cognosci à creatura, *dice chiaramente che* finis vltimus humanæ vitæ est cognitio Dei *Ioan. 17.* Hęc est vita æterna vt cognoscant

ſcant te: Si ergo homo non poſſet cognoſcere Deum, eſſet in vanum conſtitutus, quod eſt inconueniens ſecundum illud *Pſal.* 83. Nunquid vanè conſtituiſti filios hominum.

E nella lettione 1. in 1. cap. de diuinis nominibus *aſſegna vn' altra ragione, e dice che* eſſet contra rationem diuinæ bonitatis ſi cognitionem ſuam ſic ſibi retineret Deus quod nulli alteri penitus communicaret: Vnde ſuæ bonitatis ratio hoc habet, vt reſeruato ſibi quodam cognitionis modo, qui ſibi eſt ſingularis, communicet inferioribus ex ſua gratia aliquem modum cognitionis ſecundum proportionem vnius cuiuſque.

Il qual modo è così ben proportionato che dice S. Paolo Hebr. 2. eſſer manifeſto conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus. Vnde *S. Tomaſo ſopra queſto paſſo lect. 1. dice*: Sciendum quod teſtimonium eſt per loquelam, loquela autem eſt ſignum ſenſibile. Deus autem duplici ſigno ſenſibili conteſtatus eſt, ſcilicet verbo, & miraculis.

Et quæſt. 6. de miraculis, art. 5. in corp. dice: Operatio Miraculorum eſt quoddam diuinum teſtimonium indicatiuum diuinæ virtutis, & veritatis.

E S. Agoſtino Epiſt. 49. quæſt. 6. Deus miraculis loquitur.

E Ricardo di S. Vittore lib. de Trinitate cap. 2. Nonne cum omni confidentia dicere poſſumus: Domine, ſi error eſt, à teipſo decepti ſumus? Nam iſta in nobis tantis ſignis, & prodigijs confirmata ſunt, & talibus, quæ non niſi per te fieri poſſunt.

Che però ſoggionge l'Angelico 2. 2. quæſt. 1. de Fide art. 4. ad 2. Dicendum, quod ea quæ ſubſunt Fidei, dupliciter conſiderari poſſunt. Vno modo in ſpeciali, & ſic non poſſunt eſſe ſimul viſa, & credita. Alio modo in generali, ſcilicet ſub ratione communi credibilis; & ſic ſunt viſa ab eo qui credit. Non enim crederet, niſi videret ea eſſe credenda, vel propter euidentiam ſignorum, vel propter aliquid huiuſmodi.

Come ſono tanti altri effetti della diuina prouidenza, che prouano l'eſiſtenza di Dio come dice l'Apoſtolo ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. *Doue S. Tomaſo 1. p. qu. 2. art. 2. nell'argomento* ſed contra: Sed hoc non eſſet, niſi per ea, quæ facta ſunt, poſſet demonſtrari Deum eſſe: primum enim quod oportet intelligi de aliquo eſt an ſit.

E nel corpo dell' Articolo: Dicendum, quod duplex eſt demonſtratio. Vna quæ eſt per cauſam, & dicitur propter quid, & hæc eſt per priora ſimpliciter: Alia eſt per effectum, & dicitur demonſtratio quia; Et hæc eſt per ea, quæ ſunt priora quoad nos, cum enim effectus aliquis nobis eſt manifeſtior quam ſua cauſa, per effectum

proce-

procedimus ad cognitionem causæ. Ex quolibet autem effectu potest demonstrari propriam causam eius esse, si tamen eius effectus sint magis noti quoad nos: Quia cum effectus dependeat à causa, posito effectu, necesse est causam præexistere. Vnde Deum esse secundum quod non est per se notum quoad nos, demonstrabile est per effectus nobis notos.

Giunto però anche in questi l'interno impulso dell' istesso Iddio come insegna similmente il S. D. 2. 2. q. 6. art. 1. doue dice così: Quantum verò ad secundum, scilicet ad assensum in ea, quæ sunt fidei, potest considerari duplex causa. Vna quidem exterius inducens, sicut miraculum visum, vel persuasio hominis inducentis ad fidem, quorum neutrum est sufficiens. Videntium enim vnum, & idem miraculum, & audientium eandemque prædicationem quidam credunt, & quidam non credunt. Et ideò oportet ponere aliam causam interiorem, quæ moueat hominem interius ad assentiendum his quæ sunt Fidei.

Et quæst. 2. art. 9. ad 3. haueua detto quod ille qui credit, habet sufficiens inductiuum ad credendum. Inducitur enim autoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ, & quod plus est, interiori instinctu Dei inuitantis.

Mà doppoche ci hà inuitati a creder in lui, indi c'inuita ad amarlo Si quis diligit me.

Et ecco in primis *la sua ragione fondamentale, che ne apporta l'Angelico Opusc. 6. contra Græcos, & Armenos cap. 5. doue discorre in tal modo*. Ad incarnationis diuinæ mysterium aliqualiter considerandum, oportet aduertere, quod omne per intellectum agens per conceptionem sui intellectus, quam dicimus Verbum, operatur: vt patet in edificatore, & quolibet artifice, qui secundum formam quam mente concepit, exterius operatur: Quia ergo Dei filius est ipsum Dei Verbum, consequens est, vt Deus omnia per filium fecerit. Vnaquæque autem res per eadem fit & reparatur: Si enim domus collapsa fit, per formam artis reparatur, per quam à principio condita fuit. Inter creaturas autem à Deo conditas per Verbum suum, primum gradum tenet creatura rationalis: intantùm quòd omnes aliæ creaturæ ei subseruiunt, & ad ipsam ordinari videntur: & hoc rationabiliter: quia rationalis creatura dominium habet sui actus per arbitrij libertatem. Cœteræ verò creaturæ non ex iudicio libero agunt: sed quadam vi naturæ mouentur ad agendum. Vbique autem quod est liberum præeminet ei quod est Seruum: Et Serui ad liberorum famulatum ordinantur: & à liberis gubernantur. Lapsus ergo rationalis creaturæ secundum veram æstimationem magis æstiman-

mandus est, quàm cuiuscumque irrationalis creaturæ defectus: Nec est dubium quin apud Dei iudicium res secundum veram æstimationem iudicentur. Hoc ergo conueniens est diuinæ sapientiæ, vt præcipuè lapsum rationalis creaturæ repararet: magis etiam quàm si cœlum collaberetur: vel quicquid aliud in rebus corporeis posset accidere &c. lapsus autem rationalis creaturæ est secundum quod deficit à rectitudine voluntatis: quod fit per peccatum. Defectum ergo peccati, qui nihil est aliud quàm peruersitas voluntatis, præcipuè Deo conuenit remouere. Et hoc per Verbum suum quo vniuersam condidit creaturam. Modus autem reparationis talis esse debuit, quòd naturæ reparandæ conueniret & morbo: Naturæ dico reparandæ: quia cum homo sit rationalis naturæ libero arbitrio præditus, non ex necessitate exterioris virtutis: sed secundum propriam voluntatem ad statum rectitudinis reuocandus fuit: Morbo etiam: quia cum morbus in peruersitate voluntatis consisteret, oportuit quòd voluntas ad rectitudinem reduceretur: Voluntatis autem humanæ rectitudo consistit in ordinatione amoris, qui est principalis affectio: Ordinatus autem amor est vt Deum super omnia diligamus, quasi summum bonum: & vt in ipsum referamus omnia, quæ amamus tanquam in vltimum finem.

Che però soggionge in cap. 15. Io. lect. 5. Dicendum, quòd Deum inquantum Deus est nullus potest odio habere, cum Deus sit pura essentia bonitatis: quæ cum sit secundum se diligibilis, impossibile est quòd secundum se ab aliquo odiatur. Vnde hæc est ratio quare impossibile est, quòd malus Deum videat. Impossibile est enim Deum videri ab aliquo quin diligatur. Qui autem Deum diligit bonus est. Vnde hæc sunt impossibilia, scilicet quòd aliquis Deum videat, & sit malus. Potest tamen aliquis Deum odio habere secundum aliquid aliud, puta qui amat voluptatem, odit Deum vt prohibentem voluptatum fruitiones: Et qui quærit immunitatem, odit Dei iustitiam punientem.

Hor andiamo parimente nella 1. 2. quæst. 70. art. 3. in corp. doue insegna il S. D. che prima dispositio mentis humanæ ad bonum est per amorem, qui est prima affectio, & omnium affectionum radix: Et ideò inter fructus Spiritus primò ponitur charitas: in qua specialiter Spiritus Sanctus datur sicut in propria similitudine, cùm & ipse sit amor: Vnde dicitur *Rom. 5.* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

Il che poi ci porta la vera allegrezza come soggionge iui il S. M. Ad amorem autem Charitatis ex necessitate sequitur gaudium; Omnis enim amans gaudet ex coniunctione amati: Charitas autem semper habet

bet præsentem Deum, quem amat, secundum illud 1. *Io.* 4. Qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vnde sequela Charitatis est gaudium.

Gaudium enim *dice* 2. 2. *q.* 28. *art.* 1. *in corp.* Ex amore causatur, vel propter præsentiam boni amati, vel etiam propter hoc, quòd ipsi bono amato proprium bonum inest, & conseruatur: Et secundum hoc maximè pertinet ad amorem beneuolentiæ, per quem aliquis gaudet de amico prosperè se habente, etiamsi sit absens. Charitas autem est amor Dei, cuius bonum immutabile est; quia ipse est sua bonitas. Et ex hoc ipso quod amatur, est in amante per nobilissimum suum effectum.

Et præsens in hac vita per gratiæ inhabitationem *ibi. ad* 1. Et in alia per diuini boni fruitionem *ibi. ad* 3.

E non voglio ometter qui quell' altra dottrina, che apporta il S. M. 1. 2. *q.* 45. *art.* 3. *doue proua come per l'amore il Signor Iddio singolarmente è ne giusti come in suo Tempio in cui vien riuerito, & honorato.* Est communis modus, quo Deus est in omnibus rebus per essentiam, potentiam, & præsentiam, sicut causa in effectibus participantibus bonitatem ipsius. Super istum autem modum communem est vnus specialis, qui conuenit naturæ rationali, in qua Deus dicitur esse sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante. Et quia cognoscendo, & amando creatura rationalis sua operatione attingit ad ipsum Deum; secundum istum specialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo.

Chi dunque desidera viuer sempre allegro in questa vita, e nell' altra ami Dio. Onde il Real Profeta Psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. *Et Psalm.* 118. In via iustificationum tuarum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. *Et Isaiæ* 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo.

Mà non tanto per nostro interesse, mà molto più per il suo in 3. *S. dist:* 39. *qu.* 1. *art.* 3. *ad* 4. *doue insegna l'Angelico che* Si esset possibile, quod ex nostris operibus aliquid Deo accresceret, habens charitatem multò plura faceret propter beatitudinem ei conseruandam, quam propter eam sibi adipiscendam.

Et è chiara la ragione dice il S. M. Opusc. 4. de duobus Præcepris Charitatis *cap.* 4. *Perche*, interrogatus Christus, quod esset maximum, & primum mandatum, dixit *Matth.* 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est maximum, & primum mandatum. Et verè istud est maius, & nobilius, & vtilius inter omnia mandata, sicut satis manife-

nifeſtum eſt: in hoc enim omnia mandata implentur.

Et 2. 2. q. 44. art. 2. in corp. In operabilibus, in quibus præcepta legis nos dirigunt, finis habet rationem principij: Dilectio autem Dei finis eſt, ad quem dilectio proximi ordinatur.

Item *quæſt. 82. art. 4. in corp.* Deuotio principaliter procedit ex conſideratione Diuinæ Bonitatis; quia iſta conſideratio pertinet quaſi ad terminum motus voluntatis tradentis ſe Deo, & ex iſta conſideratione per ſe quidem ſequitur delectatio &c.

Item *in 3. diſt. 35. qu. 1. art. 2. quæſt. 3. in c.* Dicendum, quod vita contemplatiua Sanctorum præſupponit amorem ipſius contemplati, ex quo procedit: Vnde cum vita contemplatiua conſiſtat in operatione, quam quis maximè intendit, oportet quod ſit circa contemplationem maximè amati: hoc autem Deus eſt: vnde principaliter conſiſtit in operatione intellectus circa Deum: Vnde *Gregorius ſuper Ezech.* dicit, quod contemplatiua vita ad ſolum videndum principium anhelat, ſcilicet Deum.

Eſe conſiderat alia, *queſto è parimente* in quantum ad Dei contemplationem ordinantur ſicut ad finem; Puta creaturas, in quibus admiratur Diuinam Maieſtatem: Et ſapientiam, & beneficia Dei, ex quibus inardeſcit in eius amorem &c.

E però in eſſa riceue anche maggior diletto 2. 2. qu. 180. art. 7. ad 3. Dicendum quod contemplatio Dei in hac vita imperfecta eſt reſpectu contemplationis Patriæ, & ſimiliter delectatio contemplationis viæ, eſt imperfecta reſpectu delectationis contemplationis Patriæ: de qua dicitur *in Pſalm. 35.* De torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sed contemplatio diuinorum, quæ habetur in via, etſi ſit imperfecta: tamen eſt delectabilior omni alia contemplatione quantumcumque perfecta propter excellentiam rei contemplatæ. Vnde *Philoſ. dicit in 1.* de partibus animalium, accidit circa illas honorabiles exiſtentes, & diuinas ſubſtantias minores nobis exiſtere theorias: Sed etſi ſecundum modicum attingamus eas, tamen propter honorabilitatem cognoſcendi, delectabilius aliquid habent quàm quæ apud nos omnia. Et hoc eſt etiam quod *Gregor. dicit* ſuper Ezech. Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animam rapit, cœleſtia aperit, ſpiritualia mentis oculis patefacit.

Che però con più ragioni proua l'Angelico eſſer la vita contemplatiua migliore, che l'Attiua iuj quæſt. 182. art. 1. in c. Dicendum, quod nihil prohibet ſecundum ſe aliquid eſſe excellentius, quod tamen ſecundum quid ab alio ſuperatur. Dicendum eſt ergo quod vita contemplatiua ſimpliciter melior eſt quam actiua; Quod *Philoſophus in 10. Ethic.*

Ethic. probat octo rationibus. Quarum prima est: quia vita contemplatiua conuenit homini secundum illud, quod est optimum in ipso scilicet secundum intellectum, & respectu propriorum obiectorum, scilicet intelligibilium: Vita autem actiua occupatur circa exteriora: Vnde Rachel, per quam significatur vita contemplatiua, interpretatur visum principium: Vita autem actiua significatur per Liam, quæ erat lippis oculis, *vt Gregorius dicit 6. Moral.*

Secunda, quia vita contemplatiua potest esse magis continua, licet non quantum ad summum contemplationis gradum: Vnde & Maria, per quam significatur vita contemplatiua describitur secus pedes Domini assidue sedens.

Tertia, quia maior est delectatio vitæ contemplatiuæ, qaam actiuæ. Vnde *Augustinus dicit in lib.* de Verbis Domini, quod Martha turbabatur, & Maria epulabatur.

Quarta, quia in vita contemplatiua est homo magis sibi sufficiens, quia paucioribus ad eam indiget: Vnde dicitur *Lucæ* 10. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima.

Quinta, quia vita contemplatiua magis propter se diligitur; Vita autem actiua ad aliud ordinatur: Vnde *in Psalm.* 26. dicitur: Vnam petij à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini.

Sexta, quia vita contemplatiua est secundùm diuina, vita autem actiua secundum humana; Vnde *Augustinus dicit in lib.* de Verbis Domini, In principio erat verbum; Ecce quod Maria audiebat: Verbum caro factum est, ecce cui Martha ministrabat.

Octaua, quia vita contemplatiua est secundum id, quod est magis proprium homini, scilicet secundum intellectum: in operationibus autem vitæ actiuæ communicant etiam inferiores vires, quæ sunt nobis, & brutis communes: Vnde in *Psalm.* 35. postquam dictum est, homines, & iumenta saluabis Domine, subditur id, quod est hominibus speciale, In lumine tuo videbimus lumen.

Nonam rationem addit Dominus *Lucæ* 10. cum dicit, Optimam partem elegit Maria, quæ non auferetur ab ea. Quod exponens *Augustinus in lib.* de Verbis Domini dicit: Non tu malam, sed illa meliorem: audi vnde meliorem: quia non auferetur ab ea: à te autem auferetur aliquando onus necessitatis, æterna est dulcedo veritatis.

Et è tanto migliore, che dice la N. S. Madre nelle Manſioni VII. cap. 2. Vt cui illam comparem, nesciam. Plura de hoc dici neqneunt, quam (quantum intelligi potest) animæ huius spiritum iam vnum,

quid eum Deo factum esse: qui (sicuti & ipse Spiritus est) amorem, quo nos prosequitur, demonstrare voluit: quia sic ei placuit, & voluit creaturæ se se vnire, vt quemadmodum duo coniuges tam coniuncti separari nequeunt, sic nec ipse ab ea disiungi velit.

Nel che ci ha fatti communi con li Angeli dice S. Tomaso in 3. distinc. 28. quæst. 1. art. 3. Amicitia esse non potest nisi inter eos, qui eandem vitam participant: vita autem hominis, & Angeli est duplex. Vna quæ competit eis secundum naturam suam; & sic homines, & Angeli non communicant in eadem vita, sed homines ad inuicem, & Angeli ad inuicem; quia conuenit eis circa easdem operationes occupari. Alia vita vtriusque est per gratiam, secundum quam fiunt participes diuinæ vitæ; Et in hac vita communicant ad inuicem & cum Deo: Et ideò secundum hanc vitam potest esse amicitia eorum ad inuicem, & hæc amicitia est charitas.

La quale però ci obliga ad amar prima Iddio, che noi, e li Angeli, quæst. 1. de charit. art. 9. ad 7. doue dice così: Ad septimum dicendum, quod vnitate naturæ nihil est magis vnum, quam nos; sed vnitate affectus, cuius obiectum est bonum, summum bonum debet esse nobis magis vnum quam nos.

Et art. 2. Ad secundum dicendum, quod similitudo, quam habemus ad Deum, est prior, & causa similitudinis, quam habemus ad proximum; ex hoc enim, quod participamus à Deo id, quod ab ipso etiam proximus habet, similes proximo efficimur; & ideò ratione similitudinis magis debemus Deum diligere, quam Proximum. *E però sempre deue andar auanti il detto di Christo* Si quis diligit me. *Et eccone anche quest' altre raggioni.*

2. 2. *quæst.* 184. *art.* 1. Vnumquodque dicitur esse perfectum, inquantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio. Charitas autem est, quæ vnit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis, quia qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur 1. *Io.* 4. Et ideò secundum Charitatem specialiter attenditur perfectio vitæ Christianæ.

Importat autem, *prosegue nell' articolo seguente*, perfectio quandam vniuersitatem, quia vt dicitur in 3. *Physic.* Perfectum est, cui nihil deest. Potest ergo triplex perfectio considerari. Vna quidem absoluta, quæ attenditur non solum secundum totalitatem ex parte diligentis, sed etiam ex parte diligibilis, prout scilicet Deus tantum diligitur, quantum diligibilis est. Et talis perfectio non est possibilis alicui creaturæ, sed competit soli Deo, in quo bonum integraliter, & essentialiter inuenitur.

Alia

Alia autem eſt perfectio, quæ attenditur ſecundum totalitatem abſolutam ex parte diligentis, prout ſcilicet affectus ſecundum totum ſuum poſſe ſemper actualiter tendit in Deum. Et talis perfectio non eſt poſſibilis in via, ſed erit in Patria.

Tertia autem eſt perfectio, quæ neque attenditur ſecundum totalitatem ex parte diligibilis, neque ſecundum totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc quod ſemper actu feratur in Deum, ſed quantum ad hoc, quod excludantur ea, quæ repugnant motui dilectionis in Deum, ſicut *Auguſtinus dicit in libro 83. quæſtionum*, quod venenum charitatis eſt cupiditas; Perfectio nulla cupiditas. Et talis perfectio poteſt in hac vita haberi. Et hoc dupliciter. Vno modo, in quantum ab affectu hominis excluditur omne illud, quod contrariatur charitati, ſicut eſt peccatum mortale; & ſine tali perfectione charitas eſſe non poteſt. Vnde eſt de neceſſitate ſalutis. Alio modo, in quantum ab affectu hominis excluditur non ſolum illud, quod eſt charitati contrarium, ſed etiam omne illud, quod impedit, ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, ſine qua perfectione charitas eſſe poteſt puta in incipientibus, & proficientibus.

Si vede dunque à primo ad vltimum *laſtima, e la precedenza, che deue hauere queſta gran Virtù della Carità di Dio; Che però S. Tomaſo quæſt. vnica* de Charitate *art. 3. ad 17.* Dicendum, quod Fides præcedit ſpem, & ſpes charitatem ordine generationis, ſicut imperfectum præcedit perfectum, ſed charitas in ordine perfectionis præcedit fidem, & ſpem.

Et ne aſſegna la ragione 2. 2. q. 23. art. 6. Perche dice ſemper id, quod eſt per ſe, maius eſt eo, quod eſt per aliud. Fides autem, & ſpes attingunt quidem Deum ſecundum quod ex ipſo prouenit nobis, vel cognitio veri, vel adeptio boni. Sed charitas attingit ipſum Deum, vt in ipſo ſiſtat, non vt ex eo aliquid nobis proueniat. Et ideò charitas eſt excellentior fide, & ſpe, & per conſequens omnibus alijs virtutibus.

E di piu dice 1. 2. quæſt. 68. art. 8. Sicut virtutes intellectuales præferuntur virtutibus moralibus, & regulant eas: ita virtutes theologicæ præferuntur donis Spiritus Sancti, & regulant ea.

Et in reſponſione ad 1. *dice*: Dicendum, quod charitas eſt virtus theologica, de qua concedimus, quod ſit potior donis.

E finalmente lib. 3. Sent. diſt. 27. qu. 2. art. 4. quæſtiunc. 3. in c. dice che Charitas ad omnes alias virtutes comparatur, & vt motor, & vt finis, & vt forma &c.

Ilche non deue apparer impoſſibile: che però in reſponſione *ad 5. ſoggionge:* Dicendum, quod inferiora participant perfectiones ſuperiorum ſecundum modum ſuum: & ideò participationes determinantur in participantibus ex capacitate, & natura participantium. Et ideò vnaquæque virtus, quæ eſt in inferiori potentia, habet quandam formam, quæ eſt virtus ex participatione ſuperioris potentiæ: ſed formam, qua eſt hæc virtus, habet ex natura propriæ potentiæ per determinationem ad proprium obiectum. Et hanc formam, & modum ponit vna quæque virtus circa ſuum actum, & iterum illam formam, vel modum, quem habet ex ſuperiori; ſicut temperantia in actu ſuo ponit modum proprium, & prudentiæ, & charitatis, & gratiæ.

Quindi q. 13. de Verit. art. 5. ad 12. Vita ergo ſpiritualis attribuitur Fidei, quia in eius actu primò apparet; quamuis eius complementum ſit à Charitate, & hoc ipſo eſt forma aliarum virtutum.

Vnde in reſp. ad *6.* Dicendum quod plures eſſe perfectiones vnius rei in eodem ordine eſt impoſſibile; Gratia autem eſt ſicut perfectio prima virtutum, ſed Charitas ſicut perfectio proxima.

Quæ quanto in aliquo erit perfectior, *ſoggionge ne ſuppl. ad 3. P. quæſt. 93. art. 3.* tantò eum reddet capaciorem diuinæ Charitatis, ſecundum cuius augmentum augebitur perfectio viſionis diuinæ. *Ilche meglio vedremo nella*

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo nell' Eſpoſitione del Salmo 31. che dice: Benè pſallite ei in vociferatione; *ò vero ſecondo la Verſione di S. Girolamo* in iubilatione, ſiue iubilo, *apporta queſta nobile dichiaratione:* Eſt iubilus lætitia ineffabilis, quæ verbis exprimi non poteſt; ſed voce datur intelligi gaudiorum latitudo immenſa: illa autem, quæ non poſſunt exprimi, ſunt bona gloriæ, 1. *Corinth.* 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit &c. Et ideò dicit: Benè pſallite ei in iubilatione: quia cantu exprimi non valent.

Item *ſopra quell' altro Salmo 46.* Iubilate Deo in voce exultationis, *dice*, in voce exteriori demonſtrate interiorem affectum. *Gloſſa.* Iubilus eſt ineffabile gaudium, quod nec taceri poteſt, ſed non poteſt exprimi, quia excedit comprehenſionem: Et talis eſt bonitas Dei, quæ non poteſt exprimi: Et ſi exprimatur, imperfectè tamen exprimitur: Et ideò dicebat *Hierem. 1. A. A. A.* Neſcio loqui. Et hunc iubilum ſignat Eccleſia, quando in eadem dictione multiplicat notas *Pſalm. 65.* Iubilate Deo omnis terra, Pſalmum

dicite

dicite ei: quoniam Dominus &c.

Hor ſe tanta allegrezza ſi riceuerà nella chiara viſione della bontà di Dio, e quella ſarà alla miſura della Carità di Dio, chi ſara che non s'eſſerciti in queſta virtù più che in ogni altra?

Andiamo dall' Angelico nella 1. 2. *quæſt.* 114. *art.* 4. *doue propone la difficoltà*: Vtrum gratia ſit principium meriti principalius per Charitatem, quam per alias virtutes?

Voglio metter all' intento tutto l'Articolo per eßer tutto importante.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur quod gratia non ſit principium meriti principalius per Charitatem, quam per alias virtutes. Merces enim operi debetur, ſecundum illud *Matth.* 20. Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam. Sed quælibet virtus eſt principium alicuius operis, eſt enim virtus habitus operatiuus, vt ſupra habitum eſt. Ergo quælibet virtus eſt æqualiter principium merendi.

Prætereà: *Apoſtolus dicit* 1. *ad Corinth.* 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum proprium laborem. Sed Charitas magis diminuit laborem, quam augeat; quia ſicut *Auguſtinus dicit in lib.* de Verbis Domini: Omnia ſæua, & immania, facilia, & prope nulla facit amor. Ergo Charitas non eſt principalius principium merendi, quam alia virtus.

Prætereà: illa virtus videtur principalius eſſe principium merendi, cuius actus ſunt maximè meritorij. Sed maximè meritorij videntur eſſe actus fidei, & patientiæ, ſiuè fortitudinis, ſicut patet in Martyribus, qui pro fide patienter, & fortiter vſque ad mortem certauerunt. Ergo aliæ virtutes principalius ſunt principium merendi, quam Charitas.

Sed contra eſt, quod Dominus *Io.* 14. dicit: Si quis diligit me, diligetur à Patre meo: Et ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Sed in manifeſta Dei cognitione conſiſtit vita æterna, ſecundum illud *Ioan.* 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & viuum. Ergo meritum vitæ æternæ maximè reſidet penes Charitatem.

Reſpondeo dicendum, quod ſicut ex dictis accipi poteſt, humanus actus habet rationem merendi ex duobus. Primò quidem, & principaliter ex diuina ordinatione, ſecundum quod actus dicitur eſſe meritorius illius boni, ad quod homo diuinitus ordinatur. Secundò verò ex parte liberi arbitrij; in quantum videlicet homo habet præ cæteris Creaturis, vt per ſe agat voluntariè agens. Et quantum ad vtrumque principalitas meriti penes Charitatem conſiſtit. Primò enim conſiderandum eſt, quod vita æterna in Dei frui-

fruitione consistit; motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni est proprius actus Charitatis, per quem omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem, secundum quod aliæ, virtutes imperantur à Charitate. Et ideò meritum vitæ æternæ primò pertinet ad Charitatem; Ad alias autem virtutes secundariò, secundum quod earum actus à Charitate imperantur. Similiter etiam manifestum est, quod id, quod ex amore facimus, maximè voluntariè facimus; vnde etiam secundum quod ad rationem meriti requiritur, quod sit voluntarium, principaliter meritum Charitati attribuitur.

Ad primum ergo dicendum, quod Charitas in quantum habet vltimum finem pro obiecto mouet alias virtutes ad operandum; semper enim habitus ad quem pertinet finis, imperat habitibus, ad quos pertinent ea, quæ sunt ad finem, vt ex supradictis patet.

Ad secundum dicendum, quod opus aliquod potest esse laboriosum, & difficile duplicirer. Vno modo ex magnitudine operis, & sic magnitudo laboris pertinet ad augmentum meriti. Et sic Charitas non diminuit laborem, imò facit aggredi opera maxima; magna enim operatur, si est, vt *Gregorius dicit* in quadam Homilia. Alio modo ex defectu ipsius operantis, vnicuique enim est laboriosum, & difficile, quod non prompta voluntate facit: & talis labor diminuit meritum, & à Charitate tollitur.

Ad tertium dicendum, quod fidei actus non est meritorius, nisi Fides per dilectionem operetur, vt dicitur *ad Galat.* 5. Similiter etiam actus patientiæ, & fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex Charitate hæc operetur, secundum illud 1. *ad Cor.* 13. Si tradidero corpus meum, itaut ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Della Carità dunque principalmente dobbiamo farci il patrimonio per la Visione beatifica, nella quale tanto più ogn'vno s'auanzarà, quanto sarà cresciuto in quella, si come lo proua direttamente il S. D. 1. p. qu. 12. art. 4. Dicendum, quod videntium Deum per essentiam vnus alio perfectius Deum videbit. Quod erit per lumen gloriæ. Vnde intellectus plus participat de lumine gloriæ, perfectius Deum videbit: Plus autem participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de Charitate; quia vbi est maior Charitas, ibi est maius desiderium, & desiderium quodammodo facit desiderante aptum, & paratum ad susceptionem desiderati; Vnde qui plus habebit de Charitate perfectius Deum videbit, & beatior erit.

Mà qui entrano trè obiettioni anche molto importanti cauate dalla P. 2. quæst. 114. art. 8. contra l'accrescimento della Charita, che procedono in tal modo.

Vide-

Videtur quod homo non poſſit mereri augmentum gratiæ, vel Charitatis. Cum enim aliquis receperit præmium, quod meruit, non debetur ei alia merces, ſicut de quibuſdam dicitur *Matth. 6.* Receperunt mercedem ſuam. Si igitur aliquis meretur augmentum Charitatis, vel gratiæ, ſequeretur quod gratia augmentata non poſſet expectare aliud præmium: quod eſt inconueniens.

Præterea: Nihil agit vltra ſuam ſpeciem: ſed principium meriti eſt gratia, vel Charitas, vt ex ſupradictis patet: Ergo nullus poteſt maiorem gratiam, vel Charitatem mereri, quam habeat.

Præterea: id quod cadit ſub merito, meretur homo per quemlibet actum à gratia, vel Charitate procedentem, ſicut per quemlibet talem actum meretur homo vitam æternam: Si igitur augmentum gratiæ, vel Charitatis cadat ſub merito, videtur quod per quemlibet actum Charitate informatum aliquis mereatur augmentum Charitatis: Sed id, quod homo meretur, infallibiliter à Deo conſequitur, niſi impediatur per peccatum ſequens. Dicitur enim *2. ad Timoth.* Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. Sic ergo ſequeretur, quod per quemlibet actum meritorium gratia, vel Charitas augeretur, quod videtur inconueniens, cùm quandoque actus meritorij non ſint multum feruentes, ita quod ſufficiant ad Charitatis augmentum. Non ergo augmentum Charitatis cadit ſub merito.

Sed contra eſt, quod *Auguſtinus dicit ſuper Epiſtolam Ioannis*, quod Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur, & perfici: Ergo augmentum Charitatis, vel gratiæ cadit ſub merito.

Reſpondeo dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, illud cadit ſub merito condigni, ad quod motio gratiæ ſe extendit; motio autem alicuius mouentis non ſolum ſe extendit ad vltimum terminum motus, ſed etiam ad totum progreſſum in motu: terminus autem motus gratiæ eſt vita æterna, progreſſus autem in hoc motu eſt ſecundum augmentum Charitatis, vel gratiæ, ſecundum illud *Prouerb. 4.* Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem, qui eſt dies gloriæ. Sic igitur augmentum gratiæ cadit ſub merito condigni.

Ad primum ergo dicendum, quod præmium eſt terminus meriti. Eſt autem duplex terminus motus, ſcilicet vltimus, & medius, qui eſt & principium, & terminus; & talis terminus eſt merces augmenti. Merces autem fauoris humani eſt ſicut vltimus terminus his qui finem in hoc conſtituunt: Vnde tales nullam aliam mercedem recipiunt.

Ad

Ad ſecundum dicendum, quod augmentum gratiæ non eſt ſupra virtutem præexiſtentis gratiæ, licet ſit ſupra quantitatem ipſius: ſicut arbor etſi ſit ſupra quantitatem ſeminis, non eſt tamen ſupra virtutem ipſius.

Ad tertium dicendum, quod quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiæ, ſicut & gratiæ conſummationem, quæ eſt vita æterna. Sed ſicut vita æterna non ſtatim redditur, ſed ſuo tempore, ita nec gratia ſtatim augetur, ſed ſuo tempore, cum ſcilicet aliquis ſufficienrer fuerit diſpoſitus ad gratiæ augmentum.

Vnde *conferma queſta riſpoſta in 2. diſt. 27. qu. 1. art. 5. ad 2. doue dice*: Non oportet, quod quilibet actus meritorius augmentum gratiæ mereatur; quia non in quolibet actu meritorio inuenitur illa conditio, per quam ex actu conſequitur augmentum habitus; ſed ſolum in illo actu, quo quis vtitur gratia accepta ſecundum proportionem ſuarum virium, itaut in nullo deſit gratiæ Dei.

Potiamo dunque ſinche ſiamo in queſto mondo andar ſempre più creſcendo nella carità, e merito con Dio eſſendo ſolamente conditione di Chriſto Signor noſtro di eſſer totalmente perfetto. 3. P. quæſt. 7. art. 9. 10. 11. & 12. doue cosi conclude: Finis gratiæ eſt vnio creaturæ rationalis ad Deum; non poteſt autem eſſe, neque intelligi maior vnio, quàm quæ eſt in Perſona; Et ideò gratia Chriſti Domini pertingit ad ſummamen ſuram gratiæ: & ſic manifeſtum eſt, quod gratia Chriſti Domini non poteſt augeri, neque ex parte ipſius gratiæ, ſed neque ex parte ſubiecti.

Et quæſt. 10. art. 4. ad 3. Dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt de gratia, quod non poteſt eſſe maior gratia, quam gratia Chriſti Domini per reſpectum ad vnionem verbi; idem etiam dicendum eſt de perfectione diuinæ viſionis, licet abſolutè conſiderando poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ.

Ilche anche ſpiega meglio 3. P. quæſt. 7. art. 11. ad 3. cosi: Dicendum, quod minus per augmentum poteſt peruenire ad quantitatem maioris in ijs, quæ habent quantitatem vnius rationis; ſed gratia alterius hominis comparatur ad gratiam Chriſti Domini, ſicut virtus quædam particularis ad vniuerſalem. Vnde ſicut virtus ignis, quantumcumque creſcat, non poteſt adæquare virtutem Solis; ita gratia alterius hominis, quantumcunque creſcat, non poteſt adæquare gratiam Chriſti. *Però tanto ci baſti dice il S. D. 1. 2. qu. 66. che* quilibet amans per effectum trahitur ad vnionem amati, propter quod dicitur 1. *Ioan.* 4. Qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Mi

Mi diranno. Che buon ſegno potreſſimo hauere di queſta diuina dilettione in noi, che ci poteſſe queſta mane reccar qualche conſolatione all' anime noſtre?

L' apporta ſubito l' Angelico Opuſc. 61. doue tratta de dilectione Dei, & proximi. Et in primis *eſſaminando il primo punto* quid ſit toto corde Deum diligere *trà l'altre proprietà del cuore aſſegna queſte ſei, dicendo.* Natura humani cordis cognata eſt actioni dilectionis, vt patet ſex proprietatibus eius. Eſt enim cor in complexione caliduni, & ſiccum, ideſt, ignea natura: ſicut naturale igni calere eſt, ita naturale eſt cordi amando ardere. Hugo. Vita cordis amor eſt: & ideò impoſſibile eſt vt ſine amore ſit cor quod viuere quærit. *Pſal.* Concaluit cor meum intra me &c. Calidum conſequitur leue, & ſurſum mobile: Sed heu filij hominum vſque quo graui corde? graues nimirum, quia frigidi. *Matth.* 24. Quoniam ſuperabundauit iniquitas. Item ſecundò eſt cor in ſubſtantia ſolidum, ne facilè à voluptate diſſoluatur, quo contra Iudith cor Holofernis concuſſum eſt. Item tertiò quoad formam inferiùs acutum, ſuperiùs latum: inferiùs acutum, vt ad temporalia hæc, & inferiora modicè attingat: Superiùs latum, vt ad cœleſtia dilatet affectum. *Iſa.* 60. Mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Item quartò, interiùs concauum, in ſignum quòd per creaturas ſufficienter impleri non valeat, *Bernard.* Capacem quippe Dei rationalem animam quicquid Deo minus eſt non implebit. Item duplici motu mouetur continuè, ſcilicet conſtrictionis quo expelluntur fumoſitates ſuperfluę; Et dilatationis, quo attrahatur aer ad mitigationem nimij caloris innati. Ex corde ergo amat, qui prudenter diſcernens expellit ſuperflua, & impedientia: & attrahit neceſſaria ad amandum adiuuantia &c. Eſt etiam, ſecundum *Ariſtot.* primum organum ſentiendi: Et ideò congruè primi mandati actio ab ipſo, & per ipſum debet ſenſibilis fieri. Sed Nota. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, non dimidio. Diuiſio cordis cauſat mortem. Oſeæ, diuiſum eſt cor eorum: nunc interibunt. Cor ergo, quod eſt ſecundum *Philoſophum* originale domicilium vitæ, naturali excitatur præcepto, vt ſuo modo cooperetur ad eliciendum actum vitæ gratuitæ. 1. *Io.* 3. Nos ſcimus quoniam translati ſumus de morte ad vitam. Quaſi diceret: qui non diligit, manet in morte.

Che però conclude il S. M. Opuſc. 61. cap. 11. de dilectione Dei: Ecce lex Domini conuertens animas, mater, & origo legum diuinarum. Magiſtra, & Domina humanarum rationabilium actionum, & æquarum, hoſtis iniquarum. Cuius obſeruantia per gratiam in hac vita initiatur, & continuata vſque ad mortem in alia vita conſuma-

tur, cum in ea deseruiente miles de nouicio professus, de sponsa subarrata, fit coniux consummata per Iesum principem summæ maiestatis: Abbatem summæ Sanctitatis: Sponsum diuinæ Charitatis. Qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto &c.

Et indi soggionge Opusc. 7. de decem præceptis. Sed ad hoc, quod istud præceptum dilectionis possit perfectè impleri, quatuor requiruntur. Primum est diuinorum beneficiorum rememoratio: quia omnia, quæ habemus, siue animam, siue corpus, siue exteriora habemus à Deo. Et ideò oportet, quod sibi de omnibus seruiamus: & eum diligamus corde perfecto. Nimis enim ingratus est, qui cogitans alicuius beneficia eum non diligit. Hæc recogitans *Dauid dicebat*. 1. *Paralipomenon* 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accipimus dedimus tibi. Et ideò in eius laudem dicitur *Ecclesiast.* 47. De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum. Secundum est diuinæ excellentiæ consideratio. Deus enim maior est corde nostro 1. *Io.* 3. Vnde si toto corde, & viribus ei seruiamus adhuc non sufficimus. *Eccli.* 43. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superualebit adhuc. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude. Tertium est mundanorum, & terrenorum abdicatio. Magnam enim iniuriam Deo facit, qui aliquid ei adæquat. *Esa.* 40. Cui similem fecisti Deum? Tunc autem alia Deo adæquamus, quando res temporales, & corruptibiles simul cum Deo diligimus. Sed hoc est omninò impossibile. Propterea dicitur *Isai.* 28. Coangustatum est stratum, itaut alter decidat, & pallium breue vtrunque operire non potest. Vbi cor hominis assimilatur strato arcto, & pallio breui. Cor enim humanum arctum est in respectu ad Deum. Vnde quando alia ab eo in corde tuo recipis, ipsum expellis. Ipse enim non patitur consortem in anima: sicut nec vir in vxore. Et ideò dicit ipse *Exedi* 20. Ego sum Deus tuus Zelotes. Nihil enim vult quod diligamus quantùm eum aut præter eum. Quartum est omnimoda peccatorum vitatio. Nullus enim potest diligere Deum in peccato existens. *Matth.* 6. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ: vnde si in peccato existis, Deum non diligis. Sed ille diligebat qui dicebat *Esa.* 38. Memento quomodò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. Præterea dicebat *Helias* 3. *Regum* 18. Quousque claudicatis in duas partes? Sicut claudicans nunc huc, nunc illuc inclinatur, sic & peccator nunc peccat, & nunc Deum quærere nititur. Et ideò Dominus dicit *Ioel.* 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. *Che così piaccia à S. D. Maestà di farcene la gratia in tutti i detti Punti; Poiche come anche per vltimo conclude*

il S. M.

il S. M. Opuſc. 2. c. 143. Huiuſmodi dona ſiue auxilia ſupernaturaliter homini data gratuita vocantur duplici ratione. Primò quidem, quia gratis diuinitùs dantur. Non enim poteſt in homine aliquid inueniri, cui condignè huiuſmodi auxilia debeantur, cum hæc facultatem humanæ naturæ excedant. Secundò verò, quia ſpeciali quodam modo per huiuſmodi dona homo efficitur Deo gratus. Cum enim dilectio Dei ſit cauſa bonitatis in rebus, non à præexiſtente bonitate prouocata, ſicut eſt dilectio noſtra, neceſſe eſt, quòd quibus aliquos ſpeciales effectus bonitatis largitur, reſpectu horum ſpecialis ratio dilectionis diuinæ conſideretur: Vndè eos maximè, & ſimpliciter diligere dicitur quibus tales bonitatis effectus largitur, per quos ad vltimum finem veniant, quod eſt ipſe, qui eſt fons bonitatis.

Horsù, confido che quanti ſono quì alla Predica ſiano partecipi di queſti coſi pretioſi effetti, e doni Diuini. Si deue però ſapere per Concluſione di eſſa, ſoggionge il Medeſimo Angelico nell'eſpoſitione della 2. ad Corinth. 1. Che in donis Diuinis eſt Ordo. Ad hoc enim Deus dat aliquibus ſpecialia dona vt ipſi effundant illa in vtilitatem aliorum; non enim dat lumen Soli vt ſibi ſoli luceat ſed vt toti Mundo: vnde vult quòd de omnibus bonis noſtris ſiue ſint diuitiæ, ſiue potentia, ſiue ſcientia, ſiue ſapientia, accreſcat aliqua vtilitas alijs 1. *Pet.* 4. Vnuſquiſque gratiam quam accepit &c. Per exhortationem ad tolerantiam paſſionum promittendo Præmia æterna.

E queſta è la vera amicitia che dobbiamo hauere con i noſtri Proſſimi dice il S. D. 2. 2. q. 25. a. 12. in corp. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, amicitia Charitatis ſuper Communicatione Beatitudinis fundatur, in qua quidem communicatione Vnum quidem eſt, quod conſideratur vt Principium influens Beatitudinem, ſcilicet Deus; Aliud eſt Beatitudinem directè participans, ſcilicet homo, & Angelus; Tertium autem eſt id, ad quod per quandam redundantiam Beatitudo deriuatur, ſcilicet corpus humanum; Id quidem, quod eſt Beatitudinem influens eſt hac ratione diligibile, quia eſt Beatitudinis cauſa: id autem quod eſt Beatitudinem participans poteſt eſſe duplici ratione diligibile, vel quia eſt vnum nobiſcum, vel quia eſt nobis conſociatum in Beatitudinis participatione, & ſecundum hoc ſumuntur duo ex Charitate diligibilia, prout ſcilicet homo diligit, & ſeipſum, & proximum.

Che è imitar l'iſteſſa Charità di Dio 1. 2. q. 110. art. 1. in c. di cui dice pur anche Quod quamlibet Dei Dilectionem ſequitur aliquod bonum in Creatura cauſatum. Vnde quod ſubſtantialiter eſt in Deo, accidentaliter fit in Anima participante Diuinam bonitatem, vt de ſcientia patet. Quod nobis, &c.

DOMINICA TRINITATIS.

Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. *Matth.* 28.

S. *Tomaſo P. p. quæſt.* 19. *art.* 3. *ad* 6. *dice che ſebene Iddio ab æterno non puotè far di meno di conoſcer ciaſcuna delle ſue creature, puotè però far di meno di crearle in tempo, ſe così gli foſſe piacciuto, e non era neceſſitato in queſto come in quello, e però ſebene non habbiamo d'hauergli obligo quanto alla cognitione, dobbiamo però eſſergli obligati quanto alla ſua bontà, che ſi è compiacciuto di metterci à queſta luce viſibile dell'eſſer creato puotendo laſciarci nelle tenebre del niente, & in quel Caos di quei ſpatij imaginarij*: Dicendum, quod ſicut diuinum eſſe in ſe eſt neceſſarium, ita & diuinum velle, & diuinum ſcire: Sed diuinum ſcire habet neceſſariam habitudinem ad ſcita, non autem diuinum velle ad volita: quod ideò eſt, quia Scientia habetur de rebus ſecundum quod ſunt in ſciente: Voluntas autem comparatur ad res ſecundum quod ſunt in ſeipſis: Quia igitur omnia alia habent neceſſarium eſſe ſecundum quod ſunt in Deo, non autem ſecundum quod ſunt in ſeipſis habent neceſſitatem abſolutam, itaquod ſint per ſeipſa neceſſaria; propter hoc Deus quæcumque ſcit, ex neceſſitate ſcit; non autem quæcumque vult, ex neceſſitate vult. *Siche Vditori miei cari ſe noi ſiamo qui eſiſtenti in queſto ſacro luogo è per mera gratia, e volontà di Dio* ex quo omnia, *come l'habbiamo detto nell'vfficio di queſta feſta. Hor io domando, e che pretende Dio da noi doppo che ci hà creati, alleuati, e ridotti allo ſtato di queſta perfetta conſiſtenza? Riſponde il S. D.* 3. *p. quæſt.* 71. *art.* 1. Manifeſtum eſt quod in vita corporali ſpecialis quædam perfectio eſt, quod homo ad perfectam ætatem perueniat, & perfectas actiones hominis agere poſſit. Vnde *& Apoſtolus dicit* 1. *Cor.* 13. Cum autem factus ſum vir euacuari quæ erant parvuli. Et inde eſt etiam quod præter motum generationis, quo aliquis recipit vitam corporalem, eſt motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem. Sic igitur & vitam ſpiritualem homo accipit per baptiſmum, qui eſt ſpiritualis regeneratio: in confirmatione autem homo accipit quaſi quandam perfectam ætatem ſpiri-

ſpiritualis vitæ. *Gionto poi à queſta perfettione ſoggionge l'Angelico ini art. 2. in corp.* Homo autem cum ad perfectam ætatem peruenerit incipit iam communicare actiones ſuas ad alios. Anteà verò quaſi ſingulariter ſibi ipſi viuit. *Vuole dunque il Signor Iddio tanto nell'eſſere naturale, come ſpirituale che ci hà partecipato che ſiamo non ſolo buoni, e perfetti per noi ſteſſi: mà che parimente communichiamo la bonta, e la perfettione à gl'altri. In riſtretto che non ſolo ſiamo Fedeli noi: mà che anche predichiamo la Fede à tutto il mondo:* Euntes docete omnes gentes. *Penſiero di Beda in Homil. portato quì da San Tomaſo in Cattena:* Qui enim ante paſſionem ſuam dixerat: In viam Gentium ne abieritis, ſurgens à mortuis dicit: Ite docete omnes Gentes. Quapropter confundantur Iudæi, qui dicunt Chriſtum tantummodo ad ſuam ſalutem eſſe venturum. Erubeſcant & Donatiſtæ, qui localiter Chriſtum concludere cupientes dixerunt tantummodo in Aphrica eſſe, non in alijs regionibus. *E S. Remigio pure portato iui.* Sciendum, quia antequam Dominus ſurrexiſſet à mortuis nouerant Angeli ſe ſubiectos homini Chriſto. Volens ergo Chriſtus etiam hominibus notum fieri quod data eſſet ſibi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, Prædicatores miſit, qui verbum vitæ cunctis nationibus prædicarent. *Hora ſuppoſto queſta Miſſione, che particolarmente habbiamo noi altri Religioſi come ſucceſſori delli Apoſtoli, douendo predicar al Mondo ſoura queſt' Articolo principale della noſtra fede, cioè del Miſterio della Santiſſima Trinità, che Predica faremo? Mi fauoriſchino di vna grata attentione, che hor hora ſodisfarò al lor pio, e ſanto deſiderio.*

E trattandoſi di ſoggetto che ſupera in infinito ogni bontà creata ſpero ne riceueranno gran pace, e contento all'anime loro, poiche come dice il S. M. 2. 2. quæſt. 9. art. 4. ad 1. Spiritualis pax, & gaudium conſequens reſpondet dono Sapientiæ. *Et in 3. d. 35. quæſt. 2. art. 1. qu. 3. ad 1.* Sapientia ſaporem importat, & quantum ad dilectionem: & quantum ad delectationem, quæ ipſam cognitionem in actu ſubſequitur, vnde Sapientia dicitur à ſapore, quaſi ſapida ſcientia, quomodo dicitur *Eccleſ. 6.* Sapientia ſecundum ſuum nomen eſt. *Che principalmente è di Dio, poiche* ille, qui cognoſcit cauſam altiſſimam ſimpliciter, quæ eſt Deus, dicitur Sapiens ſimpliciter *2. 2. qu. 45. in corp. 3. Sent. diſt. 35. qu. 2. art. q. 1.*

E prima di venir al Punto voglio ſupponer la dottrina, che apporta l'Angelico nella 2. 2. quæſt. 180. art. 1. doue dice, che ſe bene Vita contemplatiua quantum ad ipſam eſſentiam actionis pertinet ad intellectum: *Tuttauia* quantum ad id, quod mouet ad exercendam talem operationem, pertinet ad voluntatem, *Perche* ad ipſam viſionem primi principij, ſcilicet Dei, incitat amor ipſius. Vnde *Gregorius*

dicit

dicit ſuper Ezech. quod Vita contemplatiua calcatis curis omnibus ad videndam faciem Creatoris ſui inardeſcit.

Siche ſempre nelle noſtre Prediche dobbiamo hauer la mira alla compuntione, e motione della noſtra volontà in Dio; Vnde S. Girolamo ad Nepotianum: Docente te in Eccleſia non clamor Populi, ſed gemitus ſuſcitetur, lacrymæ auditorum laudes tuæ ſint.

E S. Bernardo Serm. 59. in Cantica. Illius Doctoris libenter vocem audio, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum moueat.

Tralaſciando perciò di queſto Miſtero le dottrine puramente ſpeculatiue più proprie delle Cattedre, che de Pulpiti, ad vna ſola morale m appiglio, e ſtabiliſco per Aſſunto, & è che l'Articolo della Santiſſima Trinità per la ſua grand eminenza, e profondità pro hoc ſtatu *è meglio per noi, e più ſicuro il crederlo con viua fede, che volerlo comprender con ragioni, poiche alla fede ſuccede la chiara viſione, & alla temerità delle ragioni humane il reſtarne ſempre più all' oſcuro* iuxta illud *Prouerb.* 25. Qui ſcrutator eſt Maieſtatis opprimetur à gloria.

Cosi lo ſoggionge l'Angelico Opuſc. 70. ſul bel principio, doue ſebene dice, oportet quòd ſecundum naturalis cognitionis progreſſum ratio à poſterioribus in priora deueniat, & à creaturis in Deum. *Ad ogni modo, perche* Creaturæ per quas naturaliter cognoſcitur Deus in infinitum ab ipſo diſtant; Et ideircò ex creaturis in Deum cognoſcendum tendentes in errores multiplices inciderunt, ſecundum illud *Pſalm.* Defecerunt ſcrutantes &c. ideò Deus humano generi aliam tutam viam cognitionis prouidit ſuam notitiam per fidem mentibus hominum infundens. Vnde dicitur 1. *Corinth.* 2. Quæ Dei ſunt nemo nouit, niſi ſpiritus Dei, ſicut ſcriptum eſt: Credidi propter quod locutus ſum. *Dobbiamo dunque, come per via più certa, e ſicura inoaminarci à Dio per fede della Santiſſima Trinità.*

Che però proſegue il S. D. opuſc. 23. ad Archidiaconum Cudeſtinum. Saluator noſter diſcipulos ad prædicandum mittens tria eis iniunxit. Primò quidem vt docerent fidem. Secundò, vt credentes imbuerent Sacramentis. Tertiò, vt credentes Sacramentis imbutos ad obſeruandum diuina mandata inducerent. Dicitur enim *Matth. vltimo:* Euntes docete omnes gentes, quantùm ad primum, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Quantum ad ſecundum, docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis, quantum ad tertium. Inter quæ tria decenter fidei doctrina præmittitur. Eſt enim fides omnium bonorum ſpiritualium fundamentum. Secundum illud Apoſtoli *Hebr.* 11. Eſt autem fides ſubſtantia, ideſt fundamentum ſperandarum rerum. Eſt enim fides per quam anima viuificatur per gratiam, ſecundum illud

lud Apoſtoli *Galat.* 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. *Et Abacuch.* 2. Iuſtus ex fide ſua vivit. Ipſa eſt per quam anima à peccatis purgatur. *Act.* 17. Fide purificans corda eorum. Ipſa eſt per quam anima iuſtitia ornatur. *Roman.* 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti. Ipſa eſt per quam anima Deo deſponſatur. *Oſeæ* 2. Sponſabo te mihi in fide. Ipſa eſt per quam homines in Dei filios adoptantur *Io.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ipſa eſt per quam acceditur ad Deum, *Hebreor.* 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ipſa denique eſt per quam homines æternæ vitæ brauium conſequuntur: ſecundum illud *Io.* 6. Hæ eſt voluntas Patris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam &c.

E poco doppo al mio intento. Inter ea verò quæ de Deo fide tenemus, hoc, *parimente*, eſt ſingulare fidei Chriſtianæ, vt Trinitatem Perſonarum in vnitate diuinæ eſſentiæ fateamur &c. *Al cui Articolo tutti li altri ſono ordinati &c.*

Hor veniamo alle proue dell' Aſſunto S. Agoſtino ſuper Ioannem: Quid eſt fides, niſi credere quod non vides? Vnde & quomodo capitur TRINITAS rectè, ô Homo? interrogas quomodo creditur? non benè interrogas, imò ideò benè creditur, quia citò non capitur; nam ſi citò caperetur, non eſſet opus vt crederetur, nam ſi citò caperetur, non eſſet opus vt crederetur, quia videretur.

E però ſoggionge noli intelligere vt credas, ſed crede vt intelligas intellectus merces fidei.

Perilche ſi deue ſapere ciò, che inſegna S. Tomaſo quæſt. 27. de Verit. art. 1. in corp. doue dice: Che vult Deus omnibus creaturis bonum naturæ, propter quod dicitur omnia diligere *Sapient.* 11. *& Gen.* 1. Sed ratione huius acceptationis non conſueuimus dicere aliquem habere gratiam Dei: Sed inquantum Deus vult ei aliquod bonum ſupernaturale, quod eſt vita æterna ſicut dicitur *Iſai.* 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te: Vnde *Rom.* 6. dicitur Gratia Dei vita æterna. Sed hoc bonum Deus non vult alicui indigno. Ex natura autem ſua homo non eſt dignus tanto bono, cum ſit ſupernaturale: & ideò ex hoc ipſo, quod ponitur aliquis Deo gratus reſpectu huius boni, ponitur quod ſit dignus tali bono ſupra ſua naturalia. Quod quidem non mouet diuinam voluntatem, vt hominem ad illud bonum ordinet: Sed potius è conuerſo ex hoc ipſo, quod Deus ſua voluntate aliquem ordinet ad vitam æternam, præſtat ei aliquid, per quod ſit dignus vita æterna.

E que-

E questo è in primis *il lume della Santa Fede come ſeguita iui col teſtimonio dell' Apoſtolo* hoc autem eſt quod dicitur ad *Coloſſenſ.* 1. Qui dignos nos fecit in partem Sanctorum in lumine.

Che però la Fede ſoggionge il S. D. 2. 2. quæſt. 4. de fide art. 1. Eſt ſubſtantia rerum ſperandarum; ſubſtantia enim ſolet dici prima inchoatio cuiuſcumque rei, & maximè quando tota res ſequens continetur virtute in primo principio, puta ſi dicamus, quod prima principia indemonſtrabilia ſunt ſubiecta ſcientiæ; quia ſcilicet primum, quod in nobis eſt de ſcientia, ſunt huiuſmodi principia; & in eius virtute continetur tota ſcientia. Per hunc ergo modum dicitur fides eſſe ſubſtantia rerum ſperandarum, quia ſcilicet prima inchoatio rerum ſperandarum in nobis eſt per aſſenſum fidei, quæ virtute continet omnes res ſperandas. In hoc enim ſperamus beatificari, quod videbimus aperta viſione veritatem, cui per fidem adhæremus.

Che non ſolum, *dice il S. M. quæſt.* 1. *art.* 1. Eſt ipſe Deus, ſed etiam multa alia, quæ tamen ſub aſſenſu fidei non cadunt, niſi ſecundum quod habent aliquem ordinem ad Deum: ſicut etiam obiectum medicinæ eſt ſanitas, quia nihil medicina conſiderat, niſi in ordine ad ſanitatem.

Vnde ad 1. Dicendum, quod ea, quæ pertinent ad humanitatem Chriſti, & ad Sacramenta Eccleſiæ, vel ad quaſcumque creaturas, cadunt ſub fide, in quantum per hæc ordinamur ad Deum, & eis etiam aſſentimur propter diuinam veritatem.

Non quidem, *ſoggionge 3. c. Gent. c.* 154., per apertam viſionem, ſed per quandam certitudinem prouenientem ex reuelatione diuina; quæ quidem reuelatio fit quodam interiori, & intelligibili lumine mentem eleuante ad percipiendum ea, ad quæ per lumen naturale intellectus pertingere non poteſt. Sicut enim per lumen naturale intellectus redditur certus de his, quæ lumine illo cognoſcit, vt de primis principijs; ita de his, quæ ſupernaturali lumine apprehendit certitudinem habet.

Che però 2. 2. quæſt. 4. art. 8. Dicendum, quod certitudo poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ex cauſa certitudinis, & ſic dicitur eſſe certius illud, quod habet certiorem cauſam. Et hoc modo Fides eſt certior tribus prædictis (*cioè* habitu principiorum, ſapientia, & ſcientia) quia fides innititur veritati diuinæ; tria verò prædicta innituntur rationi humanæ. Alio modo poteſt conſiderari certitudo ex parte ſubiecti, & ſic dicitur eſſe certius, quod pleniùs conſequitur intellectus hominis. Et per hunc modum quia ea, quæ ſunt fidei, ſunt ſupra intellectum hominis, non autem

quæ

quæ ſubſunt tribus prædictis; ideò ex hac parte fides eſt minus certa. Sed quia vnumquodque iudicatur ſimpliciter quidem ſecundum cauſam ſuam; ſecundum autem diſpoſitionem, quæ ex parte ſubiecti eſt, iudicatur ſecundum quid; inde eſt, quòd fides eſt ſimpliciter certior: ſed alia ſunt certiora ſecundum quid, ſcilicet quoad nos.

Mi diranno: Viſio eſt certior auditu: Sed fides eſt ex auditu, vt dicitur *ad Rom.* 10. in intellectu autem, & ſcientia, & ſapientia includitur quædam intellectualis viſio. Ergo certior eſt ſcientia, vel intellectus, quam Fides.

Riſponde: Dicendum, quod cæteris paribus, Viſio eſt certior auditu: Sed ſi ille, à quo auditur, multum excedit ſenſum videntis, ſic certior eſt auditus, quam viſio. Sicut aliquis paruæ ſcientiæ magis certificatur de eo, quod audit ab aliquo ſcientifico, quam de eo, quod ſibi ſecundum ſuam rationem videtur. Et multò magis homo certior eſt de eo quod audit à Deo, qui falli non poteſt, quam de eo, quod videt propriâ ratione, quæ falli poteſt.

Mentre dunque Deus dicit ſe eſſe Trinum: Ergo Deus eſt Trinus. Vnde *quæſt.* 1. *art.* 5. *in c.* Quæ de Trinitate credimus, nos viſuros ſperamus, ſecundum illud 1. *ad Corinth.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: quam quidem viſionem iam Angeli habent. Vnde quod nos credimus, illi vident.

Però anche li Angeli prima hebbero la fede quæſt. 5. *art.* 1. *in argumento* ſed contra, *doue dice*: *Apoſtolus dicit ad Hebræos* 11. *c.* Accedentem ad Deum oportet credere. Sed Angelus, & homo in ſui primæ conditione erant in ſtatu accedendi ad Deum: Ergo in fide indigebant.

Et in corpore Articuli *dice*: Quia homo, & Angelus creati ſunt cum dono gratiæ, ideò neceſſe eſt dicere, quod per gratiam acceptam, & nondum conſummatam fuerit in eis inchoatio quædam ſperatæ beatitudinis, quæ quidem inchoatur in voluntate per ſpem, & charitatem, ſed in intellectu per fidem, vt ſupra dictum eſt *qu.* 4. *art.* 7. Et ideò neceſſe eſt dicere, quod Angelus ante confirmationem habuit fidem.

Felice dunque chi la poſſiede, perche come dice il S. D. qu. 1. *art.* 4. Illa per ſe pertinent ad fidem, quorum viſione in vita æterna perfruemur, & per quæ ducemur ad vitam æternam. Duo autem nobis videnda proponuntur, ſcilicet occultum Diuinitatis, cuius viſio nos beatos facit: & myſterium humanitatis Chriſti, per quod in gloriam filiorum Dei acceſſum habemus, vt dicitur *ad Rom.* 5. Vnde dicitur *Ioan.* 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum

verum, & quem misisti Iesum Christum. Et ideò prima distinctio credibilium est, quod quædam pertinent ad Maiestatem Diuinitatis, quædam verò pertinent ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis Sacramentum, vt dicitur 1. *ad Timoth.* 4. Circa Maiestatem autem Diuinitatis tria nobis credenda proponuntur: Primò quidem Vnitas Diuinitatis, & ad hoc pertinet primus Articulus. Secundò, Trinitas Personarum, & de hoc sunt tres Articuli secundum tres Personas.

Chi dunque aspira à cosi nobile Visione si disponghi con la fede, e sappi che come dice il S. D. 3. p. quæst. 9. art. 4. che Scientia beata per quam ipsa Dei essentia videtur est propria, & connaturalis soli Deo *e non di alcuna creatura.*

E ne dà la ragione 1. *p. q.* 12. *art.* 4. *in c. Perche* cognoscere ipsum esse subsistens est connaturale soli intellectui diuino *e per consequenza* est supra facultatem naturalem cuiuslibet intellectus creati, quia nulla creatura est suum esse, sed habet esse participatum. Non igitur potest intellectus creatus, Deum per essentiam videre. nisi in quantum Deus per suam gratiam se intellectui creato coniungit, vt intelligibile ab ipso.

Ilche segue col merito della Fede che però disse Christo Signor nostro Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt; *doue S. Tomaso* 3. *p. qu.* 55. *art.* 5. *ad* 3. Dicendum, quod meritum beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur, nisi homo nollet credere, nisi ea, quæ videt; sed quod aliquis ea, quæ non videt, credat per aliqua signa visa, non totaliter fidem euacuat, nec meritum eius. Sicut & Thomas, cui dictum est, quia vidisti me, credidisti; Aliud vidit, & aliud credidit: Vidit vulnera, & credidit Deum. *E doppo soggionge.*

Est autem perfectionis Fidei quod non requirit huiusmodi auxilia ad credendum. Vnde ad arguendum defectum fidei in quibusdam Dominus dicit *Ioan.* 4. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Et secundum hoc potest intelligi, quòd illi, qui sunt tam prompti animi, vt credant Deo, etiam signis non visis, sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt, nisi talia signa videant.

E però quanto al merito della fede vi è la sua differenza soggionge l'Angelico 3. *Sent. dist.* 24. *q.* 1. *art.* 3. *quæstiunc.* 3. *in corp.* Dicendum, quod quantitas meriti ex duobus potest attendi, scilicet ex parte operis, & ex parte operantis: opus quidem oportet vt sit virtuosum: & quia virtus est circa difficile, & bonum, oportet quod habeat difficultatem, & bonitatem, quantum in se est; & ideò quod addit

ad alterum eorum, addit ad meritum quantum ex parte operis: ex parte verò operantis requiritur voluntas: Vnde quantò magis quis voluntariè facit, tantò magis meretur, & semper quantitas meriti attenditur ſecundum radicem Charitatis: unde ſecundum eam certius eſt iudicium de quantitate meriti. Ratio ergo naturalis dupliciter poteſt induci in his, quæ fidei ſunt; Vel cum ratio inducitur ſecundum fidem, vel contra fidem: Ratio autem inducta contra fidem addit difficultatem actus quantum in ſe eſt: vnde manente eadem voluntate credendi, magis meretur qui credit, ad quod videt multas rationes naturales in contrarium, quam qui eas non videt, ſicut cum quis tentatur vehementius de luxuria, ſi reſiſtit, equali voluntate plus meretur: ratio autem quæ ſecundum fidem inducitur, non facit videri id, quod creditur: & ideò difficultatem operis quantum in ſe eſt, non diminuit, ſed quantum in ſe eſt, facit voluntatem magis promptam ad credendum: & ex iſta parte poteſt augere meritum fidei; Sicut habitus virtutis, qui inclinat ad actum in ſe difficilem, quem facilem reddit operanti. Vnde patet quod tam cauſa rationalis pro fide inducta, quam contra fidem, quantum in ſe eſt, meritum fidei auget; quamuis poſſit etiam diminuere vtrumque ex defectu credentis.

Dobbiamo dunque creder in Dio, e credendo potiamo ſperare di vederlo come è Trino, & vno 2. 2. quæſt. 4. art. 1. in corp. Veritas autem prima eſt obiectum fidei, ſecundum quod ipſa eſt non viſa: & ſecundum hoc oportet, quòd ipſa veritas prima ſe habeat ad actum fidei per modum finis ſecundum rationem rei non viſæ, quod pertinet ad rationem rei ſperatæ, ſecundum illud Apoſtoli *ad Rom. 8.* Quod non videmus ſperamus: Veritatem enim videre eſt ipſam habere; non autem ſperat aliquis id, quod iam habet: Sed ſpes eſt de hoc, quod non habetur.

Ilche non può intenderſi ſenza la Trinità delle Perſone diuine 2. 2. quæſt. 2. art. 8. ad 3. Summa Dei bonitas ſecundum modum, quo nunc intelligitur per effectus, poteſt intelligi abſque Trinitate Perſonarum. Sed ſecundum quod intelligitur in ſeipſa prout videtur à Beatis, non poteſt intelligi ſine Trinitate Perſonarum.

Et 3. p. q. 3. art. 3. così dice: Intellectus dupliciter ſe habet ad diuina: vno modo vt cognoſcat Deum ſicuti eſt, & ſic impoſſibile eſt, quod conſcribatur per intellectum aliquid à Deo, & quod aliud remaneat; quia totum quod eſt in Deo, eſt vnum, ſalua diſtinctione Perſonarum. Quarum tamen vna tollitur, ſublata alia: quia diſtinguuntur ſolum relationibus, quas oportet eſſe ſimul.

Che però S. Agostino lib. 1. de Trinitate *cap.* 8. *dice*: Siuè ergo audiamus, ostende nobis Filium, siuè audiamus, ostende nobis Patrem, tantundem valet, quia neuter sine altero potest ostendi.

Et apporta anche di ciò l'Angelico la ragione ex Arist. 7. *Metaphysic. lect.* 6. *doue dice*: Hæc autem forma, quæ est in anima, differt à forma, quæ est in materia. Nam contrariorum formæ in materia sunt diuersæ, & contrariæ: in anima autem est quodammodo vna species contrariorum, & hoc ideò quia formæ in materia sunt propter esse rerum formatarum. Formæ autem in anima sunt secundum modum cognoscibilem, & intelligibilem: esse autem vnius contrarij tollitur per esse alterius, sed cognitio vnius oppositi non tollitur per cognitionem alterius, sed magis iuuatur. Sicut eadem est ratio in anima sanitatis, & infirmitatis. Per absentiam enim sanitatis cognoscitur infirmitas, sanitas autem, quæ est in anima, est quædam ratio, per quam cognoscitur sanitas, & infirmitas.

E mi pare che concordi con questa dottrina quella Visione intellettuale, che racconta la N. S. Madre della Santissima Trinità nel libro delle Mansioni c. 1. Mansionis 7. *doue dice così*: Omnes tres Personæ hic se illi familiares reddunt, cum ipsa communicant, ei loquuntur, hæcque verba, quæ Dominum dixisse Euangelium testatur, se scilicet, ac Patrem, ac Spiritum Sanctum ad animam, quæ ipsum diligeret, ac mandata eius seruaret, venturum, & apud ipsam mansionem facturum, eam re ipsa intelligere faciunt &c. Quotidie autem magis, & magis Anima hæc obstupescit, quod Sanctas hasce Personas nunquam exinde à se abesse, aut recedere sibi persuadeat. Sed euidentissimè videat, eo modo quo dictum est, in intimo animæ suo penetrali, in recessu quodam admodum profundo (quod quomodo sit, explicare nequit, eo quod scientiam, & doctrinam non habet) diuinum hoc contubernium sibi adesse, ipsumque in se sentiat.

E la dottrina l'apporta il S. D. in c. dist. 10. *quæst.* 1. *art.* 3. *con queste parole*: Quandò autem aliquis placet sibi in aliquo, trahit se in illud, & coniungit se illi quantum potest, itaut illud efficiatur suum: Et inde est, quod amor habet rationem vniendi amantem, & amatum. *E così* quia Spiritus Sanctus procedit vt amor, ex modo processionis habet, vt sit vnio Patris, ac Filij.

Il che poi anche maggiormente spiega nel medesimo Articolo in solutione *ad* 3. *dicendo*: Pater, & Filius dicuntur vniri Spiritu Sancto, non effectiuè, sed quasi formaliter. Sed forma est duplex. Quædam enim manens, & quiescens in his, quorum est forma: & sic per modum formæ se habet ad Personas diuinas essentia; & sic vniuntur formaliter amore essentiali. Est etiam aliquid formaliter vniens,

non

non quasi inhærens, sed sicut procedens ab vtroque vnitorum: ac si diceremus, aliqua duo corpora vniri per aliquem liquorem ab eis procedentem. Et ita Pater, & Filius vniuntur Spiritu Sancto.

E così in vn certo modo participato ci vnisce noi alle medesime Persone Diuine 1. *Sent. ad Annibaldum dist.* 14. *quæst. vnica art.* 4. Dicendum, quod Spiritus Sanctus dicitur dari alicui, vel procedere in aliquem, secundum quod nouo modo incipit esse in eo. Modi autem, quibus Deus est in creatura, distinguuntur secundum diuersos modos, quibus creatura Creatori vnitur. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo sicut effectus causæ efficienti, cuius similitudinem gerit: & sic est modus communis, prout est in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam. Alio modo sicut obiecto operationis, in quantum creatura cognoscit, & amat Creatorem, & sic dicitur esse in Sanctis. Tertio modo quantum ad esse in vna Persona: & sic dicitur diuinitas esse in Christo. Illa ergo dona solum, quæ faciunt cognoscere, & diligere Deum, quæ sunt dona gratiæ gratum facientis, faciunt Deum nouo modo esse in nobis. Et ideò secundum illa tantum dicuntur Filius, & Spiritus Sanctus in nos procedere, vel mitti ad nos, vel dari nobis. Nam secundum omnia alia dona non alio modo est in nobis, quam per essentiam, præsentiam, & potentiam.

Hor mi diranno se siamo battezzati in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo, & il battesimo ci vnisce in amicitia di così grandi Personaggi come tuttauia siamo soggetti à tante penalità? Sarà la risposta il punto della

SECONDA PARTE.

S. Tomaso 3. P. quest. 67. art. 3. in corp. Dicendum quod ad misericordiam eius, qui vult omnes Homines saluos fieri, pertinet vt in his, quæ sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inueniat: Inter autem omnia remedia Sacramenta maximè necessitatis est Baptismus, qui est regeneratio Hominis in vitam spiritualem. Et ideò vt homo vita remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, vt & materia Baptismi sit communis, scilicet aqua, quæ à quolibet de facili haberi potest; Et Minister Baptismi etiam sit quicumque non ordinatus: Ne propter defectum Baptismi homo salutis suæ dispendium patiatur.

Se dunque il Signor Iddio ha prouisto così bene alla colpa Originale, la quale totalmente si scancella nel Battesimo, come dice S. Crisostomo, portato pure dall'Angelico 3. p. quæst. 66. art. in c. Vt enim dicit Chrysostomus super illud *Ioan.* 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto: Sicut

in

in quodam Sepulchro in aqua ſubmergentibus nobis capita vetus homo ſepelitur, & ſubmerſus deorſum occultatur, & deinde nouus rurſus aſcendit.

Come dunque con tanta amicitia con Dio reſta così ſoggetto alle pene? Poiche come pur anche inſegna il S. D. 9. Ethic. lect. 13. Quantum ad eos qui vadunt ad amicos *trà li altri documenti apporta queſti due* Quorum primum eſt quod ad amicos in infortunijs exiſtentes oportet aliquando promptè ire, etiam non vocatum; quia amici proprium eſt benè facere amicis, & maximè illis qui ſunt in neceſſitate, & qui non dignificant, ideſt qui non dignum ducunt hoc requirere ab amico. Sic enim dum auxilium præſtatur non requirenti, ambobus, ſcilicet præſtanti, & requirenti fit melius, ideſt honeſtius: Quia & ille qui dat videtur magis ſponte dare; & ille qui recipit virtuose agit, nolendo grauare amicum: Eſt etiam ambobus delectabilius; quia & recipiens non patitur à verecundia, quam quis patitur in requirendo amicum; & etiam dans magis delectatur, quaſi ex ſeipſo non prouocatus faciens opus virtutis.

Secundum documentum eſt, quod ad bonas fortunas amici promptè ſe debet homo offerre ad cooperandum ei cum neceſſe fuerit; quia ad hoc indiget homo amicis, vt ſcilicet ei cooperentur.

Se dunque Iddio per la gratia battiſmale viene come amico alle anime noſtre, e ci fa ſuoi amici, perche non ci libera da ogni infortunio, e di macchia, e di pena?

Riſponde S. Tomaſo 3. p. quæſt. 69. art. 3. in corp. Dicendum quod Baptiſmus habet virtutem auferendi pœnalitates præſentis vitæ, non tamen eas aufert in præſenti vita: ſed eius virtute auferuntur à iuſtis in reſurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem vt dicitur 1. *Cor.* 15. & hoc rationabiliter.

Primò quidem quia per Baptiſmum homo incorporatur Chriſto, & efficitur membrum eius; & ideò conueniens eſt vt id agatur in membro incorporato, quod eſt actum in capite: Chriſtus autem à principio Conceptionis fuit plenus gratia, & veritate, habuit tamen corpus paſſibile, quod poſt paſſionem, & mortem eſt ad vitam glorioſam reſuſcitatum; vnde & Chriſtianus in Baptiſmo gratiam conſequitur quantum ad animam; habet tamen corpus paſſibile, in quo pro Chriſto poſſit pati, ſed tandem reſuſcitabitur ad impaſſibilem vitam: Vnde *Apoſtol. dicit Rom.* 8. Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis viuificabit, & mortalia corpora propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis: Et infra: Hæredes quidem Dei, Cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, vt & glorificemur.

Secundò hoc eſt conueniens propter ſpirituale exercitium, vt videlicet

delicet contra concupiſcentiam, & alias paſſibilitates pugnans homo victoriæ coronam acciperet: Vnde ſuper illud *Rom. 6.* Vt deſtruatur corpus peccati, dicit *Gloſſa*, ſi poſt Baptiſmum vixerit Homo in carne habet concupiſcentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo ſuperet. In cuius figuram dicitur *Iud. 3.* Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Iſraelem; & poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem prœliandi.

Tertiò hoc fuit conueniens ne homines ad Baptiſmum accederent propter impaſſibilitatem præſentis vitæ, & non propter gloriam vitæ æternæ: Vnde *Apoſt. dicit. 1. Cor. 15.* Si in hac vita tantum ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.

Di più queſto è certo dice il S. M. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 1. Quod opus vnius nullo modo poteſt alteri valere ad ſtatum conſequendum per viam meriti, vt ſcilicet ex his, quæ ego facio, aliquis mereatur vitam æternam; quia Sors gloriæ redit menſuram accipienti: Vnuſquiſque autem ex ſuo actu diſponitur, & non ex alieno; & dico diſpoſitionem ad præmium.

Di più in 3. diſt. 18. quæſt. 1. art. 5. ad vltimum *cosi dice*: Quamuis meritum ſit in Charitate, ſicut in radice, non tamen ſola Charitate meremur, ſed etiam alijs virtutibus in quantum earum actus ſunt à Charitate imperati.

Et quæſt. 1. de virtut. art. 11. ad 4. Dicendum, quod cum nullum meritum ſit ſine Charitate, actus virtutis acquiſitæ non poteſt eſſe meritorius ſine Charitate; Cum Charitate autem ſimul infunduntur aliæ Virtutes.

Trà le quali vna è la Patienza dice S. Agoſtino cittato dall' Angelico 2. 2. quæſt. 135. art. 1. in corp. Patientia Hominis eſt qua mala æquo animo toleramus, ne animo iniquo bona deſeramus, per quæ ad meliora perueniamus.

E che la Patienza ſia originata dalla Charità lo dice iui quæſt. 134. art. 3. in corp. Dicendum, quod ſicut *Auguſtinus dicit. in lib.* de patientia: Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum, & dolorum; & nemo niſi pro eo quod delectat ſponte ſuſcipit ferre quod cruciat. Et huius ratio eſt quia triſtitiam, & dolorem ſecundum ſe abhorret animus: Vnde nunquam eligeret ea pati propter ſe, ſed ſolum propter finem: Ergo oportet quod illud donum, propter quod aliquis vult pati mala, ſit magis volitum, & amatum, quam illud bonum, cuius priuatio ingerit dolorem, quem patienter toleramus: Quod autem aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amiſſione poteſt dolor cauſari, pertinet ad Charitatem, quæ diligit

ligit Deum ſuper omnia; Vnde manifeſtum eſt quod Patientia, ſecundum quod eſt virtus, à Charitate cauſatur, ſecundum illud 1. *ad Cor.* 13. Charitas patiens eſt: manifeſtum eſt autem quod Charitas non poteſt haberi niſi per gratiam, ſecundum illud *Rom.* 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis: vnde patet quod Patientia non poteſt haberi ſine auxilio gratiæ.

Come ſi vede particolarmente nella Patienza del Martire 4. S. diſt. 4. quæſt. 4. Dicendum quod vterque Baptiſmus habet efficaciam à Paſſione Chriſti, ſecundum quod ei conformat: & quia Baptiſmus aquæ conformat ei ſacramentali ſignificatione; Baptiſmus autem ſanguinis realiter; ideò quantum ad ſacramentalia excedit Baptiſmus aquæ (ſicut eſt impreſſio Characteris, & huiuſmodi) Sed quantum ad ea quæ ſunt res Sacramenti, excedit Baptiſmus ſanguinis; quia & gratia in Baptiſmo ſanguinis magis augetur habenti, & amplior datur non habenti (ſi impedimentum non adſit) & remiſſio peccatorum quamuis non ſit plenior (quia vterque omnem pœnam, & culpam tollit) tamen eſt in Baptiſmo ſanguinis efficacior, & fructuoſior, quia ſecundis maculis non inquinatur, vt *Damaſcenus dicit*. Et hoc patet per Auguſtinum qui loquens de comparatione horum Baptiſmatum ait: Baptizatus confitetur fidem ſuam coram Sacerdote, Martyr coram perſecutore: ille poſt profeſſionem aſpergitur aqua, hic ſanguine: ille per impoſitionem manus Pontificis recipit Spiritum Sanctum hic Templum efficitur Spiritus Sancti: Nullus autem efficitur Templum Spiritus Sancti, niſi gratiam recipiendo.

E però chi la riceue maggiore, è tempio più degno ad Rom. 8. lect. 5. Patet quod Apoſtoli ſunt omnibus alijs Sanctis, quacumque prærogatiua præfulgeant, ſiuè virginitatis, ſiuè doctrinæ, ſiuè martyrij præferendi, tanquam abundantius Spiritum Sanctum habentes.

De quali ſoggionge illa opera quæ fecerunt, ex maiori Charitate fecerunt, & ex qua habebant cor ad multa maiora facienda, ſi fuiſſet opportunum.

Diranno Adamo prima della caduta non era ſoggetto alle penalità, dunque non haueua occaſione di merito.

Riſponde l'Angelico 2. *Sent. diſt.* 29. *quæſt.* 1. *a.* 4. *ad* 2. Dicendum quod quamuis Homo in primo ſtatu non habuerit certamen interius, habuit tamen certamen exterius: Vnde & victoriam habere potuit, quia coronam mereretur.

Mi ſoggionge vn altro. Se il Filoſofo dice in 2. *Ethic. che* virtus eſt circa difficilia. *Perche dunque i perfetti meritano più ch'gl'imperfetti, ſe bene queſti patiſcono maggior difficolta che quelli?*

Riſpon-

Riſponde il S. D. in 2. diſt. 29. quæſt. 1. art. 4. ad 3. Dicendum, quod aliquid poteſt dici difficile dupliciter: vel ex arduitate operis; & ſic virtus intelligitur circa difficile eſſe quod ſcilicet in ſe difficile eſt, & arduum: vel ex imperfectione operantis; Et ſic virtus circa difficile non eſt, ſed talem difficultatem virtus tollit; quanto enim aliquis virtuoſior eſt, tanto faciliùs opera virtutis exercet. Nec tamen dicendum eſt, quod quantò virtuoſior ſit, minus mereatur. Et per hunc modum difficultas maior eſt in operibus Hominis poſt peccatum ex imperfectione operantis.

E finalmente S. Ambroſio ſuper Beati immaculati: Nulla ſine labore virtus eſt, quia labor proceſſus eſt virtutis.

Quindi il medeſimo De officijs: Non eſt glorioſa victoria, niſi vbi fuerint laborioſa certamina.

Dice quello naturalmente ogn'vno ſente reſiſtenza nel patire &c.

Riſponde S. Tomaſo 3. p. q. 47. a. 2. ad 2. Obedientia, etſi importat neceſſitatem reſpectu eius, quod præcipitur, tamen importat voluntatem reſpectu impletionis præcepti; Et talis fuit obedientia Chriſti: Nam ipſa paſſio, & mors, ſecundum ſe conſiderata, naturali voluntati repugnabat: Volebat tamen Chriſtus Dei voluntatem circa hoc implere ſecundum illud *Pſal. 39. 9.* Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Applica, &c.

Laonde parlando del libero arbitrio di Chriſto in 3. diſt. 18. quæſt. 1. art. 2. ad 5. dice che: Si eſſet determinatum ad vnum (ſicut ad diligendum Deum, quod non facere non poteſt, tamen ex hoc non amittit libertatem, aut rationem laudis, ſiuè meriti: quia in illud non coactè, ſed ſpontè tendit. *Cosi nel caſo noſtro &c. E poi l'intentione è quella, che ci deue regolare in tutto, come ne apporta la ſua Dottrina il S. D. 3. P. quæſt. 64. art. 8.*

Quando aliquid ſe habet ad multa, oportet, quòd per aliquid determinetur ad vnum, ſi illud effici debeat, ea verò, quæ in Sacramentis (*per eſſempio*) aguntur, poſſunt diuerſimodè agi: Sicut ablutio aquæ, quæ fit in Baptiſmo, poteſt ordinari, & ad munditiam corporalem, & ad ſanitatem corporalem, & ad ludum, & ad multa alia huiuſmodi; Et ideò oportet, quòd determinetur ad vnum, ideſt, ad Sacramentalem effectum per intentionem abluentis.

Se dunque Chriſto Signor noſtro cosi hà regolato la ſua pia intentione, dobbiamo noi parimente imitarlo in ſimili occaſioni 3. P. qu. 19. art. 3. Satisfactio Chriſti habet effectum in nobis, in quantum ei incorporamur vt membra ſuo Capiti.

Che però in illud *Io. 1.* De plenitudine eius omnes accepimus, *ſoggionge,*

gionge, e dice Quòd plenitudo gratiæ, quæ eſt in Chriſto, eſt cauſa omnium gratiarum, quæ ſunt in omnibus intellectualibus creaturis. *Ne vi è nel Mondo eſſempio migliore, ò maggiore, perche come nota il S. M. in 3. Sent. ad Annibaldum diſt. 13. q. vn. ar. 4.* Gratia Chriſti non poteſt augeri, quia eſt maximè vnita Deo, & tota eius capacitas impleta. *E ſe alcuno oppone*, Quòd omni finito poſſibilis eſt additio. *Riſponde:* Dicendum, quòd loquendo de Finito, & additione mathematicè, ideſt, ſecundum imaginationem, verum eſt, ſed loquendo naturaliter, verum non eſt: nam omnium natura conſtantium terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti.

Et ideò Gratia Chriſti augeri non potuit, quia tanta fuit eius capacitas, vltra quam augmentata eſſe non potuit, remanente natura humana, ſeu natura creata, & Deus non poteſt facere aliquam capacitatem increatam.

Stiamo dunque ancor noi in tal eſſempio conforme all' inſegnamento del Filoſofo 3. Ethic. cap. 3. doue dà queſt' auiſo: Quod cæteris ex conſultatione prætulimus, id eligibile eſt, *doue conformandoſi l' Angelico 1. 2. quæſt. 15. art. 3. ad 3. dice:* Poteſt enim contingere, quod per conſilium inueniantur plura ducentia ad finem, quorum dum quodlibet placet, in quodlibet eorum conſentitur: ſed ex multis, quæ placent præaccipimus vnum eligendo &c. *E tanto baſti.*

DOMINICA II. POST PENT.

Quæ eſt infra Octauam Corporis Chriſti.

Miſit Seruum ſuum hora Cænæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. *Lucæ 14.*

I ſuol dir per Prouerbio che à tauola mai s'inuecchia; che però dice S. Giouanni Criſoſtomo citato da S. Tomaſo in c. 6. Ioan. Ad vn lauto, e buon banchetto ogn' vno accetta volontieri l'inuito: Quia, *dice il Santo*, nihil eſt ita delectabile hominibus, quam vita: *Ma auertite ſoggionge il medeſimo Homil. 74. in Matth. che tal Prouerbio è ſtato ſuggerito dal Demonio, laude eſclama, e dice:* O verſutia Diaboli, quæ Prouerbia vitæ hominum tradidit, quibus integra poſſit hominum vita euerti; Nihil aliud hoc Prouerbio dicitur, quam quod nulla tibi honeſtè viuendi, nulla iuſtitiæ, cæterarumque virtutum cura ſit. *Anzi che vi aggionge S. Bernardo Serm. 48. in Canti-*

ca.

cà: Vita, *dice*, in delicijs agens & mors eſt, & vmbra mortis. *Teodoreto portato da Cornelio à lapide in* 1. *Epiſt. ad Timoth. c.* 5. Immodicæ deliciæ rationem obruunt, & efficiunt vt in corpore tanquam in aliquo ſepulchro iaceat. Vnde & Sophocles (*taſſando il goloſo*) Non arbitror, *dice*, hunc viuere, ſed cadauer iudico. *E finalmente Ipocrate lib.* 2. *Aphoris* 22. *afferma che* Morbi ex repletione fiunt. *Cosi paſſa nella Cena del Mondo: Mà non già nella Gran Cena, alla quale c'inuita Chriſto doue come vili ributta i beueraggi, & i cibi terreni, che periſcono, & vccidono, e porta in tauola nettari, & ambroſie, beuande, e viuande diuine, che mangiate non mancano, guſtate dilettano, e frequentate ſatiano ſenza faſtidio, e generano ſoſtanza di vita eterna. Cosi S. Gregorio in Hom. portato qui dall' Angelico.* Ecce homo diues inuitat, & pauperes occurrere feſtinant: ad Dei inuitamur conuiuium. *A queſto conuitto reggio doue mangia Chriſto, e ſerue per Coppiere il Figlio di Dio v' inuito hoggi per la pretioſita del ſuo cibo. Attenti, e comincio.*

E prima mi proteſto, che non intendo di entrar nei meriti, ò ſiano Queſtioni della poſſibilità di queſto conuitto, perche come inſegna S. Tomaſo 3. *P. quæſt.* 3. *art.* 6. *cittato S. Agoſtino* in Epiſtola ad Volvſianum, *Se non intendiamo certe opere marauigliose, biſogna chiuder li occhi del noſtro piccolo intendimento, e dire che* Tota ratio facti eſt potentia facientis. *La qual Potenza ſoggionge il S. D. nelle diſputate Quæſt.* 1. de potentia Dei *art.* 7.

Ad ea ſe extendit, quæ ſunt poſſibilia ſecundum ſe: Hæc autem ſunt, quæ contradictionem non implicant. *E qui non appariſce contradittione.*

Item *ſappiamo che* ſolus Deus poteſt facere præter ordinem, & curſum totius naturæ 1. *p. q.* 105. *art.* 6. *è qui*, Hæc Conuerſio non eſt ſimilis conuerſionibus naturalibus, ſed eſt omninò ſupernaturalis, ſola Dei virtute effecta. Vnde *Ambroſius dicit in lib.* de Sacramentis, liquet quod præter naturæ ordinem Virgo generauit, & hoc quod conficitur corpus ex Virgine eſt: Quid ergo quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex Virgine 3. *p. quæſt.* 75. *art.* 6.

E per tanto abbaſſando le alli del noſtro intelletto intorno alle curioſe diſpute, contentiamoci di accettarne ſolamente l'amoreuole inuito, & intender a occhi chiuſi, che Parata ſunt omnia, *e quando poſſiamo francamente ſenz altre cerimonie metterci à ſedere à queſta tauola, e banchetto diuino.* Miſit Seruum, &c.

E prima di venir al punto deuono ſapere, che come ſoleua dir S. Gregorio Nazianzeno in Carmine iambico 18. *Che chi vuol eſquiſitezza di Poeſia ſi deue accoſtar ad Homero, e chi deſidera miele d'eloquenza non ſi hà da partir*

da Platone, poiche ogn'vno di essi fu eccellentissimo nella sua professione. Il che spiega nelli seguenti versi.

In corde Homeri musa sit quamuis tuo
Quamuis Platonis lingua sit, quam melleam
Vt est profecto, nemo non existimat.

Chi trattò meglio del Santissimo Sacramento, che S. Tomaso, dal quale la Chiesa hà preso tutto l'officio di questa solennità? Scientibus loquor *Per tanto stiamo anche noi in questo Discorso sù le dottrine del S. D. 1. p. q. 94 a. 3. dice egli che subito che il Signor Iddio creò Adamo gl'infuse* omnium scientiam in quibus homo natus est instrui: *Mà non solo l'amaestrò per se stesso, mà anche lo fece Maestro delli altri: Poiche* institutus fuit in statu perfecto, non solum quantum ad corpus vt statim posset generare, sed etiam quantum ad animam, vt statim posset alios instruere, & gubernare. Ad gubernationem autem vitæ propriæ, & aliorum non solum requiritur cognitio eorum quæ naturaliter sciri possunt: Sed etiam cognitio eorum quæ naturalem cognitionem excedunt, eo quod vita hominis ordinatur ad quendam finem supernaturalem, *e però* nobis ad gubernationem vitæ nostræ necessarium est conoscere quæ fidei sunt.

Hor non vi essendo più Adamo, à chi tocca quest'impiego? ai Saeri Dottori quorum est muneris excellentia *soggionge il S. D. quodlib. 1. alias art. 14. nunc quæst. 7. art. 2. in corp. E se egli stesso è così eccellente Maestro, non partiamo da lui, poiche* in omni scibili *ha scritto così bene, e singolarmente di questo Sourano Misterio.*

E prima dobbiamo supponer la conuenienza di tal Sacramento, la quale l'assegna 3. p. qu. 73. art. 1. in corp. Dicendum, quod Sacramenta Ecclesiæ ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali; vita autem spiritualis vitæ corporali conformatur: eo quod corporalia spiritualium similitudinem gerunt. Manifestum est autem, quod sicut ad vitam corporalem requiritur generatio per quam homo vitam accipit; & augmentum, quo homo perducitur ad perfectionem vitæ; ita etiam requiritur alimentum, quo homo conseruatur in vita: Et ideò sicut ad vitam spiritualem oportuit esse Baptismum, qui est spiritualis generatio, & confirmationem, quæ est spirituale augmentum: ita oportuit esse Sacramentum Eucharistiæ, quod est spirituale alimentum.

Hor questo alimento è forsi necessario di prenderlo ogni dì? Risponde il S. M. 3. p. quæst. 80. art. 10. doue in termini terminanti propone la difficoltà. Vtrum liceat quotidie Eucharestiam suscipere. Videtur quod non liceat quotidie hoc Sacramentum suscipere. Huic Sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerentia debetur. Ad

reue-

reuerentiam autem pertinet, quòd aliquis ab hoc Sacramento abſtineat. Vnde & laudatur Centurio, qui dicit *Matth.* 8. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Et Petrus, qui dicit *Lucæ* 5. Exi à me, quia homo peccator ſum Domine. Ergo non eſt laudabile quod homo quotidie hoc Sacramentum ſuſcipiat.

Sed contra eſt quod *Auguſtinus dicit in lib. de Verbis Domini*. Iſte panis quotidianus eſt, accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit.

Ma ſentiamo la Concluſione del corpo dell' Articolo. Reſpondeo dicendum quod circa vſum huius Sacramenti duo poſſunt conſiderari. Vnum quidem ex parte ipſius Sacramenti, cuius virtus eſt hominibus ſalutaris. Et ideò vtile eſt quotidie ipſum ſumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. Vnde *Ambroſius dicit in lib. de Sacramentis*. Si quotieſcumque effunditur ſanguis Chriſti in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere, qui ſemper pecco, debeo ſemper habere medicinam.

Alio modo poteſt conſiderari ex parte ſumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc Sacramentum accedat. Et ideò ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile eſt quod quotidie ſumat: Vnde *Auguſtinus* cum dixiſſet, accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit, ſubiungit, ſic viue, vt quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius deuotionis occurrunt propter corporis indiſpoſitionem, vel Animæ, non eſt vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere, ſed quotieſcumque ſe ad illud homo inuenerit præparatum. Vnde in libro de Eccleſiaſticis Dogmatibus dicitur: Quotidie Euchariſtiæ communionem accipere nec laudo, nec vitupero.

Riſponde poi all' Argomento con vna dottrina degna del ſuo intelletto Angelico, Dicendum, quod reuerentia huius Sacramenti habet timorem amori coniunctum. Vnde timor reuerentiæ ad Deum, dicitur timor filialis. Ex amore enim prouocatur deſiderium ſumendi; Ex timore autem conſurgit humilitas reuerendi. Et ideò vtrumque pertinet ad reuerentiam huius Sacramenti, & quod quotidie ſumatur, & quod aliquando abſtineatur: Vnde *Auguſtinus dicit*: Si dixerit quiſpiam non quotidie accipiendam Euchariſtiam. Alius contra. Faciat vnuſquiſque quòd ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum: neque enim litigauerunt inter ſe Zacheus, & ille Centurio cum alter eorum gaudens ſuſcepit Dominum: Alter dixit: Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo. Amor tamen, *ſoggionge l'Angelico*, & ſpes ad quæ ſemper Scriptura nos prouocat, præſe-

præferuntur timori: Vnde & cum Petrus dixiſſet: Exi à me Domine, quia homo peccator ſum, reſpondit Ieſus, noli timere.

Mà qui entra vn' altra obiettione ibidem *degna di riſolutione*. Eccleſia intendit ſuis ſtatutis fidelium vtilitati prouidere: Sed ex ſtatuto Eccleſiæ fideles tenentur ſolum ſemel communicare in anno: Vnde dicitur in Extrauagan. de Pœnitentia, & remiſſione: Omnis vtriuſque ſexus fidelis ſuſcipiat reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de proprij Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum. Non ergo eſt laudabile quod quotidie hoc Sacramentum ſumatur.

Riſponde: Dicendum, quod ſecundum diuerſum ſtatum Eccleſiæ, diuerſa circa hoc ſtatuta emanauerunt. Nam in primitiua Eccleſia, quando magna vigebat deuotio fidei Chriſtianæ, ſtatutum fuit vt quotidie fideles communicarent: Vnde *Anacletus Papa dicit*, peracta conſecratione, omnes communicent qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus: Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia. Poſtmodum verò diminuto fidei feruore Fabianus Papa indulſit, vt ſi non frequentius, ſaltem ter in anno omnes communicent, ſcilicet in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini. Soter etiam Papa dicit in Cœna Domini eſſe communicandum, vt habetur in Decretali *de Conſ. diſt.* 2. Poſtmodum propter iniquitatis abundantiam refrigeſcente Charitate multorum, ſtatuit Innocentius III. vt ſaltem ſemel in anno, ſcilicet in Paſcha, fideles communicent. Conſulitur tamen in libro de Eccleſiaſticis Dogmatibus omnibus diebus Dominicis eſſe communicandum.

E non ſolo tutte le Domeniche: mà torno à dire che tutti i giorni ſoggionge il S. Dottore quæſt. 83. *art.* 2. *doue tratta*: Vtrum conuenienter ſit determinatum tempus celebrationi. Dicendum, quod ſicut dictum eſt; Celebratione huius myſterij attenditur repræſentatio Dominicæ paſſionis, & participatio fructus eius; & ſecundum vtrumque opportuit determinare tempus aptum celebrationi huius Sacramenti, *che ſono tutti i giorni, & ecco la ragione dice il S. M.* Quia enim fructus Dominicæ paſſionis quotidie indigemus propter quotidianos defectus, quotidie in Eccleſia regulariter hoc Sacramentum fertur. Vnde & Dominus nos petere docet *Lucæ* 11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quod expendens *Auguſtinus lib.* de Verbis Domini dicit: Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? accipe quotidie vt quotidie tibi profit.

Et altroue portato in Catena dall' Angelico ſuper cap. 6. *Ioannis*. Securus accede panis eſt non venenum: Si quis ergo ex hoc pane manduca-

ducauerit, non morietur. *Et ne aßegna poi diciò la ſua propria ragione il S. D. ibi 3. P. q. 79. art. 1. in corp. Perche* conſideratur, *dice*, effectus huius Sacramenti ex modo quò traditur, quod ſcilicet traditur per modum cibi, & potus. Et ideò omnem effectum, quem cibus, & potus materialis facit quantum ad vitam corporalem, quod ſcilicet ſuſtentat, auget, reparat, & delectat, hoc totum facit hoc Sacramentum quantum ad vitam ſpiritualem. Vnde *Ambroſius dicit in lib. de Sacramentis*: iſte panis eſt vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. *Et Chryſoſt. dicit ſuper Io.* Præſtat ſe nobis deſiderantibus, & palpare, & comedere, & amplecti. Vnde & *ipſe Dominus dicit Io. 6.* Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.

Se dunque tutti i giorni ſi ciba il corpo, perche non l'anima? eſſendo che come nota il S. M. 3. p. qu. 73. art. 3. ad 2. Sicome alimentum corporale conuertitur in ſubſtantiam eius, qui nutritur, *così* alimentum ſpirituale conuertit hominem in ſeipſum ſecundum illud, quod *Auguſtinus dicit in Confeſs. lib. 7. c. 10.* quod quaſi audiuit vocem Chriſti dicentis ſibi, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.

Mà dice quello non baſta una che Chriſto ſi vniſce à noi, ò noi à lui per via de gl' altri Sacramenti, e per mezzo d'eſſi ci faceſſe partecipi della ſua paſſione ſenza queſto dell' Eucareſtia.

Riſponde S. Tomaſo in 4. Sent. diſt. 10. quaſt. 1. art. 1. di nò, & aſſegna la ragione, che conſola in eſtremo. Dicendum, quod ſub Sacramento Altaris continetur verum corpus Chriſti, quod de Virgine traxit, & contrarium dicere eſt hæreſis, quia derogatur veritati Scripturæ qua Dominus dicit Hoc eſt corpus meum. Ratio autem quare oportet quod in hoc Sacramento ipſe Chriſtus contineatur eſt, quia ſcilicet non ita perfectè Chriſtus nobis coniungeretur, ſi ſola Sacramenta illa haberemus in quibus coniungitur nobis Chriſtus per virtutem ſuam in Sacramentis illis participatam: Et ideò oportet eſſe aliquod Sacramentum, in quo Chriſtus non participatiuè, ſed per ſuam eſſentiam contineatur, vt ſit perfecta coniunctio capitis ad membra.

Come pure anche ſegue nella Viſione beatifica dice il S. M. in 4. Sent. ad Hannibaldum diſt. 49. qu. 1. art. 1. Done proua chiaramente che Amori non ſatisfit, niſi ei præſentialiter offeratur quod amat: abſentia enim amati contriſtat: Homines autem per Charitatem Deum immediatè amant, non propter aliquid, ſed propter ſeipſum: Vnde charitas non ſufficienter remuneraretur, niſi ipſe Deus immediatè animæ amanti præſentaretur. Hoc autem eſſe non poteſt,

niſi

niſi per ſuam eſſentiam videatur, quia quicumque effectus, vel quæcumque alia ſpecies inſufficientiſſimè repræſentaret diuinam eſſentiam, etiam minus, quam vmbra, corpus. Quare ſicut videns vmbram, non præſentialiter videret eum, cuius eſt vmbra. Ita per quamcumque ſpeciem, vel effectum intellectus Deum præſentialiter habere non poteſt. Oportet igitur, quod ipſa eſſentia, quæ cognoſcitur ſit etiam ſpecies, qua cognoſcitur: Et ſic Deus per ſuam eſſentiam videtur. *Così nel noſtro ſtato di viatori non ſareſſimo ſodisfatti ſe foſſimo priui della reale preſenza di Chriſto Sacramentale.*

Mà qui entra vn' altra obiettione oppoſta alli altri Sacramenti. Se queſto Sacramento contiene l'iſteſſo Chriſto videtur quod inconuenienter aſſignentur alia Sacramenta: Sacramenta enim efficaciam habent à Paſſione Chriſti: Sed Paſſio Chriſti ſufficienter operatur in Euchariſtia in cuius commemorationem offertur vt patet *Matth. 26.* Ergo non debuit eſſe aliud Sacramentum.

Riſponde il S. D. in 4. Sent. ad Hannibaldum diſt. 2. quæſt. vnica, art. 2. ad 1. Dicendum, quod Euchariſtia quamuis totum Chriſtum contineat, & ſit Paſſionis memoriale, non tamen ordinatur ad omnes effectus paſſionis, ſed ad principalem, qui eſt vniri Chriſto. Vnde alia Sacramenta requiruntur ad eam, vt diſpoſitiones quædam.

Et in 4. diſt. 8. qu. 1. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 1. aggionge queſt' altra ragione, che appaga anche molto dicendo: Vltimum cuiuslibet rei extra ſeipſam eſt principium à quo res habet eſſe; quia per coniunctionem ad ipſum res complentur, & firmantur, & propter diſtantiam ab ipſo deficiunt; ſicut corruptibilia propter longè diſtare à primo, vt dicitur in 2. de generatione *text. 59.* Et ideò primum agens habet etiam rationem vltimi finis perficientis. Fons autem Chriſtianæ vitæ eſt Chriſtus: Et ideò hoc modo Euchariſtia perficit Chriſto coniungens; Et ideò hoc Sacramentum eſt perfectio omnium perfectionum, *vt Dion. dicit*: vnde & omnes, qui Sacramenta alia accipiunt, hoc Sacramento in fine confirmantur.

Et 3. P. quæſt. 1. art. 3. ad 1. Quia homo deſerto Deo collapſus erat ad corporalia, conueniens fuit, vt Deus carne aſſumpta etiam per corporalia ei ſalutis remedium exhiberet. Vnde *dicit Auguſt. ſuper illud Io. 1. c.* Verbum caro factum eſt. Caro te obcæcauerat, caro te ſanat: quoniam ſic venit Chriſtus, vt de carne, carnis vitia extingueret. *Vnde S. Ambroſio cittato dal S. D. Opuſc. 58. c. 1.* de tribus cauſis inſtitutionis Sacramenti Corporis Chriſti. Corpus Chriſti, *dice* medicina ſpiritualis eſt, quæ cum reuerentia deguſtata ſibi deuotos purificat.

E final-

E finalmente quæſt.64. art. 6. Per Euchariſtiam non ordinatur Homo ad aliquid aliud vlterius agendum, vel recipiendum iu Sacramentis: cum potius ſit finis, & conſummatio omnium Sacramentorum, vt Dionyſ. dicit 3, cap. Eccleſ. Hierarch.

Mà qui entra vna Santa Curioſità. Se Chriſto è realmente, & in propria perſona in queſto Sacramento: Perohe cauſa non ſi laſcia vedere da noi?

Riſponde in primis S.Tom.3. p. quæſt:76.art.7. in corp. Propriè loquendo. Corpus Chriſti ſecundum modum eſſendi,quem habet in hoc Sacramento, neque ſenſu, neque imaginatione perceptibile eſt, ſed ſolo intellectu,qui dicitur oculus ſpiritualis. Percipietur autem diuerſimodè à diuerſis intellectibus. Quia enim modus eſſendi quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento, eſt penitus ſupernaturalis, à ſupernaturali intellectu, ſcilicet diuino, ſecundum ſe viſibilis eſt, & per conſequens ab intellectu beato,vel Angeli,vel Hominis,qui ſecundum participatam claritatem diuini intellectus,videt ea quæ ſupernaturalia ſunt, per viſionem Diuinæ Eſſentiæ; Ab intellectu autem Hominis viatoris, non poteſt conſpici niſi per Fidem,ſicut & cætera ſupernaturalia.

La qual fede è neceſſaria alla ſalute 3. p. q. 73. a.5. in corp.

Quia ſine fide Paſſionis Chriſti, nunquam potuit eſſe ſalus, ſecundum illud Rom. 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem (vel propitiationem) per fidem in Sanguine ipſius. Et ideò oportuit omni tempore apud homines eſſe aliquid repreſentatiuum Dominicæ Paſſionis: cuius in veteri quidem teſtamento præcipuum Sacramentum erat Agnus Paſchalis vnde, & Apoſtolus dicit 1. Cor. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: Succeſſit autem in nouo Teſtamento Euchariſtiæ Sacramentum, quod eſt rememoratiuum præteritæ Paſſionis, ſicut, & illud fuit præfiguratiuum futuræ.

Però ſentiamo vn'altra riſpoſta, che apporta il medeſimo Angelico in catena aurea ſuper *cap.6. Io. cittato Teodoreto*: Quare non videmus eum? Quia ſi videretur horror nos in eius aſſumptione inuaderet: vnde vt noſtræ infirmitati condeſcendatur, talis nobis videtur cibus ſecundum quod noſtræ conſuetudini competebat.

Penſiero anche di S. Giouanni Criſoſtomo portato pure dal S. D. ſuper *cap.14. Lucæ*: Quoties enim punitiuam ſuam virtutem indicare vult. Deus, Vrſa, Pardus, Leo, & huiuſmodi nuncupatur: Quando verò miſericordiam exprimere vult, dicitur Homo: *onde dice*: Homo quidam fecit cænam magnam. *Perche ogn'vno ſe gli accoſti volontieri, e ſenza alcun timore.*

Anzi di più ci prega, ſoggionge San Gregorio in Homil. citato parimente iui dal S. M. Offert ergo Deus quod rogari debuit, non rogare, dare vult, quod vix ſperari poterat.

Anzi d'auantaggio, ci minaccia, ſe non accettiamo l'inuito, ſoggionge l'iſteſſo S. Gregorio iui: Valdè tremenda eſt ſententia, quæ ſubinfertur: Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cænam meam: Nemo ergo contemnat, ne dum vocatus excuſat, cum voluntatem habuerit, intrare non valeat.

Che però ſoggionge S. Agoſtino de prædeſtinatione Sanctorum: *Temiamo di non accettar l'inuito, poiche ſarebbe manifeſto ſegno di reprobatione:* Omnes autem docibiles Dei veniunt ad Filium, quoniam audierunt à Patre per Filium: Vnde ſubditur: Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit. Profectò omnis, qui non venit, non audit à Patre, nec didicit. Itaque gratia, quæ humanis cordibus, diuina largitate, tribuitur, à nullo corde duro reſpuitur. *Onde eſclama:* O Sacramentum pietatis, ò ſignum vnitatis, ò vinculum Charitatis, qui vult viuere, accedat, incorporetur, vt viuificetur.

Ma che occorre tanto temere, ſe non vi è coſa, che più efficacemente ci habbi raccomandato Chriſto in queſto Mondo di queſta dice S. Tomaſo 3. p. quæſt. 73. Art. 5. Ea quæ vltimò dicuntur, maximè ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur, præſertim quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos. Ea verò, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur. Quia igitur, vt Beatus Alexander Papa dicit, nihil in Sacrificijs maius eſſe poteſt, quam Corpus, & Sanguis Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt: ideò vt in maiori veneratione haberetur, Dominus, in vltimo diſceſſu ſuo à Diſcipulis, hoc Sacramentum inſtituit. Et hoc eſt, quod Auguſtinus dicit in lib. reſponſionum ad Ianuarium: Saluator, quo vehementius commendaret myſterij hùius altitudinem, vltimum hoc voluit arctiùs infigere cordibus, & memoriæ Diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat.

E per maggior motivo di accoſtarſegli ſpeſſo finalmente replica 3. p. q. 79. art. 6. Sacramentum hoc præſeruat à peccato, roborat ſpiritualitèr vitam hominis tanquam ſpiritualis cibus, & medicina ſpiritualis.

Et quæſt. 80. *art.* 10. Sicut cibus corporalis quotidiè ſumitur, ita, & hoc Sacramentum quotidiè ſumi laudabile eſt.

Mà dice quello: io ſono vn'imperfetto, e però non ardiſco &c.

A queſt' obiettione riſponderò nella.

SE-

SECONDA PARTE.

S. *Tomaſo lib.* 2. de Regimine Principum *cap.* 2. Cum Hominibus alijſque animalibus commune ſit vti ad nutrimentum his quæ naſcuntur in terra, conſequens eſt, vt ſi occiſorum animalium viſcera inueniuntur benè valentia, quod Homines etiam in loco eodem ſalubrius poſſint nutriri. Si verò animalium occiſorum appareant morbida membra, rationabilius accipi poteſt, quod nec hominibus illius loci habitatio ſit ſalubris. Sicut autem aer temperatus, ità ſalubris aqua eſt requirenda: Ex his enim maximè dependent ſanitas corporum, quæ ſæpius in vſum hominum aſſumuntur.

Così paſſa nella ſanità dell'Anime, che mancando dalla frequenza di queſto auguſtiſſimo Sacramento, à poco, à poco ſi perderebbe; Quia enim *dice il S. M.* 4. 5. *diſt.* 12. *q.* 3. *à* 2. *quæſtiun.* 1. *in corp.* In quotidiana pugna ſumus, vita ſpiritualis in nobis euaneſceret, niſi aliquando cibum vitæ ſumeremus. *Et* indi ſoggionge, quod in hoc maximè eſt, gloria Dei, & bonitas, quod ſe Creaturis pro captu earum communicat: vnde magis videtur ad Dei gloriam pertinere, quòd aliquis ad Communionem accedat, quàm ab ea abſtineat; *Se bene ſia imperfetto, ſoggionge ad Annib. in* 4. *diſt.* 12. *quæſtione vnica art.* 4. *ad* 4. Dicendum, quod imperfectus debito modo accedendo, per Sacramentum hoc perfectus fieri poteſt. *Et ecco la ragione*: Cibus corporalis primò in cibatum conuertitur, & ex conuerſione deperdita reſtaurat, & quantitatem auget: Sed cibus ſpiritualis non conuertitur in manducantem, ſed eum ad ſe conuertit. Vnde proprius effectus huius Sacramenti eſt conuerſio Hominis in Chriſtum, vt dicat cum Apoſtolo *Gal.* 2. Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.

Et Serm. 4. de mortuis. Et opuſc. 58. de Sacramento Altaris *aſſegna anche queſte ſei vtilità proprie di queſto Sacramento, dicendo*. Sex ſunt vtilitates, quas efficit Corpus Chriſti, cum dignè ſumitur. Prima, peccatorum remiſſio: Ambroſ. paratus aſſiſte, vt corpus Domini edas, inquo eſt remiſſio peccatorum, & poſtulatio diuinæ reconciliationis. Secunda, à Dæmonibus liberatio: Ambroſius: Suſcipe Dominum Ieſum tuæ mentis hoſpitio; & cum viderit Diabolus hoſpitium tuum occupatum, & cœleſti fulgere præſentia, intelliget locum tentationis ſuæ intercluſum per Chriſtum. Tertia ineffabilis ſpiritus delectatio: Sapient. 16. Paratum panem de Cœlo præſtitiſti illis, omne delectamentum in ſe habentem. Quarta ipſius animæ in ſanctitate confirmatio: Pſal. 103. Panis cor hominis

confirmet. Quinta, ad moriendum, & præliandum pro amore Dei confortatio 1.*Mach.*6.Elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ ad acuendum eos in prælium. Sexta, æterna animæ viuificatio Io. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum: Et ibidem: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.

E vi concorda la N. S. Madre De via perfectionis cap. 34. Quandoquidem eum hic in terra poſſidemus fore, vt & in Cœlo poſtea eum poſſideamus. Maieſtas eius hoc nobis alimentum, & humanitatis ſuæ manna ita dedit,vt prout volumus ipſum inueniamus.Quibuſcumque autem modis Anima ipſum comedere cupiet in Sanctiſſimo hoc Sacramento,conſolationem percipiet, Adeo vt, cum oculi illo aſpiciendo ſe ſe reficere nequeant,quòd ita velatus ac tectus ſit,Animæ ſaltem oculis ſe ſe detegat,illiſque declaret,ſe alium longè cibum eſſe,lætitiæ ſcilicet ac deliciarum,quique vitam ſuſtentet. Quid? putatis,Sanctiſſimum hunc cibum,etiam pro ipſis corporibus alimentum nō eſſe,nec non ſingulare aliquod etiã aduerſus corporales morbos,&infirmitates, medicamentum? Sed hoc iam contingit,& ipſiſſima veritas eſt;neque opus eſt eum alibi remotiùs quæramus: niſi vt,cùm amantiſſimũ Ieſũ tamdiù apud nos,& nobiſcum eſſe nouerimus,quamdiù ſpecies panis à naturali calore conſumptæ non ſunt,tàm bonam oportunitatẽ nobis elabi non ſinamus,ſed nos ad illum applicemus.Si enim vel ſolo veſtis attactu morbos ſanabat,cum in Mundo inter Homines conuerſabatur, minimè dubitandum eſt,quin iam adeò intimè intrà nos conſtitutus, miracula patraturus ſit, dummodo viuam fidem habeamus,& quòd ab eo petemus, nobis ſit conceſſurus, cum iam ad domum noſtram diuerterit. Non ſolet enim Maieſtas eius habitationis, & hoſpitij mercedem ſordidè malèque perſoluere, dummodo benè excipiatur, & tractetur, *ſe bene l'Anima* non vſque adeo perfecta ſit, &c.

Et indi nel capitolo ſeguente ſoggionge: Cum ergo Sacram communionem vobis,ò chariſſimæ,adire non licebit, in Sacro quòd audietis, ſpiritualitercommunicare poteſtis(quod ſanè quamplurimũ vtile eſt) quotieſcũq;enim nos ad ipsũ recipiẽdũ diſponimus,sẽper aliquid nobis dat,idque diuerſis,& varijs modis,quos ipſæ neutiquã intelligimus,&c

E concorda la Santa in queſta Communione ſpirituale ſimilmente con S. Tomaſo in 4.diſt.9.q.1.a.2. qu. 4. in c. doue dice manducat ſpiritualiter Chriſtũ,qui fidem,& Charitatem ad ipſum habet ſine ordine ad hoc Sacramentum cum deuotione, & propoſito ſumendi, etiamſi Sacramentaliter non manducet.

E ſe dirà alcuno, Dunque tanto ci baſtaua la Communione ſpirituale ſenza la Sacramentale. Riſponde nell' iſteſſa Queſtione 4. ad 1.& eodem

art.

art. 1. ad 3. Sicut baptizatus Baptiſmo flaminis emundationem conſecutus eſt propter propoſitum Baptiſmi Sacramentalis, & accipiens Sacramentum ampliorem gratiam conſequitur; ità etiam qui ſpiritualiter manducauit, in propoſito, & deuotione habuit manducatiõnem Sacramentalem, ad quam accedens ex ipſa vi Sacramenti maiorem gratiam conſequitur: vnde non ſequitur, quòd Sacramentalis manducatio ſuperfluat.

Mi diranno, che coſa ſi richiede perche vno ſi communichi degnamente, e con Frutto? Riſponde il S. D. 4. ſent. diſt. 9. qu. 1. a. 4. Quæſt. 2. Dicendum, quòd ad hoc quòd Homo dignè ad Sacramentũ Euchariſtiæ accedat, tria requiruntur: Primò munditia cõſcientiæ, quæ non niſi per peccatũ tollitur: Secundò erectio mentis ad Deũ per actualem deuotionem; Et hæc per mentis hebetudinẽ, vel occupationem, aut euagationẽ interdũ ſine peccato amittitur. Tertiò munditia corporalis: vnde, & celebrantes, vel tractaturi aliquod Sacramentum propter reuerentiã manus lauant. Vnde primò, & principaliter peccatum impedit: Secundò indeuotio, ſeu hebetudo mentis: Tertiò corporalis immunditia.

Horsù dunque, poiche come dice iui la S. M. Benigniſſimus Ieſus in hoc extremũ ſuum, quo nos proſequitur amorẽ patefecit, & in eo vita, & ſalus noſtra ſita eſt, hoc cor veſtrum liquefacere Chariſſimẽ, & teneriorem in eo affectum ciere debet ad Sponſum veſtrum diligendum. *E tanto più conſiderate* quomodo per id, quod à natura noſtra habet, ſe hic nobis aſſimilet, æquiparet, & vnum quid nobiſcũ faciat; quin immò quaſi voluntatis ſuæ Dominus, Patri velut in mentem reuocat, ſe, quoniam ſuũ eſt, id nobis dare poſſe: vnde ait, Panem noſtrũ, nullum inter ſe, & nos diſcrimen agnoſcendo, aut ſtatuendo, ſed nos vnà ſecum vnumquid faciendo; vt Maieſtate eius noſtram orationem cum ſua quotidie coniungente, noſtra à Deo id conſequatur, quòd petemus.

Et in ciò concorda parimente S. *Tomaſo 3. p. q. 73. a. 4. in c.* Dicendum, quòd Sacramentũ Euchariſtiæ habet triplicem ſignificationem; vnam quidem reſpectu præteriti, in quantum ſcilicet eſt cõmemoratiuũ Dominicæ paſſionis, quæ fuit verũ ſacrificium; & ſecundum hoc nominatur Sacrificium. Aliam autem ſignificationem habet reſpectu rei præſentis, ſcilicet Eccleſiaſticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc Sacramentum, & ſecundũ hoc nominatur Communio, quià cõmunicamus per ipſum Chriſto; & quia participamus eius carne, & Deitate, quia cõmunicamus, & vnimur ad inuicem per ipſam. Tertiam ſignificationem habet reſpectu futuri, in quantum ſcilicet hoc Sacramentũ eſt præfiguratiuũ fruitionis Dei, quæ erit in Patria; & ſecundũ hoc dicitur Viaticũ; quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi, Et ſecun-

dum

dum hoc etiam dicitur Euchariſtia, ideſt bona gratia, Quia Gratia Dei vita æterna, vt dicitur Rom. 6. Vel quia realiter continet Chriſtum, qui eſt plenus gratia: Dicitur etiam in græco Metalepſis, ideſt Aſſumptio, quia, vt Damaſc. dicit, Per hoc Filij Deitatem aſſumimus.

Ilche parimente ſpiega il S. D. Opuſc. 58. cap. 20. con l'eſſempio dell' ineſto dicendo: Hæ eſt proprietas ſurculi bonæ arboris, ſi trunco inſeratur, etiam ſylueſtri, quod naturali virtute prævaleus, illius amaritudinem in ſuam dulcedinem, & nobilitatem conuertit, & ſimilem ſibi bonus fructum proferre facit. Sic Corpus Chriſti, nobis inſitum, defectus noſtros euacuat, & in ſuam vos bonitatem trahit, vt quales ipſe frondes, flores, & fructus iuſtitiæ facit, tales, & nos per eum faciamus.

Però notate dice il S. Maeſtro ſopra quel paſſo dell' Apocaliſſe cap. 2. verſu 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ: quòd Sacramentũ Euchariſtiæ eſt excelſum dignitate, quia in ipſo verè eſt, & verè ſumitur ipſe Chriſtus verus Deus, & homo, & ideò non debet ſumi niſi à dignis, qui ſcilicet triumphant de vitijs, & ſunt ſine macula culpæ mortalis: & ideò dicitur vincenti, ſcilicet vitia, vt ſit mundus.

Item nota. Quod Sacramentũ Euchariſtiæ eſt gratuitũ liberalitate: ex magna enim gratia, & liberalitate Dei eſt, quòd dat nobis ſeipsũ in cibũ in hoc Sacramẽto: vnde dicit dabo, vbi notatur gratia, & liberalitas.

Il che poi maggiormente ſpiega Opuſc. 58. cap. 5. con queſte parole: Circa hoc quòd Dominus corpus ſuũ dat in cibũ, poteſt ratio aſſignari: ſcilicet diuinæ liberalitatis magnitudo: cum enim ſit ſummè bonus, ſummã eum decet liberalitas: ſed nulla hac maior eſſe poteſt, hic eſt ſummus gradus diuinæ largitatis quantum ad donum. *E doppo ſoggionge;* Hic gradus quidam proponi poſſunt diuinæ largitatis, quibus homini largitus eſt omnia bona ſua: & ſic patebit, quod hic eſt sũmus.

E che ſia così in fatti lo dichiara Opuſc. 63. cap. 2. doue diſcorre in tal modo: Deus Pater corpus, & ſanguinem Vnigeniti dilecti ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub ſpecie panis, & vini ad delectabilem refectionẽ animarum tàm continuè miniſtrauit. In quo totum quod ipſe eſt, & habet cum Spiritu Sancto in ſummo dedit: nihil enim eſt extra corporalem, ſpiritualem, & diuinam naturã. Corporalis verò apprehendit omne, quòd quinque ſenſibus percipitur: Spiritualis natura continet Angelos, & Animas, & omnia dona ſpiritualia, & Virtutes: Diuina Natura, totũ quòd eſt optimũ naturaliter in ſe habet. Cum ergo Corpus, & Sanguinem Filij ſui Deus Pater ſub Sacramento dedit, tunc corporalẽ ſubſtantiam in ſummo tradidit, cuius anima omnibus Angelis, & Sanctis animabus perfectior gratia in omni ſanctitate fuit. Inſuper in eo totam diuinam naturam obtulit, omne bonum in ſe naturaliter, & æternaliter continentem.

E finalmente Opuſc.58.cap.5. ſpiega parimente queſta sì grande liberalità in tal modo. In hoc eſt, *dice*, Expreſſio diuinæ largitatis, & præcipui amoris: Magnum enim eſt dare ſe in ſociũ peregrinationis, & in ſeruũ neceſſitatis, maius in pretium redemptionis, tamen tale donum adhuc eſt in aliqua ſeparatione ab eo, cui datur: Sed cũ datur in cibũ, datur non ad ſeparationẽ aliquã: ſed ad omnimodã vnionem; vniuntur enim in vnitate corporis cibus, & ſumẽs Io.6. Qui mãducat meã carnẽ, in me manet &c. Et ſic apparet in tali dono sũma largitas diuinæ bonitatis.

Poiche è certo, come dice il medeſimo Angelico 1.p.q.20.art.4. che Deum diligere magis aliquem, nihil aliud eſt quàm ei maius bonum velle; Voluntas enim Dei eſt cauſa bonitatis in rebus.

E perche darſi così naſcoſto? Riſponde parimente il S.M Opuſc.58.cap. 8. Ratio quare Corpus ſuum dat velatum, eſt inſtructio morum, *ciòè*, Vt diſcat homo abſcondere virtutum, & bonorum operum intentionem ab humano fauore.

Notate però per vltimo compimento della Predica, che il Sõmiſſimo del ſuo amore Chriſto l'hà dimoſtrato in ſoſtener la ſua Paſſione per noi, come così lo proua il S.D. Quodlib.5.q.3.a.6. doue in termini terminanti cerca In quo Chriſtus maius nobis ſignum dilectionis exhibuerit? Vtrum in hoc, quòd paſſus eſt pro nobis, vel in hoc, quòd corpus ſuum dedit nobis ſub Sacramento in cibum?

E *riſponde così*. Dicendum, quòd illud, quod eſt potiſſimũ in vnoquoque genere eſt menſura omnium eorũ, quæ ſunt illius generis, vt patet per Philoſophum in 10. Metaphyſicæ, potiſſimũ autem in genere amoris hominũ eſt amor, quo quis amat ſeipſũ, Et ideò ex hoc amore neceſſe eſt menſurã accipere omnis amoris, quo quis aliũ amat: &c.

Eſt autem aliquod ſignum amoris, quòd aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur: maius autèm amoris ſignum, ſi etiam corporis proprij detrimentum patiatur, vel labores, vel verbera pro amico ſumendo; Maximum autem dilectionis ſignum, ſi etiam animam ſuam deponere velit pro amico moriendo. Quòd ergo Chriſtus patiendo animam ſuam poſuit. Maximum fuit dilectionis ſignum. Quòd autem corpus ſuum dedit in cibum ſub Sacramento, ad nullum detrimentum ipſius pertinet: vnde patet, quòd primum eſt maius dilectionis ſignum: Vnde hoc Sacramentum eſt memoriale quoddam, & figura paſſionis Chriſti; veritas autem præeminet figuræ, & res memoriali. *Però tanto per l'vno come per l'altro dobbiamo eſſerli obligati, poiche ci apporta tanto bene, ciòè l'eterna ſalute, come già s'è detto. Quale prego à tutti.*

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Gaudium erit in Cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. *Lucæ 15.*

AN Tomaſo Quod lib. 3. art. 22. in corp. Dicendum, quòd cum peccatum ſit contra naturam, vt patet per Damaſcenum in 2. lib. de fide Orthodoxa requirere impletionem naturalis deſiderij non eſt peccatum, niſi aliqua inordinatio adiungatur. Homo autem naturaliter ſcire deſiderat: vnde ſi requiratur alicuius rei notitia, non eſt peccatum, niſi fortè per accidens, hoc eſt per aliquam inordinationem adiunctam; puta, ſi pèr ſtudium, & inquiſitionem alicuius ſcientiæ aliquis impediatur ab his, quibus tenetur intendere; puta, ſi prædicator impediatur ab officio debitæ prædicationis propter ſtudium Geometriæ. *Et ne aſſegna la ſua ragione Quodl. 12. à 27. in c.* Quia nullum agens natum eſt agere, niſi ſupra debitam materiam. *E la materia debita del Predicatore già ſi sà, che è l'Eſpoſitione dell' Euangelio. Per compir donque al mio obligo veniamo all' eſpoſitione dell'Euangelio corrente.* Gaudium erit, &c.

S. Effrem Siro de pœnitentia: Nullus, *dice*, ſic eſt fatuus, ac ſtupidus, vt lucernam accendat ad cernendam lucem orto iam Sole; *Che però all' hora, dice Remigio, portato da S. Tomaſo in Cathena* ſuper cap. 5. Matthæi, *Chriſto mandò gli Apoſtoli à ſparger la luce dell'Euangelio, quando il Mondo era offuſcato dalle tenebre dell' ignoranza delle coſe-diuine*: Sicut autem Sol dirigit radiòs ſuos, ita, & Dominus, qui eſt Sol iuſtitiæ, dirrexit Apoſtolos ſuos ad effugandas humani generis tenebras. *E S. Criſoſtomo pure citato iui*: Sicut Doctores propter bonam cònuerſationem ſunt Sal, quo Populus conditur, ita propter verbum doctrinæ ſunt lux, qua ignorantes illuminantur. *S. Agoſtino lib. 3. de Doctrina*. Debet diuinarum ſcripturarum Doctor bona docere, & mala dedocere, & neſcientibus quid expectare debeant, intimare. *Però ſi deue ſapere, ſoggionge l'Angelico 2. 2. Quæſt. 2. a. 6. in corp.* Quod explicatio credendorum ſit per reuelationem diuinam; Credibilia enim naturalem rationem excedunt: reuelatio autem diuina ordine quodam ad inferiores perueniet per ſuperiores; ſicut ad homines per Angelos, & ad inferiores Angelos per ſuperiores, vt

patet

patet per Dionyſ. in cæleſti Hierarch. Et ideò pari ratione, explicatio fidei oportet, quod perueniat ad inferiores homines per Maiores: & ideò ſicut ſuperiores Angeli, qui inferiores illuminant, habent pleniorem notitiam de rebus diuinis quàm inferiores, vt dicit Dionyſius cap. 12. cœleſt. Hierarch. ita etiam ſuperiores Homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere pleniorem notitiam de credendis, & magis explicitè credere. *Ne per tal chiarezza maggiore ſe le ſminuiſce il merito della fede ſoggionge il S. M. iui art.* 10. *ad* 2. *Perche* Rationes, quæ inducuntur ad auctoritatem fidei non ſunt demonſtrationes, quæ in viſionem intelligibilem intellectum humanum reducere poſſunt; Et ideò non deſinunt eſſe argumenta non apparentium, ſed remouent impedimenta fidei, oſtendendo non eſſe impoſſibile, quod in fide proponitur. *Hor come potiamo noi vedere il Tema propoſto, Che* Gaudium erit in Cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente? *La Predica ſarà la riſpoſta tanto più allegra, qnanto più attenta, perche come dice Caſſiod. lib.* 1. *epiſt.* Menſura lætitiæ de magnitudine nuntij venit; & tanta ſit alacritas animi, quanta fuerit conſideratio rei.

Per maggiormente perſuadere l'attentione tanto in queſta, come nelle ſeguenti Prediche, voglio apportarli quella ſpiegatione, che fà l'Angelico in cap. 4. *Apocalypſ. verſ.* 6. Et in conſpectu ſedis tanquam Mare vitreum ſimile cryſtallo, &c. Mare hoc, *dice*, poteſt intelligi Scriptura, quæ habet triplicem effectum, mundandi, clarificandi, & ſolidandi. Primum, quia verbum Domini mundat Ioan. 15. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem meum. Secundum, quia clarificat. Pſal. Præceptum Domini lucidum. Tertium, quia firmat. Pſal. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et hoc Mare dicitur in conſpectu ſedis, quia frequenter meditandum eſt in ſcriptura. Item in Mari poteſt intelligi ſenſus hiſtoricus, in vitro ſenſus moralis, in Chryſtallo ſenſus allegoricus: & in his per conſequens poteſt intelligi anagogicus, quia per hunc triplicem eſt via ad quærendum æterna.

A noi adeſſo: Gaudium erit in Cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. *S. Agoſtino lib.* 9. *Confeſſ. dice*: Eſt gaudium, quod non datur impijs, ſed eis, qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipſe es: & ipſa eſt beata vita, gaudere de te, propter te, ipſa eſt, & non eſt altera. Et ſuper illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, *dice il medeſimo*: Infelix, qui omnia nouit, & te neſcit: Qui autem te, & illa nouit, non propter illa beatus, ſed propter te ſolum.

Come dunque entra qui l'allegrezza ſopra il peccatore penitente? Come

ſopra noi medeſimi? 2. 2. *quæſt.* 28. *art.* 2. Dicendum, quod ex charitate cauſatur duplex gaudium de Deo. Vnum quidem principale, quod eſt proprium Charitatis, quo ſcilicet gaudemus de bono diuino ſecundum ſe conſiderato: & tale gaudium Charitatis permixtionem triſtitiæ non patitur; ſicut nec illud bonum, de quo gaudetur, poteſt aliquam mali admixtionem habere: & ideò Apoſt. dicit ad Philip. 4 Gaudete in Domino ſemper. Et Sap. 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius.

Aliud autem eſt Gaudium Charitatis, quo gaudet aliquis de bono diuino, ſecundum quod participatur a nobis: Hæc autem participatio poteſt impediri per aliquod contrarium: & ideo ex hac parte Gaudiũ Charitatis poteſt habere permixtionem triſtitiæ; prout ſcilicet aliquis triſtatur de eo, quod repugnat participationi diuini boni, vel in nobis vel in proximis, quos tamquam nos ipſos diligimus.

In quanto, che ſono anche noſtri compagni nella fruitione di Dio, & nella cui conſideratione talmente li amiamo, che li anteponiamo anche all' amore, che habbiamo al noſtro proprio corpo 2. 2. *Quæſt.* 26. *a.* 5. *in corp.* Dicendum, quod illud magis eſt ex Charitate diligendum, quod habet pleniorem rationem diligibilis ex Charitate: Conſociatio autẽ in plena participatione Beatitudinis, quæ eſt ratio diligendi proximum, eſt maior ratio diligendi, quam participatio Beatitudinis per redundantiam, quæ eſt ratio diligendi proprium corpus: & ideo Proximum quantum ad ſalutem animæ magis debemus diligere, quàm proprium corpus.

Che però dobbiamo ſapere la Dottrina, che accenna nella 2. 2. *quæſt.* 25 *art.* 12. *in corp.* Dicendum, quod ſicut dictum eſt, amicitia Charitatis ſuper communicatione beatitudinis fundatur, in qua quidem communicatione vnum quidem eſt, quod conſideratur, vt principium influens beatitudinem, ſcilicet Deus. Aliud eſt Beatitudinem directè participans, ſcilicet Homo, & Angelus; Tertium autem eſt id, quod per quandam redundantiam beatitudo deriuatur ſcilicet corpus humanum. Id quidem, quod eſt Beatitudinem influens eſt hac ratione diligibile, quia eſt Beatitudinis cauſa: Id autem quòd eſt beatitudinem participans, poteſt eſſe duplici ratione diligibile, Vel quia eſt vnum nobiſcum; Vel quia eſt nobis conſociatum in Beatitudinis participatione; Et ſecundum hoc ſumuntur duo ex Charitate diligibilia prout ſcilicet Homo diligit, & ſeipſum, & proximum.

E perche i peccatori ſono anche noſtri proſſimi, per tanto dobbiamo amarli, e godere della loro ſaluatione 2. 2. *quæſt.* 25. *art.* 6. *in corp.* Dicendum, quòd in peccatoribus duo poſſunt conſiderari, ſcilicet natura

tura, & culpa: ſecundum naturam quidem, quam à Deo habent, capaces ſunt beatitudinis, ſuper cuius communicatione Charitas fundatur; & ideò ſecundum naturam ſunt ex Charitate diligendi: ſed culpa eorum Deo contrariatur, & eſt Beatitudinis impedimentum; vnde ſecundum culpam, quæ Deo aduerſatur, ſunt odiendi quicumque peccatores, etiam Pater, & Mater, & propinqui, vt habetur Lucæ 14. debemus enim in peccatoribus odire, quòd peccatores ſunt, & diligere, quod Homines ſunt Beatitudinis capaces, & hoc eſt eos verè ex Charitate diligere propter Deum.

Mi diranno, ſe la colpa ſepara da Dio, come ſono più capaci della Beatitudine?

Riſponde S. Tomaſo 3. P. Quæſt. 85. art. 3. in corp. Pœnitens recurrit ad Deum cum emendationis propoſito, ſicut ſeruus ad Dominum, ſecundum illud Pſal. 122. Sicut oculi ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri: Et ſicut filius ad Patrem, ſecundum illud Lucæ 5. Pater peccaui in Cœlum, & coram te: Et ſicut Vxor ad virum, ſecundum illud Hier. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus.

Item Quæſt. 84. art. 1. in corp. Peccator pœnitens per ea, quæ facit, & dicit, oſtendit cor ſuum à peccato receſſiſſe: Similiter etiam Sacerdos per ea, quæ agit, & dicit circa pœnitentem, ſignificat opus Dei remittentis peccata.

Item art. 2. Dicendum, quòd duplex eſt materia, ſcilicet proxima, & remota: ſicut ſtatuæ proxima materia eſt metallum, remota verò aqua: Materia proxima huius Sacramenti ſunt actus pœnitentis, cuius materia ſunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur, & pro quibus ſatisfacit: vnde relinquitur, quòd remota materia pœnitentiæ ſunt peccata, non acceptanda, ſed deteſtanda, & deſtruenda.

Item ibi art. 6. in corp. Pœnitentia metaphoricè dicitur ſecunda tabula poſt naufragium: Nam ſicut primum remedium Mare tranſeuntibus eſt, vt conſeruentur in Naui integra: Secundum autem remedium eſt poſt Nauem fractam, vt quis tabulæ adhæreat, ita etiam primum remedium in Mari huius vitæ eſt, quòd homo integritatem ſeruet; Secundum autem remedium eſt, ſi per peccatum integritatem perdidit, quòd per pœnitentiam redeat.

E con tal penitenza non repugna l'allegrezza, ſoggionge iui art. 9. ad 2. Perche ſi Gaudium, & Triſtitia non ſint de eodem ſecundum idē, ſed vel de diuerſis, vel de eodem ſecundum diuerſa, ſic non eſt con-

trarietas Gaudij, & Triſtitiæ: vnde nihil prohibet Hominem ſimul Gaudere, & Triſtari; puta ſi videamus iuſtum affligi, ſimul placet nobis eius iuſtitia, & diſplicet afflictio: & hoc modo ſimul poteſt alicui diſplicere quod peccauit, & placere quod hoc ei diſplicet cum Spe veniæ: vnde & Auguſtinus dicit in lib. de pœnitentia: Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat.

Anzi ſoggionge art. 10. Miſericordia Dei peccantibus per pœnitentiam veniam præbet abſque vllo termino: Vnde dicitur 2. Paral. vlt. (in oratione Manaſſe) Immenſa, & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ ſuper malitiam Hominum; vnde manifeſtum eſt, quod pœnitentia pluries eſt iterabilis.

E ſe alcuno dirà con S. Gregorio, Che Facilitas veniæ, incentiuum præbet delinquendi. *Riſponde S. Tomaſo 4. Sent. diſt.* 14. *quæſt.* 1. *a.* 4. *quæſtiunc.* 3. *ad* 2. Dicendum, quod ſicut iuſtus Dominus ſummè iuſtitiam diligit, ita ſummè peccatum odit, & ita quantùm ex ipſo eſt, paratus eſt ipſum deſtruere ſemper: dummodo ex parte hominis non remaneat, vel per hominem non ſtet, qui pœnitentiam negligit, vel contemnit. Nec obſtat, quòd quidam ex hoc ſumunt occaſionē delinquendi: quia ex contrario ſumerent occaſionem deſperandi, quod eſt grauius.

Item 3. P. q. 89. art. 3. in c. Dicendum, quòd Homo per peccatum quantum ad Deum amittit duplicem dignitatem: vnam principalem qua ſcilicet computatus erat inter filios Dei per gratiam: & hanc dignitatem recuperat per pœnitentiam: quod ſignificatur Lucæ 15. in filio prodigo, cui pœnitenti Pater iuſſit reſtitui ſtolam primam, & annulum, & calceamenta: Aliam verò dignitatem amittit ſecundariam; ſcilicet innocentiam; de qua gloriabatur filius ſenior dicens: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui: Et hanc dignitatem pœnitens recuperare non poteſt: recuperat tamen quandoque aliquid maius: quia vt Gregorius dicit in Homil. de centum ouibus; Qui errraſſe à Deo ſe conſiderant, damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſant: maius ergò Gaudium de eis fit in Cœlo, quia & Dux in prælio plus eum militem diligit, qui poſt fugam reuerſus, hoſtem fortiter premit, quàm illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit.

Sicome anche più facilmente merita il perdono quel peccatore, che hà fatto molte buone opere, che quello non ne hà fatto alcuna dice il S. D. Ad Hebr. c. 6. lect. 3. Dicendum, quod duplex eſt meritum: vnum, quod innititur iuſtitiæ, & iſtud eſt meritum condigni. Aliud, quod

ſoli

ſoli miſericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de iſto dicit, quod iuſtum eſt, ideſt congruum, quod Homo qui multa bona facit, mereatur. Iſta enim miſericordia coniuncta eſt quodammodo Iuſtitiæ, pluſquam in illo, qui nunquam aliud fecit. Et iſto modo non obliuiſcitur Deus operis, & dilectionis.

E così molto meno ſi ſcorda dell' opere fatte in gratia, nella quale ritorna il peccatore doppo la penitenza, e conuerſione, eſſendo che come inſegna il S. M. 3. P. quaſt. 89. art. 5. ad 1. Opera peccati per pœnitentiam abolentur ſecundum ſe; ita ſcilicet, quod ex eis vlterius, Deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur. Sed opera in Charitate facta non abolentur à Deo, in cuius acceptatione remanent; ſed impedimentum accipiunt ex parte hominis operantis; Et ideò remoto impedimento, quod eſt ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte ſua illud, quod opera merebantur.

Che però dice il S. Concilio Tridentino Seſſ. 6. cap. 16. can. 26. & 32. Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe Dona Dei, vt non ſint bona ipſius iuſtificati merita; aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit, conſequutionem, atque gloriæ augmentum, anathema ſit.

Et apporta la ragione il S. M. 2. 2. Quæſt. 13. Perche mereri, & demereri pertinet ad ſtatum viæ. Vnde bona in Viatoribus ſunt meritoria, mala verò demeritoria: In Beatis autem bona non ſunt meritoria, ſed pertinent ad eorum beatitudinis præmium; & ſimiliter mala in damnatis non ſunt demeritoria, ſed pertinent ad damnationis pœnam.

E che l'opere di noi altri Viatori ſiano meritorie di vita eterna, già ſi sa, che deuono eſſer fatte in gratia 1. 2. q. 114. art. 3. in corp. Dicendum, quod opus meritorium hominis dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo ſecundum quod procedit ex libero arbitrio. Alio modo ſecundum, quod procedit ex gratia Spiritus Sancti. Si conſideretur ſecundum ſubſtantiam operis, & ſecundum quod procedit ex libero arbitrio, ſic non poteſt ibi eſſe condignitas, propter maximam inæqualitatem; ſed eſt ibi congruitas propter quandam Æqualitatem proportionis. Videtur enim congruum, vt homini operanti ſecundum ſuam virtutem, Deus recompenſet ſecundum excellentiam ſuæ virtutis. Si autem loquamur de opere meritorio ſecundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, ſic eſt meritorium vitæ æternæ ex condigno: Sic enim valor meriti attenditur ſecundum virtutem Spiritus Sancti

mo-

mouentis nos in vitam æternam, ſecundum illud Io. 4. Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Attenditur etiam prætium operis ſecundnm dignitatem gratiæ, per quàm homo conſors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipſo iure adoptionis, ſecundum illud Rom. 8. Si filij, & hæredes.

O' ſia l'addottione dice il S. D. ibi art. 2. in natura integra qualis fuit in Adam ante peccatum; Aut in (natura corrupta), & ſub peccato exiſtente, in quo ſtatu poteſt vitam æternam mereri, ſi Deo reconcilietur dimiſſo peccato, quod fit per gratiam.

A diſtintione dell' addottione humana qual ſuppone l'idoneità nella Perſona, che fà addottiua 3. P. Q. 23. *art.* 1. Dicendum, quòd aliquis Homo adoptat alium ſibi in filium in quantum ex ſua bonitate admittit eum ad participationem ſuæ hæreditatis; Deus autem eſt infinitæ bonitatis ex qua contingit, quod ad participationem bonorum ſuorum ſuas Creaturas admittit, & præcipuè rationales creaturas, quæ in quantum ſunt ad imaginem Dei factæ, ſunt capaces Beatitudinis diuinæ, quæ quidem conſiſtit in fruitione Dei, per quam etiam ipſe Deus beatus eſt, & per ſeipſum diues, in quantum ſcilicet ſeipſo fruitur. Hoc autem dicitur hæreditas alicuius, ex quo ipſe eſt diues, & ideò in quantum Deus ex ſua bonitate admittit Homines ad Beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptio diuina, quàm humana, quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cœleſtem percipiendam; Homo autem non facit idoneum eum, quem adoptat; ſed potius eum iam idoneum eligit adoptando.

E però in ordine à Dio ſoggionge il S. M. in 3. *Sent. diſt.* 10. *qnæſt.* 3 *art.* 2. *ad* 2. *ſecundæ quæſtiunc.* Accidit adoptioni, quod adoptatus fuerit filius iræ, vel quod fuerit priùs tempore non filius.

E concor da tal dottrina con quell'altra della 1. *p. quæſt.* 23. *art.* 1. *ad* 3. *doue dice*, Quod Prædeſtinari conuenit Angelis, ſicut, & Hominibus, licet nunquam fuerint miſeri: nam motus non accipit ſpeciem à termino à quo, ſed à termino ad quem: Nihil enim refert, quantum ad rationem dealbationis, vtrum ille qui dealbatur, fuerit niger, aut pallidus, vel rubeus. Et ſimiliter nihil refert ad rationem prædeſtinationis, Vtrum aliquis prædeſtinetur in vitam æternam à ſtatu miſeriæ, vel non vnde, *dice* 2. 2. *qu.* 189. *a.* 1. Non ſolum Dominus vocauit adoleſcentem, innocentem, ſed etiam Matthæum peccatorem.

E l'vno, e l'altro Dio lo giuſtifica, lo deifica, e lo fà ſuo figlio addottiuo dice S. Agoſtino ſuper Pſal. 49. *doue ſpiegando quelle parolle* Deus Deo-

Deorum *cosi parla*: Manifeſtum eſt ergo, quia Homines dixit Deos ex gratia ſua deificatos, non de ſubſtantia ſua natos: Ille enim iuſtificat, qui per ſemetipſum iuſtus eſt; & ille deificat, qui per ſeipſum, non alterius participatione Deus eſt. Qui autem iuſtificat, ipſe deificat, quia iuſtificatio filios Dei facit. Dedit enim eis poteſtatem filios Dei fieri. Si filij Dei facti ſunt, & Dij facti ſunt. Sed hoc gratiæ eſt adoptantis, non naturæ eſt generantis.

Vnde S. Tomaſo 3. p. quæſt. 23. art. 3. in corp. Tertio modo aſſimilatur Creatura Verbo Dei æterno ſecundum vnitatem, quam habet ad Patrem; quod quidem fit per gratiam, & Charitatem. Vnde Dominus Io. 17. orat. ſint vnum in nobis, ſicut, & nos vnum ſumus. Et talis aſſimilatio perficit rationem adoptionis, quia ſic aſſimilatis debetur hæreditas æterna. Vnde manifeſtum eſt, quod adoptari conuenit ſoli Creaturæ rationali, non tamen omni, ſed ſolum habenti Charitatem.

La quale è certo, che Iddio infonde al Peccatore quando lo giuſtifica come definiſce il S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Demum vnica formalis cauſa (nempe iuſtificationis) eſt iuſtitia Dei; non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit: qua videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam, ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. Quanquam enim nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur; id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum Sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque in ipſis inhæret.

Giunta la Diuina gratia la quale come dice Quæſt. 27. de Veritate art. 5. ad 9. perficit omnes potentias, non quidem ita, vt ſit in omnibus ſicut in ſubiecto; ſed inquantum informat omnium potentiarum actus. Et ad 17. *dice*: Immediatus effectus gratiæ eſt conferre eſſe ſpirituale, quod pertinet ad informationem ſubiecti, ſiue ad iuſtificationem impij, quæ eſt effectus gratiæ operantis; Sed effectus gratiæ mediantibus Virtutibus eſt elicere actus meritorios.

I quali ſenza la Gratia non potrebbono eſſer tali Quæſt. 27. de Verit. art. 1. doue dice il S. D. Vult Deus omnibus Creaturis bonum naturæ propter quod dicitur Sapien. 11. & Gen. 1. Diligit omnia, ſed ratione huius acceptationis non conſueuimus dicere, aliquē habere gratiam Dei, ſed in quantum Deus vult ei aliquod bonum ſupernaturale, quod

eſt

eſt vita æterna : vnde ad Rom. 6. dicitur Gratia Dei vita æterna : Sed hoc bonum Deus non vult alicui indigno. Ex natura autem ſua homo non eſt dignus tanto bono, cum ſit ſupernaturale ; & ideò ex hoc ipſo, quod ponitur aliquis Deo gratus reſpectu huius boni, ponitur quod ſit dignus tali bono ſupra ſua naturalia. Quod quidem non mouet diuinam voluntatem, vt hominem ad illud bonum ordinet : ſed potius è conuerſo ex hoc ipſo, quod Deus ſua voluntate aliquem ordinet ad vitam æternam, præſtat ei aliquod, per quod ſit dignus vita æterna, *laonde conclude:* Sic ergo Homo dicitur gratiam Dei habere non ſolum ex hoc, quod à Deo diligitur in vitam æternam, ſed ex hoc, quod datur ei aliquod donum, per quod eſt dignus vita æterna. Et hoc donum dicitur Gratia gratum faciens. Aliter enim in peccato mortali exiſtens poſſet dici in gratia eſſe, ſi Gratia ſolam acceptationem diuinam diceret ; cum contingat aliquem peccatorem eſſe prædeſtinatum ad vitam æternam habendam.

Se dunque il Peccatore mediante la penitenza ricupera la Diuina Gratia, e ſi riuniſce a Dio con la Carità, e conuiene in vno con i Cittadini del Cielo nel diuin volere, meritamente gode delle feſte celeſti, 3.c.Gent. c. 150. n. 2. Poiche, come dice il S. M. Eorum, quorum vnus eſt finis, oportet aliquam vnionem eſſe, in quantum ordinantur ad finem. Vnde, & in Ciuitate homines per quandam concordiam adunantur, vt poſſint conſequi Reipublicæ bonum ; & Milites in acie oportet vniri, & concorditer agere ad hoc, quod victoriam, quæ eſt communis finis, conſequantur. Finis autem vltimus, ad quem Homo per auxilium diuinæ gratiæ perducitur, eſt viſio Dei per eſſentiam, quæ propria eſt ipſius Dei ; & ſic hoc finale bonum communicatur Homini à Deo. Non poteſt igitur Homo ad hunc finem perduci, niſi vniatur Deo per conformitatem voluntatis, qui eſt proprius effectus dilectionis ; nam amicorum proprium eſt idem velle, & nolle, & de eiſdem gaudere, & dolere. Per gratiam ergo gratum facientem homo conſtituitur Dei dilector, cum per eam Homo dirigatur in finem ei communicatum à Deo.

Vnde Quæſt. vnica de Charitate, art. 2. ad 15. Dicendum, quod Charitas non eſt Virtus hominis, in quantum eſt Homo, ſed in quantum per participationem gratiæ fit Deus, & filius Dei, ſecundum illud 1. Io. 3. Videte qualem Charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.

E ſe come inſegna l'Angelico 3. P. Quæſt. 7. art. 11. Omne finitum per augmentum finiti poteſt peruenire ad quantitatem alterius finiti, *ne ſegue, che può ricuperarſi nella gratia di prima, & anche auanzarſi in*

mag-

maggiore, come nota S. Ambroſio in Serm. ad Vincula: Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit: atque ideò maiorem gratiam reperit, quàm amiſit.

Il che come poſſa eſſere, meglio lo vedremo nella

SECONDA PARTE.

E prima dobbiamo ſuporre la Dottrina dell'Angelico 1. 2. *q.* 65. *a.* 1. *in corp. cioè, Che* Virtus moralis poteſt accipi vel perfecta, vel imperfecta. Imperfecta quidem moralis Virtus, vt temperantia, vel fortitudo, nihil aliud eſt, quam aliqua inclinatio in nobis exiſtens ad opus aliquod de genere bonorum faciendum, ſiue talis inclinatio ſit in nobis à natura, ſiuè ex aſſuetudine. Perfecta autem Virtus moralis eſt habitus inclinans in bonum opus benè agendum, *In cui anche vi è maggiore, ò minore perfettione, ſoggionge iui Queſt.* 66. *art.* 1. *in c. Poichè* in Virtutibus ſpecie diuerſis vna maior, excellentiorque eſt alia: Eiuſdem autem ſpeciei Virtus, maior vel minor ſecundum ſeipſam dici non poteſt. Ex parte verò ſubiecti conſiderata maior, & minor dicitur ſiuè ſecundum diuerſa tempora in eodem, ſiuè ſecundum diuerſos homines, quorum vnus alio melius eſt diſpoſitus, vel propter maiorem aſſuetudinem, vel propter meliorem diſpoſitionem naturæ, vel propter perſpicacius iudicium rationis, aut etiam propter maius gratiæ donum. *Di cui à punto doppo propone nella queſt.* 112. *l'art.* 4. *doue fà queſto Queſito:* Vtrum gratia ſit maior in vno, quàm in alio. Ad quartum ſic proceditur. Videtur, quod gratia non ſit maior in vno, quàm in alio; Gratia enim cauſatur in nobis ex dilectione diuina, vt dictum eſt. Sed Sapien. 6. dicitur Puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Ergo omnes æqualiter gratiam ab eo conſequuntur.

Riſp. Sed contra eſt, quod dicitur ad Epheſ. 4. Vnicuique data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Quod autem menſuratè datur, non omnibus æqualiter datur: Ergo non omnes æqualem gratiam habent.

E nel corpo dell'Articolo: Dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt habitus duplicem magnitudinem habere poteſt. Vnam ex parte finis, vel obiecti, ſecundum quod dicitur vna Virtus alia nobilior, in quantum ad maius bonum ordinatur. Aliam verò ex parte ſubiecti, quod magis, vel minus participat habitum inhærentem. Secundum igitur primam magnitudinem Gratia gratum faciens non poteſt eſſe maior, & minor; quia gratia ſecundum ſui rationem coniungit hominem Sum-

mo bono, quod eſt Deus. Sed ex parte ſubiecti gratia poteſt ſuſcipere magis, vel minus, prout ſcilicet vnus perfectius illuſtratur à lumine gratiæ, quam alius &c.

Ad Argumentum ergo dicendum, quod cura diuina dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo quantum ad ipſum diuinum actum, qui eſt ſimplex, & vniformis. Et ſecundum hoc æqualiter ſe habet eius cura ad omnes, quia ſcilicet vno actu ſimplici, & maiora, & minora diſpenſat. Alio modo poteſt conſiderari ex parte eorum, quæ in Creaturis ex diuina cura prouenìunt. Et ſecundum hoc inuenitur inæqualitas, in quantum ſcilicet Deus ſua cura quibuſdam maiora, quibuſdam minora prouidet dona.

A Noi adeſſo S. Gregorio Homil. 33. ſuper Euan. parlando del Peccatore penitente dice che: Quot habuit in ſe oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad numerum Virtutum numerum criminum; vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.

Et indi ſoggionge in Paſtoral. cap. 52. Fit plerumque gratior Deo amore ardens vita poſt culpam, quàm in ſecuritate torpens innocentia.

E S. Lorenzo Giuſtiniano in lib. de caſto connubio, cap. 15. in conformità di ciò dice: Ad reprimendam hominis audaciam ſapientiſſimè interdum ſe ſubtrahit Sapientia, non odiendo, non contemnendo, ſed amando. Quis autem niſi quandoque relictus ſibi propriam agnoſceret fragilitatem? Continuus ſucceſſus occaſionem parat elationis. Vix quippe flagellis eruditus animus, & tentationibus attritus ſuam valet intelligere infirmitatem.

E doppo. Nullus experiretur talia, niſi qui ardenter diligit ignitùs verò amor ex priuatione agnoſcitur. Qui parum amat, nec dilecti receſſus cauſas inquirit, nec exurgit, vt quærat: non gemit pro dilecto, neque dolet pro delicto. Non autem ita, qui diligit multum. Nunquam enim ſine dolore amittitur, quod cum maximo amore poſſidetur. Amoris vehementia ex inquiſitione colligitur. Legitimus namque amator mox, vt abeſt ſponſus, redit ad ſe, cordis ſui latebras perluſtrat, diligenter intentiones, cogitationes, affectioneſque examinat; ſi quid in verbis, ſi in factis deliquerit, ſubtiliter dijudicat, &c.

Concordano con queſti ſentimenti quelli della N. S. Madre eſpreſſi nelle Manſioni VI. cap. VII. doue dice così. Forſan exiſtimabitis, Chariſſimæ, has Animas, quibus Dominus ſe tàm particulari, ac ſingulari modo communicat tàm ſecuras, & certas iam eſſe poſſe, quod perpetuo

petuo ipſo ſint fruituræ, nihil vt poſt hac eas timere, aut ob priora peccata flere neceſſum ſit: Sed grauiſſimè in eo errabitis: Etenim ipſe de peccatis dolor eo magis augetur, quo plus à Deo gratiarum participatur: Neque is antè (vt mihi ipſa perſuadeo) ceſſabit, quàm cum peruenerimus eò, vbi nihil eſt, quod nos contriſtet, aut perturbet. Miratur ſecum ipſa, quomodo tàm audax, & temeraria fuerit: deplorat ad hæc, quod tàm bonum Dominum, tàm parum ſit reuerita, & id adeò abſurdum, & impertinens ei videtur, vt identidem ſeipſam deploret, atque affligat, dum ſe ſe, ob res adeò viles tantam tamque potentem Maieſtatem deſeruiſſe, recordatur. Crediderim equidem hoc ipſum, in S. Petro Apoſtolo, ac Maria Magdalena moleſtum martyrium fuiſſe; nam quod tàm intenſum, ac vehementem Dei amorem haberent, ſimul quoque tot ab eo gratias accepiſſent illiuſque magnitudinem, & Maieſtatem perfectiſſimè cognoſcerent, nimis quàm moleſtum id ijs, & graue fuerit, & acutiſſimum quemdam tenerrimi doloris ſenſum attulerit oportet.

Per il che ſi deue ſapere, dice S. *Tomaſo* 3. P. *quæſt.* 89. *a.* 2. Quod formæ quæ poſſunt recipere magis, & minus, intenduntur, & remittuntur ſecundum diuerſam diſpoſitionem ſubiecti. Et inde eſt, quod ſecundum quod motus liberi arbitrij in Pœnitentia eſt intenſior, vel remiſſior, ſecundum hoc Pœnitens conſequitur maiorem, vel minorem gratiam. Contingit autem intentionem motus Pœnitentis quandoque proportionatam eſſe maiori gratiæ, quàm illa, à qua ceciderat per peccatum, quandoque autem æquali, quandoque verò minori. Et ideo Pœnitens quandoque reſurgit in maiori gratia, quàm prius habuerat, quandoque autem æquali, quandoque etiam minori. Et eadem eſt ratio de Virtutibus, quæ ex gratia conſequuntur.

E quando è, che ſi rileua in maggior gratia?

Riſponde S. Gregorio Homil. 34. *ſuper Enang.* Conſiderandum, *dice*, nobis eſt, cur Dominus plus de conuerſis peccatoribus, quàm de ſtantibus iuſtis gaudium in Cœlo eſſe fatetur? Vnde hoc? Niſi, quia plerumque hi, qui nullis ſe oppreſſos peccatorum molibus ſciunt, ſtant quidem in via iuſtitiæ, nulla illicita perpetrant; ſed tamen ad cœleſtem patriam anxiè non anhelant, tantoque ſibi in rebus licitis vſum præbent quantò ſe perpetraſſe nulla illicita meminerunt; Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia valdè ſibi ſecuri ſunt, quod nulla commiſerint mala grauiora.

At contrà nonnunquam hi, qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt, ex ipſo ſuo dolore compuncti inardeſcunt in amorem Dei, ſeſeque in magnis Virtutibus exercent, &c.

Talmente, che poſſono eſtinguer ogni colpa, e pena dice il S. D. ad Hebræos 6. lect. 1. Perche Sicut Martyr conformat ſe Morti Chriſti per exteriorem paſſionem, ita Pœnitens per interiorem, Gal. 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs. Ideò poteſt eſſe tanta, quod tolleret omnem culpam, & pœnam, ſicut patet in Latrone, & Magdalena. Vnde Pœnitentia dicitur Baptiſmus, in quantum ſupplet Baptiſmi vicem: & quia non licet illud iterari, ideò inſtituta eſt Pœnitentia.

La quale quanto poi moltiplica i ſuoi atti, tanto più diuenta perfetta 1. 2. q. 114. a. 6. doue afferma il S. M. Quod per repetitionem actuum eiuſdem rationis creſcit habilitas in iuſto ad augmentum Charitatis.

Et in 1. diſt. 17. quæſt. 2. art. 3. Quando actus Charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantum ad virtutem habitus infuſi, tunc vnus actus diſponit, & meretur augmentum Charitatis, vt ſtatim fiat: quando autem non ſecundum totam virtutem procedit actus ille, tunc eſt ſicut diſpoſitio remota, & poterit tunc per plures actus peruenire ad augmentum Charitatis.

Et in reſponſione ad 1. *ſoggionge:* Non eodem modo ſe habent quilibet actus Charitatis, eo quod vnus poteſt eſſe magis intenſus, & etiam vnus poteſt eſſe diſponens in virtute præcedentium.

Cosi dunque la Penitenza può auanzarſi, e ſempre più giuſtificar il Peccatore; & auanzarlo nel merito della gratia, e dell' amicitia diuina, come l'afferma anche il S. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 10. doue dice queſte parole: Sic ergo iuſtificati, & amici Dei, ac domeſtici facti, euntes de Virtute in Virtutem, renouantur, vt Apoſtolus inquit de die in diem, hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem per obſeruationem mandatorum Dei, & Eccleſiæ in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc; Et iterum ne verearis vſque ad mortem iuſtificari.

Et in conformità di queſta Dottrina deffiniſce nel Canone 24. Si quis dixerit iuſtitiam acceptam non conſeruari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera, ſed opera ipſa fructus ſolummodo, & ſigna eſſe iuſtificationis adeptæ, non autem ipſius augendæ cauſam, anathema ſit.

Che però la Penitenza, dice l'Angelico 3. p. quæſt. 84. a. 8. ad 2. non ſolo appartiene allo ſtato delli incipienti: ma anche delli proficienti, e perfetti. Dicendum, quod agere pœnitentiam interiorem ſimul, & exteriorem pertinet ad ſtatum incipientium, qui ſcilicet de nouo

re-

redeunt à peccato: Sed Pœnitentia interior habet locum etiam in proficientibus, & perfectis, ſecundum illud Pſal. 83. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum: vnde, & ipſe Paulus dicebat 1. ad Cor. 15. Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.

Si deue però notare dice il S. D. iui Art. 9. in c. Quod pœnitere dicitur dupliciter, & ſecundum actum, & ſecundum habitum: actu quidem impoſſibile eſt, quòd Homo continuè pœniteat; quia neceſſe eſt, quod actus pœnitentis ſiuè interior, ſiuè exterior interpoletur ad minus ſomno, & alijs, quæ ad neceſſitatem corporis pertinent.

Alio modo dicitur pœnitere ſecundum habitum, & ſic oportet, quod Homo continuè pœniteat, & quantum ad hoc, quod homo nunquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis diſpoſitio Pœnitentis tollatur; & quantum ad hoc, quod debet Homo in propoſito gerere, quod ſemper ſibi præterita peccata diſpliceant.

Mi diranno è come s'intende S. Paolo quando dice 2. ad Corinth. 2. Conſolamini (ſcilicet Pœnitentem) ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.

Riſponde il S. M. iui ad 3. Dicendum, quod ſecundum Philoſ. in 2. Et hic. Ad Virtutem pertinet tenere medium in paſſionibus: triſtitia autem, quæ in appetitu ſenſitiuo pœnitentis conſequitur ex diſplicentia voluntatis, paſſio quædam eſt: vnde moderanda eſt ſecundum Virtutem, & eius ſuperfluitas eſt vitioſa, quia inducit ad deſperationem: quod ſignificat Apoſtolus ibi dicens: Ne maiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt: & ſic conſolatio de qua ibi Apoſtolus loquitur, eſt moderatiua triſtitiæ, non autem totaliter ablatiua.

E ſi dichiara anche più la ſudetta Dottrina con queſt' altra, che dà iui doppo Quæſt. 85. art. 1. in corp. Dicendum, quod pœnitere eſt de aliquo, prius à ſe facto dolere: dolor autem, vel triſtitia dicitur: vno modo ſecundum quod eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui, & quantum ad hoc Pœnitentia non eſt Virtus, ſed paſſio: Alio modo ſecundum quod conſiſtit in voluntate, & hoc modo eſt cum quadam electione: quæ quidem ſi ſit recta, neceſſe eſt, quod ſit actus virtutis, dicitur enim 2. Ethic. Quod Virtus eſt habitus electiuus ſecundum rationem rectam. Pertinet autem ad rationem rectam, vt aliquis doleat de quo dolendum eſt, & eo modo, & fine, quo dolendum eſt; quod quidem obſeruatur in Pœnitentia: nam Pœnitens aſſumit mo-

dera-

deratum dolorem de peccatis præteritis cum intentione remouendi ea: Vnde manifeſtum eſt, quod Pœnitentia, vel eſt Virtus, vel actus Virtutis.

Et in che modo conſiſti, lo ſpiega parimente in 4. *Sent. diſt.* 17. *Quæſt.* 2. *art.* 3. *Quæſtiunc.* 2. *in corp.* Dicendum, quod Contritio ex parte doloris, qui eſt in ratione, ſcilicet diſplicentiæ, quo peccatum diſplicet in quantum eſt offenſa Dei, non poteſt eſſe nimia, ſicut nec amor Charitatis, quo intenſo talis diſplicentia intenditur, poteſt eſſe nimius, ſed quantum ad dolorem ſenſibilem poteſt eſſe nimia, ſicut etiam exterior corporis afflictio poteſt eſſe nimia: in his enim omnibus debet accipi pro menſura conſeruatio ſubiecti, & bonæ habitudinis ſufficientis ad ea, quæ agenda incumbunt: & propter hoc dicitur Rom. 12. Rationabile obſequium veſtrum.

Mi diranno: D. Anſelmus dicebat: Vtinam ſic impinguentur viſcera Animæ meæ, vt medullæ corporis mei exſiccentur, & D. Auguſt. dicit ſe eſſe dignum oculos cæcare plorando.

Riſponde il S. D. iui Ad primum Dicendum, quod Anſelmus deſiderabat ex pinguedine deuotionis medullas corporales exſiccari non quantum ad humorem naturalem, ſed quantum ad deſideria, & concupiſcentias corporales. Auguſtinus autem quamuis dignum ſe cognoſceret amiſſione exteriorum oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator non ſolum æterna, ſed temporali morte dignus eſt, non tamen volebat ſibi oculos cæcare.

Quanto più dunque ci auanzaremo nella Penitenza, tanto meglio per noi in 4. *Sent. diſt.* 17. *quæſt.* 2. *a.* 5. *Quæſtiunc.* 2. *in corp.* Dicendum, quod intenſio contritionis poteſt attendi dupliciter: vno modo ex parte Charitatis, quæ diſplicentiam cauſat, & ſic contingit tantùm intendi Charitatem in actu, quod Contritio inde ſequens merebitur non ſolum culpæ amotionem, ſed etiam abſolutionem ab omni pœna: alio modo ex parte doloris ſenſibilis, quem voluntas in contritione excitat, & quia illa pœna etiam quædam eſt, tantum poteſt intendi, quod ſufficiat ad deletionem pœnæ, & culpæ.

Mà per ciò fare biſogna raccorrer alla Diuina Gratia dice S. *Tomaſo* 4. *contra Gent. c.* 72. *Et ecco il ſuo Diſcorſo:* Primum, quod in Pœnitentia requiritur eſt ordinatio mentis, vt ſcilicet mens conuertatur ad Deum, & auertatur à peccato, dolens de commiſſo, & proponens non committendum: quod eſt de ratione Contritionis.

Hæc verò mentis reordinatio ſine gratia eſſe non poteſt. Nam mens

noſtra

noſtra debitè ad Deum conuerti non poteſt ſine Charitate : Charitas autem ſine Gratia haberi non poteſt , vt patet ex his quæ in 3. lib. dicta ſunt . Sic igitur per Contritionem , & offenſa Dei tollitur , & à reatu æternæ pœnæ liberatur , qui cum gratia , & Charitate eſſe non poteſt . Non enim æterna pœna eſt niſi per ſeparationem à Deo , cui Gratia , & Charitate Homo coniungitur ; hæc enim mentis reordinatio , quæ in Contritione conſiſtit , ex interiori procedit , ideſt à libero arbitrio cum adiutorio diuinæ gratiæ .

Per virtù della quale parimente ſi riuniſce à Dio in 1. *ad Annibaldum diſt.* 14. *quæſt. vnica art.* 3. Dicendum , quod ad hoc aliquid datur , vt habeatur . Habetur autem aliquid per aliquem modum vnionis , ſicut habetur veſtimentum , vel albedo . Homo autem quando iuſtificatur, non ſolum vnitur dono Dei , quod formaliter in Anima recipitur , ſed ipſi Deo per cognitionem , & amorem actualiter : quia , qui adhæret Deo , vnus Spiritus eſt 1. Corinth. 6. Ille ergo , qui iuſtificatur . non ſolum habet donum Spiritus Sancti : ſed ipſum Spiritum Sanctum , & ſic non ſolum donum Spiritus Sancti datur , ſed ipſe Spiritus Sanctus de quo dicitur 1. Corinth. 3. Neſcitis , quia membra veſtra Templum ſunt Spiritus Sancti. Templum autem habere , *ſoggionge* 1. *p. q.* 27. *a.* 1. Solius Dei eſt *Che piaccia à S. D. M. di farci ancornoi tali . Che così ſaremo ſempre ben accompagnati , e ben guardati da ogni miſerabile caduta, ſicome lo ſoggionge il S.D. ſopra quelle parole dell'Eccleſiaſte c.* 4.*n.*10. Væ ſoli , quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe : Verè ſolus eſt , cum quo Deus non eſt .

E con chi è Dio è ben prouiſto de mezzi per la ſua ſalute in queſt. Diſp. q. 14. *de fide art.* 11. *ad* 2. Perche ad diuinam prouidentiam pertinet , vt quilibet prouideat de neceſſarijs ad ſalutem , dummodo ex parte eius non impediatur .

Et in 3. *diſt.* 25. *q.* 2. *ar.* 1. *q.* 1. *ad* 1. *& ad* 2. Dicendum quod in his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem nunquam Deus homini quærenti ſuam ſalutem deeſt , vel defuit , niſi ex culpa ſua remaneat .

E ſe bene Prouerb. 16. *ſi lege che* : Hominis eſt preparare animum : *Così lo ſpiega il S. M.* 1. 2. *q.* 112. *à* 2. *in c.* Che quantum ad hoc : eſt principaliter à Deo mouente liberum arbitrium : & ſecundum hoc dicitur à Deo voluntas hominis preparari , & à Domino greſſus hominis dirigi .

DO-

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete, &c.
Lucæ V.

E bene è vero ciò, che dice l'Eccleſiaſte 20. c. Sapientiæ abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Nota però S. Tomaſo 3. P. Quæſt. 36. art. 4. ad 2. Quod licet Sapientia abſcondita ſit inutilis: non tamen ad Sapientiam pertinet, vt quolibet tempore manifeſtet ſeipſam, ſed tempore congruo. Dicitur enim Eccl. 20. Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis. *Così dunque le Prediche deuono farſi à ſuoi tempi, come dice Beda portato qui in Catena dal S. D.* Piſcatores ſunt Eccleſiæ Doctores, qui nos per rete Fidei comprehendunt, & quaſi littori, ſic terræ viuentium aduehunt. Sed hæc retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia non omne tempus eſt habile doctrinæ, ſed nunc exercenda eſt lingua Doctoris, & nunc ſuimet cura gerenda. *Così c'inſegna Chriſto S. N. hoggi dice S. Gio. Criſoſtomo portato pur anche quiui dall'Angelico:* Poſtquam verò multa peregerat miracula, iterum doctrinam proponit, & exiſtens in Mari piſcatur exiſtentes in terra. Et ſedens docebat de naticula turbas. *Ma doppo, che Chriſto è ſparito da queſto Mondo viſibile, queſt' officio l'hà rimeſſo à S. Pietro, & indi à ſuoi Succeſſori in tutta la Chieſa:* Ex hoc iam eris homines capiens: *Beda iui parimente:* Hoc ad ipſum Petrum ſpecialiter pertinet: Exponit enim ei Dominus quid hæc captura piſcium ſignificet: quod ſcilicet ipſe ſicut nunc per retia piſces, ſic aliquando per verba ſit capturus homines: totuſque facti huius ordo quid in Eccleſia, cuius ipſe typum tenet, quotidiè geratur, oſtendit. *Hor eſſendo già Noi peſcati in queſta rete diuina, che coſa ci reſta da fare? Riſponde il S. D. 2. 2. Quæſt. 81. art. 8.* Firmitas exigitur ad hoc, quod mens Deo applicetur: applicatur enim, & ſicut vltimo Fini, & Primo Principio: Huiuſmodi autem oportet maximè immobilia eſſe. Vnde dicebat Apoſtolus Rom. 8. Certus ſum, quod neque mors, neque vita ſeparabit me à Charitate Dei; *Che ſarà il ſoggetto del preſente Diſcorſo. Attenti, & incomincio.*

Perchè

Perche ogn'vno ſtia volontieri attento à queſta Predica, & ad ogni altra mi ſouuiene quella Dottrina di S. Tomaſo lib. 3. contra Gent. cap. 85. ratione 11. Che non ſono i Pianeti, che ci gouernano, e muouono la noſtra volontà: mà la ragione: Perchè Cum aliquid appetitur ſecundum modum intellectus, & rationis, non accidit peccatum in electione; quæ quidem ſemper ex hoc mala eſt, quod non eſt ſecundum rationem rectam. *Onde conclude, che ſe le Stelle coſi ci muoueſſero,* eſſet vnquam in nobis electio mala. *Siche il modo noſtro proprio di operare virtuoſamente dipende dall'vſo della ragione. E chi non vuole eſſer guidato in tal forma, merita d'eſſer gouernato* in virga ferrea, *come ſoggionge il S. D. à punto ſopra quel Salmo, cioè il 2.* Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. *Et indi ſoggionge ſubito:* & nunc reges intelligite, &c. *doue fà il Queſito:* Cur ad illos virga ferrea; ad hos verò ratio? *E Riſponde:* Ponit admonitionem, & aſſignat admonitionis rationem. Illi vt deprauati, ac ſcelerati, virga ferrea ſunt coercendi; Hi verò, vt dociles, ac pij, vi rationis, ac admonitionis trahendi. *Non voglio giudicar male d'alcuno, che mi ſente, perche come dice S. Agoſtino portato dall'Angelico ad Rom. 2. lect. 1.* Duo ſunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus: Cum incertum eſt quo animo quidque factum fuerit: vèl cum incertum eſt qualis quiſque futurus eſt, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. *Et apporta iui il documento dell'Apoſtolo 1. Cor. 4.* Nolite ante tempus iudicare, *à cui ſoggionge:* Eſt autem aliquid occultum, non ſolum quoad nos, ſed ſecundum ſui naturam ad ſolam Dei cognitionem pertinens: Primò quidem cognitio cordis, ſecundum illud Hiere. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans corda, & probans renes. Secundò, Contingens futurum, ſecundum illud Iſa. 14. Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & dicemus quia Dij eſtis vos. *Però ſia anche per auiſo dice il S. M. 2. 2. q. 60. a. 4. in c. Che* Vbi non apparent manifeſta indicia de malitia alicuius, debemus eum, vt bonum habere, in meliorem partem interpretando, quod dubium eſt. *Hora dunque ſtimando rettiſſimo tutto queſto Vditorio, e diſpoſtiſſimo per riceuer ogni buona Dottrina, veniamo al noſtro Aſſunto.*

S. *Tomaſo 1. contra Gent. cap. 72. dice, che* Cuilibet enti competit appetere ſuam perfectionem, & conſeruationem ſui eſſe: vnicuique tamen ſecundum ſuum modum. Intellectualibus quidem per voluntatem, animalibus per ſenſibilem appetitum, carentibus vero ſenſu per appetitum naturalem: aliter tamen quæ habent, & quæ non habent. Nam ea quæ non habent, per appoſitiuam virtutem ſui generis

desiderio tendunt ad acquirendum, quod eis deest; quæ autem habent, quietantur in ipso. Hoc igitur Primo Enti, quod Deus est, deesse non potest. Cum igitur sit intelligens, inest sibi voluntas qua placet sibi suum esse, & sua bonitas.

E così ha voluto, che l'istessa fosse l'vnico oggetto della nostra volontà, e del nostro intelletto P. P. *Quæst.* 12. *a.* 1. Dicendum, quod cùm vnumquodque sit cognoscibile secundum quod est in actu, Deus qui est actus purus absque omni permixtione potentiæ, quantum in se est, maximè cognoscibilis est. Sed quod est maximè cognoscibile in se, alicui intellectui cognoscibile non est, propter excessum intelligibilis supra intellectum. Sicut Sol qui est maximè visibilis, videri non potest à vespertilione propter excessum luminis. Hoc igitur attendentes quidam posuerunt, quod nullus intellectus creatus essentiam Dei videre potest. Sed hoc inconuenienter dicitur. Cum enim vltima Hominis Beatitudo in altissima eius operatione consistat, quæ est operatio intellectus, si nunquam essentiam Dei videre potest intellectus creatus, vel nunquam Beatitudinem obtinebit, vel in alio cuius Beatitudo consistet, quàm in Deo, quod est alienum à Fide. In ipso enim est vltima perfectio rationalis creaturæ, quod est ei principium essendi. Intantum enim vnumquodqe perfectum est, in quantum ad suum principium attingit. Similiter etiam est præter rationem. Inest enim Homini naturale desiderium cognoscendi causam, cùm intuetur effectum: & ex hoc admiratio in hominibus consurgit. Si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non possit ad primam Causam rerum, remanebit inane desiderium naturæ: vnde simpliciter concedendum est, quod Beati Dei essentiam videant. *E nell'argomento*. Sed contra, *apporta l'autorità della S. Scrittura* 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est.

Et assegna anche di ciò vn'altra ragione 1. P. *q.* 23. *art.* 1. *done tratta espressamente*. Vtrum Homines prædestinentur à Deo, *e dice in corp. articuli*. Ad Prouidentiam autem pertinet res in finem ordinare. Finis autem ad quem res creatæ ordinantur à Deo est duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ, & facultatem, & hic finis est vita æterna, quæ in diuina visione consistit, quæ est supra naturam cuiuslibet Creaturæ. Alius autem finis est naturæ creatæ proportionatus, quem scilicet res creata potest attingere secundum virtutem suæ naturæ. Ad illud autem, ad quod non potest aliquid virtute suæ naturæ peruenire; oportet quod ab alio transmittatur, sicut sagitta à sagittante mittitur ad signum. Vnde propriè loquendo rationalis Creatura, quæ est capax vitæ æternæ perducitur in ipsam quasi,

quasi à Deo transmissa : Cuius quidem transmissionis ratio in Deo præexistit, sicut, & in eo est ratio ordinis omnium in finem, quam diximus esse prouidentiam.

Hor essendo, che come segue il S. M. nella |P. 2. *quæst.* 114. *art.* 2. *in corp.* Vita æterna est quoddam bonum excedens proportionem naturæ creatæ; quia etiam excedit cognitionem, & desiderium eius, secundum illud 1. ad Cor. 2. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, Inde est, quod nulla Natura creata est sufficiens principium actus meritorij vitæ æternæ, nisi superaddatur aliquod supernaturale donum, quod Gratia dicitur.

Della quale ne apporta la sua ragione iui Quæst. 110. *a.* 2. Quia non est conueniens, quod Deus minus prouideat his, quos diligit ad supernaturale bonum habendum, quàm Creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus sic prouidet, vt non solum moueat eas ad actus naturales, sed etias largiatur eis formas, & virtutes quasdam, quæ sunt principia actuum, vt secundum ipsas inclinentur ad huiusmodi motus. Et sic motus, quibus à Deo mouentur, fiunt Creaturis connaturales, & faciles, secundum illud Sap. 8. Et disponit omnia suauiter. Multò igitur magis illis, quos mouet ad consequendum bonum supernaturale æternum, infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturales, secundum quas suauiter, & promptè ab ipso moueantur ad bonum æternum. Et sic donum gratiæ qualitas quædam est.

Mediante la quale l'Huomo merita poi la Vita eterna, ex condigno ibi quæst. 104. art. 3. *atlesoche* Attenditur pretium operis secundum dignitatem gratiæ, per quam Homo consors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filium Dei, cui debetur hereditas ex ipso iure adoptionis, secundum illud Rom. 8. Si filij, & heredes.

Che se alcuno opporrà in tal modo: Illud meritum videtur esse condignum, quod æquatur mercedi. Sed nullus actus præsentis vitæ potest æquari vitæ æternæ, quæ cognitionem, & desiderium nostrum excedit, excedit etiam Charitatem, vel dilectionem viæ, sicut & excedit naturam: Ergo homo non potest per gratiam mereri vitam æternam ex condigno.

Risponde. Dicendum, quod gratia Spiritus Sancti, quam in præsenti habemus, & si non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen æqualis in virtute; sicut semen arborum, in quo est virtus ad totam arborem. Et similiter per gratiam inhabitat Hominem Spiritus Sanctus, qui est sufficiens causa vitæ æternæ: Vnde, & dicitur esse pignus hereditatis nostræ, 2. ad Corinth. 1.

Laonde mediante la Diuina gratia ſiamo capaci della vita eterna in modo tale, che dice il S. D. Quæſt. 27. de Verit. art. 2. in ſolutione ad 4. Quod Charitas non ſufficeret ad merendum bonum æternum, niſi præſuppoſita idoneitate merentis, quæ eſt per gratiam; aliter enim dilectio noſtra non eſſet tanto prætio digna.

E conferma l'Angelico queſta Dottrina con quell'altra, che dà 3. contra Gent. cap. 150. ratione 1. la quale procede in tal modo: Quod in aliquem finem dirigitur, oportet, quòd habeat continuum ordinem in ipſum: nam mouens continuè mutat, quouſque mobile per motum finem ſortiatur. Cum igitur auxilio diuinæ gratiæ Homo dirigatur in vltimum finem; oportet, quod continuè Homo iſto auxilio potiatur, quouſque ad finem perueniat. Hoc autem non eſſet, ſi prædictum auxilium participaret Homo ſecundum aliquem motum, aut paſſionem, & non ſecundum aliquam formam manentem, & quaſi quieſcentem in ipſo. Motus enim, & paſſio talis non eſſet in Homine, niſi quando actu conuerteretur in finem: quod non continuè ab Homine agitur, vt præcipuè patet in dormientibus. Eſt ergo Gratia gratum faciens aliqua forma, & perfectio in Homine manens etiam quando non operatur.

E ſe alcuno dirà, che così facilmente ſi perde, donque non è qualità permanente. Riſponde S. Tomaſo Quæſt. 27. de Verit. art. 1. ad 9. Dicendum, quod quamuis per vnum actum peccati mortalis gratia amittatur; non tamen facilè gratia amittitur: quia habenti gratiam non eſt facilè illum actum exercere propter inclinationem in contrarium: ſicut Philoſoph. dicit, Quod iuſto difficile eſt operari iniuſta.

Item 1. 2. quæſt. 3. art. 5. Gratia gratum faciens ordinat hominem immediatè ad coniunctionem vltimi finis, *il che biſogna che ſi faccì mediante la gratia habituale, e lo proua il S. M. 4. c. Gent. cap. 21.* Manifeſtum eſt, quod ſicut ad hoc, quod corpus aliquod ad locum ignis perueniat, oportet quod igni aſſimiletur, leuitatem acquirens, ex qua motu ignis proprio moueatur: ita ad hoc, quod Homo ad diuinæ fruitionis beatitudinem, quæ Deo propria eſt, ſecundum ſuam naturam perueniat, neceſſe eſt primò quidem, quod per ſpirituales perfectiones Deo aſſimiletur, & deinde ſecundum eas operetur: & ſic tandem prædictam beatitudinem conſequatur. Dona autem ſpiritualia nobis per Spiritum Sanctum dantur, vt oſtenſum eſt: & ſic per Spiritum Sanctum Deo configuramur, & per ipſum ad benè operandum habiles reddimur: & per eundem ad Beatitudinem nobis via præparatur.

Qua

Quæ tria Apoſtolus inſinuat nobis 2. Corinth. 1. dicens: Vnxit nos Deus, & ſignauit nos, & dedit nobis pignus ſpiritus in cordi bus noſtrs. Signatio enim ad ſimilitudinem configurationis pertinere videtur: Vnctio autem ad habilitationem hominis ad perfectas operationes: pignus autem ad Spem, qua ordinamur in cœleſtem hereditatem, quæ eſt Beatitudo perfecta.

E tal pegno, ſegno, & vntione ſi oprano in noi dal Spirito Santo mediante la diuina gratia: Nam Deus (*dice l'Angelico quæſt. 27. de verit. art. 1. ad 2.*) viuificat Animam, non ſicut cauſa formalis, ſed ſicut cauſa efficiens: vnde aliqua forma cadit media: ſicut pictor facit parietem album effectiuè, mediante albedine: albedo verò, nulla forma mediante: quia facit album formaliter.

Concorda S. Agoſtino in Pſal. 49. doue ſpiegando quelle parole: Deus Deorum, *dice:* Manifeſtum eſt ergo, quod Homines dixit Deos, & gratia ſua deificatos, non de ſubſtantia ſua natos. Ille enim iuſtificat, qui per ſeipſum iuſtus eſt, & deificat, qui per ſeipsũnon alterius participatione Deus eſt. Qui autem iuſtificat, quia iuſtificando Filios Dei facit. Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Si Filij Dei facti ſumus, & Dij facti ſumus. Sed hæc gratia eſt adoptantis, non naturæ eſt generantis.

L'iſteſſo replica S. Tomaſo 1. 2. quæſt. 110. art. 3. in corp. doue dice eſſer la diuina gratia la natura diuina participata. Et art. 4. dice: Sicut per potentiam intellectiuam Homo participat cognitionem diuinam per virtutem fidei, & ſecundum potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem Charitatis: ita etiam per naturam animæ participat ſecundum quandam ſimilitùdinem naturam diuinam per quandam generationem, ſiuè recreationem. *Ciòè per gratia dice il S. D. 1. 2. qu. 111. art. 1. in corp.* Per quam ipſe Homo Deo coniungitur, quæ vocatur Gratia gratum faciens. Quæ eſt forma accidentalis ipſius animæ. Id enim, quod ſubſtantialiter eſt in Deo, accidentaliter ſit in anima participante diuinam bonitatem, vt de ſcientia patet ibi q. 110. art. 2. ad 2.

Et aſſegna la ſua ragione anche di queſta limitatione il S. M. 1. contra Gent. cap. 30. doue dice. Nomina, quæ perfectiones exprimunt cum ſupereminentiori modo, quo conueniunt, de ſolo Deo dicuntur, ſicut ſummum bonum, primum ens, & alia huiuſmodi.

Et in 1. diſt. 43. quæſt. 1. art. 2. ad 1. Quidquid perfectionis eſt in Creatura, totum eſt exemplatum à perfectione diuina: tamen perfectius eſt in Deo, quàm in Creaturam: Nec ſecundum illum modum in creatura eſſe poteſt, quo in Deo eſt: & ideò omne nomen, quod deſignat perfectionem diuinam abſolutè, non concernendo aliquem

modum

modum, communicabile eſt Creaturæ, vt potentia eſt Creaturæ, vt potentia, Sapientia, bonitas, & huiuſmodi. Omne autem nomen concernens modum, quo illa perfectio eſt in Deo, Creaturæ incommunicabile eſt, vt eſt ſummum bonum, eſſe omnipotentem, & huiuſmodi.

Et in 3. diſt. 27. quæſt. 2. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 5. Inferiora participant perfectionem ſuperiorum ſecundum modum ſuum: & ideò participationes determinantur à participantibus ex capite, & natura participantium. *E così* ipſa participatio diuinæ bonitatis, quæ eſt gratia, imperfectiori modo habet eſſe in anima, quàm anima in ſeipſa ſubſiſtat.

Che però ſoggionge 1. p. *quæſt.* 15. *art.* 9. *doue tratta*. Vtrum hoc nomen Deus, ſit communicabile, *doppo diuerſe coſe ſoggionge*. Eſt nihilominus hoc nomen, *Deus*, communicabile, non ſecundum totam ſuam ſignificationem, ſed ſecundum aliquid eius per quandam ſimilitudinem, vt Dij dicantur, qui participant aliquid diuinum per ſimilitudinem, ſecundum illud *Pſal.* 81. Ego dixi Dij eſtis.

Et al primo Argomento, che procede in queſta forma: Cuicumque communicatur res ſignificata per nomen, communicatur, & nomen ipſum: ſed hoc nomen Deus ſignficat naturam diuinam, quæ eſt communicabilis alijs, ſecundum illud 2. *Petri* 1. Magna, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hoc efficiamur diuinæ conſortes naturæ: ergo hoc nomen Deus, eſt communicabile.

Riſponde così: Dicendum, quod natura diuina nòn eſt communicabilis, niſi ſecundum ſimilitudinis participationem.

Et quæſt. 112. art. 1. in corp. Donum gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud ſit, quàm quædam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem naturam.

Vnde 1. p. quæſt. 17. art. 4. ad 2. Exemplata opportet conformari exemplari ſecundum rationem formæ, non autem ſecundum modum eſſendi: nam alterius modi eſſe habet forma quandoque in exemplato, & exemplari.

E lo conferma l'Angelico 1. p. *quæſt.* 93. *art.* 1. *doue dice*: Æqualitas non eſt de ratione imaginis: quia, vt Auguſtinus dicit, vbi eſt imago, non continuò eſt æqualitas, vt patet in imagine alicuius in ſpeculo relucente: Eſt tamen de ratione perfectæ imaginis: Nam in perfecta imagine non deeſt aliquid imagini, quod inſit illi de qua eſt expreſſa. Manifeſtum eſt autem, quod in homine inuenitur aliqua Dei ſimilitudo, quæ deducitur à Deo, ſicut ab exemplari: non tamen eſt ſimilitudo ſecundum æqualitatem: quia in infinitum exce-

dit

dit exemplar hoc tale exemplatum: Et ideo in homine dicitur esse imago Dei, non tamen perfecta, sed imperfecta.

Et ad 2. *dice*, quia similitudo perfecta Dei non potest esse, nisi in identitate naturæ, vnde imago Dei est in Filio suo primogenito, sicut imago Regis in filio sibi connaturali: in homine autem sicut in aliena natura; sicut imago Regis in nummo argenteo.

Però quest'imagine diminuta di Dio nell'huomo riesce anche molto honorevole, e molto grande 1. 2. *qu.* 13. *art.* 9. Potest dici magnum opus propter magnitudinem eius, quod fit; & secundum hoc maius opus est iustificatio impij, quæ terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, quàm creatio Cœli, & terræ, quæ terminantur ad bonum naturæ mutabilis.

Et quæst. 27. de verit. art. 2. ad 7. Dicendum, quòd gratia est in prima specie qualitatis, quamuis non propriè possit dici habitus, quia non immediatè ordinatur ad actum, sed ad quoddam esse spirituale, quod in anima facit, & est sicut dispositio, quæ est respectu gloriæ, quę est gratia consummata. Nihil tamen simile in accidentibus Animæ quæ Philosophi sciuerunt, inuenitur; quia Philosophi non cognouerunt, nisi illa Animæ accidentia, quæ ordinantur ad actus naturæ humanæ proportionatos.

Si conferma anche la sua grandezza, poiche tutta la natura creata non hà forza di produrla, e cosi non riconosce altra sua cagione, che Dio 1. 2. *quæst.* 112. *art.* 1. *doue dice chiaramente che:* Nulla res potest agere vltra suam speciem: quia semper oportet, quod causa potior sit effectu. Donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ; cum nihil aliud sit, quàm quædam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem naturam. Et ideò impossibile est, quod aliqua creatura gratiam causet.

E se alcuno dirà, che la gratia è accidente, e l'anima nostra sostanza, che sussiste da se stessa, donque è più nobile l'anima. Risponde quæst. 22. *ad* 2. Ipsa participatio bonitatis, quæ est gratia, imperfectiori modo habet esse in anima, quam Anima seipsa subsistat: est tamen nobilior, quàm natura animæ in quantum est expressio, vel participatio diuinæ bonitatis, non verò quantum ad modum essendi.

E questa dottrina si conforma con quella, che dà il S. M. in 4. *dist.* 49. *quæst.* 1. *art.* 2. *quæstiunc.* 1. *ad* 5. *doue dice*: Aliquod accidens potest esse substantia nobilius, in quantum per ipsum substantia aliqua coniungitur alicui nobiliori se, & hoc modo Beatitudo creata, & gratia, & huiusmodi sunt aliquid nobilius natura animæ, cui inhæret.

L'istessa dottrina apporta 2. 2. *quæst.* 23. *art.* 3. *ad* 3. Dicendum, quod

quod omne accidens ſecundum ſuum eſſe eſt inferius ſubſtantia: quia ſubſtantia eſt ens per ſe, accidens autem in alio. Sed ſecundum rationem ſuæ ſpeciei accidens quidem, quod cauſatur ex principijs ſui ſubiecti, eſt indignius ſubiecto, ſicut effectus cauſa. Accidens autem, quod cauſatur ex participatione alicuius ſuperioris naturæ, eſt dignius ſubiecto, in quantum eſt ſimilitudo ſuperioris naturæ, ſicut lux diaphano. Et hoc modo Charitas (eadem eſt ratio de Gratia) eſt dignior Anima, in quantum eſt participatio quædam Spiritus Sancti.

La qual dignità non può eſſer maggiore 1. p. qu. 25. art. 6. Dicendum, quod humanitas Chriſti ex hoc, quod eſt vnita Deo, & Beatitudo creata, ex hoc quod eſt fruitio Dei, & Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.

E però vero, che chi haverà maggior gratia, goderà anche più perfettamente Dio dice il S. D. 3. P. qu. 10. art. 4. ad 2. Perche: Gradus in viſione ſecundum perfectionem, magis attenditur ſecundum ordinem gratiæ, quam ſecundum ordinem naturæ.

La qual Gratia è certo che è maggiore in vno, che nell'altro P. 2. q. 112. art. 4. Prima nell'Argomemto Sed contrà ex Epiſtola *ad Epheſ. 4.* Vnicuique data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Quod autem menſuratè datur, non omnibus æqualiter datur: Ergo non omnes æqualem gratiam habent.

Reſpondeo dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt Habitus duplicem magnitudinem habere poteſt. Vnam ex parte finis, vel obiecti, ſecundum quod dicitur vna Virtus alia nobilior. in quantum ad maius bonum ordinatur. Aliam verò ex parte ſubiecti, quod magis, vel minus participat habitum inhærentem. Secundum igitur primam magnitudinem, Gratia gratum faciens non poteſt eſſe maior, & minor; quia Gratia ſecundum ſui rationem coniungit Hominem ſummo bono, quod eſt Deus. Sed ex parte ſubiecti Gratia poteſt ſuſcipere magis, vel minus, prout ſcilicet vnus perfectius illuſtratur à lumine Gratiæ quàm alius. Cuius diuerſitatis ratio quidem eſt aliqua ex parte præparantis ſe ad Gratiam; qui enim magis ſe ad gratiam præparat, pleniorem gratiam accipit. Sed ex hac parte non poteſt accipi prima ratio huius diuerſitatis, quia præparatio ad gratiam non eſt hominis, niſi in quantum liberum arbitrium eius præparatur à Deo. Vnde prima cauſa huius diuerſitatis accipienda eſt ex parte ipſius Dei, qui diuerſimodè ſuæ gratiæ dona diſpenſat ad hoc, quod ex diuerſis gradibus pulchritudo, & perfectio Eccleſiæ conſurgat: ſicut etiam diuerſos

uersos gradus rerum instituit, vt esset Vniuersum perfectum. Vnde *Apost. ad Ephes.* 4. postquam dixerat, vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, enumeratis diuersis gratijs, subiungit: Ad consummationem Sanctorum, in ædificationem Corporis Christi.

Hora se la diuina Gratia è cosi nobile, e tanto importante, come và, che cosi facilmente li Huomini la perdono, e non la tengono ferma per tutta la vita? A questa instanza si risponderà nella

SECONDA PARTE.

S. Tomaso 1. 2. *quæst.* 47. *art.* 2. *in corp. dice, che* Paruipensio opponitur excellentiæ: quæ enim Homines nullo modo putant digna esse, paruipendunt, vt dicitur 2. *Rethor. Et ad* 3. Obliuio paruipensionis est signum euidens: ea enim, quæ magna æstimamus, magis memoriæ infigimus. *Viene dunque tal perdita dalla poca stima, che se ne fà, e così non considerando* vtilitatem sibi inde prouenientem, *che è l'amicitia ineſtimabile di Dio*, Non videtur multum curare de amicitia eius, *ladoue quando se ne fa conto dice il S. D. in* 3. *dist.* 29. *qu.* 1. *art.* 5. *ad* 6. Conuersatio cum amicis est nobis delectabilis, in quantum cognoscimus bonum ipsorum, quod nobis quasi nostrum complacet, *come è il sommo bene*.

E qui si fermano i veri suoi amici 2. 2. *q.* 25. *art.* 7. *doue proua* Quomodo boni, non autem mali seipsos verè diligunt, secundum illud *Psal.* 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et hoc probat Philosophus *in* 9. *Ethic.* per quinque, quæ sunt amicitiæ propria: Vnusquisque enim amicus primò quidem vult amicum suum esse, & viuere: secundò vult ei bona: tertio operatur bona ad ipsum; quartò conuiuit ei delectabiliter: quintò concordat cum ipso, quasi in ijsdem delectatus, & contristatus: & secundum hoc boni diligunt seipsos quantum ad interiorem hominem; quia volunt ipsum seruari in sua integritate; & optant ei bona, quę sunt bona spiritualia; & etiam ad ea assequenda operam impendunt: & delectabiliter ad cor proprium redeunt, quia ibi inueniunt, & bonas cogitationes in præsenti, & memoriam bonorum præteritorum, & spem futurorum, ex quibus delectatio causatur; similiter etiam non patiuntur in seipsis voluntatis dissentionem: quia tota Anima eorum tendit in vnum.

E contrariò autem, Mali non volunt conseruari in integritate interioris Hominis: neque appetunt ei spiritualia bona: neque ad hoc operantur: neque delectabile est eis secum conuiuere, redeundo ad

cor; quia inueniunt ibi mala, & præsentia, & præterita, & futura, quæ abhorrent, neque etiam sibi ipsis concordant, propter conscientiam remordentem, secundum illud *Psal.* 49. Arguam te, & statuam contra faciē tuā. Et per eadē probari potest, quod mali amant seipsos. secūdū corruptionē exteriotis hominis: sic autē boni nō amāt seipsos.

Laonde amando i mali disordinatamente i beni temporali vengono à dispreggiar, & hauer in fastidio i spirituali, e eosi perdono la diuina gratia, il che proua l'Angelico 2. 2. qu. 35. art. 3. in c. Dicendum, quod peccatum mortale dicitur, quod spiritualem vitam tollit, quæ est per Charitatem secundum quam Deus nos inhabitat: Vnde illud peccatum ex suo genere est peccatum mortale, quod de se secundum propriam rationem contrariatur Charitati: huiusmodi autem est Acedia: Nam proprius effectus Charitatis est gaudium de Deo, Acedia autem est tristitia de bono spirituali in quantum est bonum diuinum. Vnde secundum suum genus Acedia est peccatum mortale.

Si deue però qui auertire per leuarci molti scrupoli ciò, che soggionge: Sed considerendum est in omnibus peccatis, quæ sunt secundum suum genus mortalia, quod non sunt mortalia, nisi quando suam perfectionē consequuntur; est enim consummatio peccati in consensu rationis, loquimur enim nunc de peccato humanō, quod in actu humano consistit, cuius principium est ratio; vnde si sit inchoatio peccati in sola sensualitate, & non perringat vsque ad consensum rationis, propter imperfectionem actus est peccatum veniale; sicut in genere adulterij Concupiscentia, quæ consistit in sola sensualitate, est peccatum veniale, si tamen peruenitur vsque ad consensum rationis est peccatum mortale: ita etiam, & motus Acediæ in sola sensualitate quandoque est propter repugnantiam carnis ad spiritum, & tunc est peccatum veniale: quandoque verò contingit vsque ad rationem, quæ consentit in fugam, & detestationem boni diuini, carne contra spiritum omninò preualente, & tunc manifestum est, quod acedia est peccatum mortale.

Ilche facilmente accade dice il S. D. in quæst. Disput. quæst. 2. de Virtutib. & vnica de Charitate art. 12. ad 19. Quandoque actu Homo secundum Charitatem non mouetur; *Essendo certo, che* Quandiù charitas actu dominatur in Homine, non mouetur motu contrario, sed sequitur Homo motum Charitatis: & ideò summum remedium contra peccatum est, vt Homo redeat ad cor suum, conuertens illud in Dei dilectionem. *Sueglìato, ò sia illustrato dal lume della fede, che c'inalza alla stima, che dobbiamo far di esso. Quæst. vnica de Charitate a. 3. ad 11.* Dicendum, quod lumen est forma colorum, in quantum sunt

visibiles

visibiles actu per lucem. Et similiter Fides est forma Virtutum, in quantum sunt à nobis cognoscibiles.

E sicome ci fà conoscere, che la Virtù della Charità ci vnisce à Dio, e così all'opposito ci mette in consideratione, che il peccato ci separa da Dio quæst. 34. art. 2. essendo, che; Affectus peccati consistit in auersione à Deo. Huiusmodi autem auersio rationem culpæ non haberet, nisi voluntaria esset. Vnde ratio culpæ consistit in voluntaria auersione à Deo. Hæc autem voluntaria auersio à Deo per se quidem importatur in odio Dei; in alijs autem peccatis quasi participatiuè, & secundum aliud. Sicut enim voluntas per se inhæret ei, quod amat; ita secundum se refugit id, quod odit. Vnde quando aliquis odit Deum, voluntas eius secundum se ab eo auertitur. Sed in alijs peccatis, putà cum aliquis fornicatur, non auertitur a Deo secundum se, sed secundum aliud, in quantum scilicet appetit inordinatam delectationem, quæ habet annexam inordinationem à Deo. Semper autem id, quod est per se, est potius eo, quod est secundum aliud. Vnde odium Dei inter alia peccata est grauius.

Mi diranno: Come mai può l'Hnomo odiar Dio, che è sommo bene? Risponde S. Tomaso 2. 2. quæst. 34. art. 1. in corp. Dicendum, quod odium est quidam motus appetitiuæ potentiæ, qui non mouetur, nisi ab aliquo apprehenso: Deus autem dupliciter ab Homine apprehendi potest: Vno modo secundum seipsum, puta cum per essentiam videtur: Alio modo per effectus suos, cùm scilicet inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: Deus autem per essentiam suam est ipsa bonitas, quam nullus odio habere potest; quia de ratione boni est, vt ametur: ideò impossibile est, quod aliquis videns Deum per essentiam eum odio habeat. Sed effectus eius aliqui sunt, qui nullo modo possunt esse contrarij voluntati hæmanæ; quia esse, viuere, & intelligere est, & appetibile, & amabile omnibus, qui sunt quidam effectus Dei: vnde etiam secundum, quod Deus apprehenditur, vt author horum effectuum, non potest odio haberi. Sunt autem quidam effectus Dei, qui repugnant inordinatę voluntati, sicut inflictio pœnæ, & etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnant voluntati deprauatæ per peccatum: Et quantum ad considerationem talium effectuum ab aliquibus Dēus odio haberi potest; in quantum scilicet apprehenditur peccatorum prohitor, & pœnarum inflictor.

Sicome dice 2. 2. quæst. 15. art. 1. ad 3. Intelligere veritatem cuilibet est secundum se amabile, potest tamen per accidens esse alicui odibile, in quantum scilicet per hoc homo impeditur ab alijs, quæ magis amat.

Et quæſt. 20. art. 4. in c. Dicendum, quod quia obiectum Spei eſt bonum arduum poſſibile adipiſci, vel per ſe, vel per alium, dupliciter poteſt in aliquo ſpes deficere de Beatitudine obtinenda: Vno modo, quia non reputat eam, vt bonum arduum; Alio modo, quia non reputat eam, vt poſſibilem adipiſci, vel per ſe, vel per alium: Ad hoc autem, quod bona ſpiritualia non ſapiant nobis quaſi bona, vel non videantur nobis quaſi magna bona, præcipuè perducimur per hoc, quod affectus noſter eſt infectus amore delectationum corporalium.

Le quali come babbino forza di preualere tanto lo proua l'Angelico q. 2. quæſt. 77. art. 1. in corp. Dicendum, quod paſſio appetitus ſenſitiui non poteſt directè trahere, aut mouere voluntatem, ſed indirectè poteſt: & hoc dupliciter. Vno quidem modo ſecundum quandam abſtractionem: cum enim omnes potentiæ animæ in vna eſſentia animæ radicentur, neceſſe eſt, quod quando vna potentia intenditur in ſuo actu, altera in ſuo actu remittatur, vel etiam totaliter in ſuo actu impediatur; tum quia omnis virtus ad plura diſperſa fit minor: vnde è contrario quando intenditur circa vnum, minus poteſt ad alia diſpergi. Tum quia in operibus animæ requiritur quædam intentio, quæ dum vehementer applicatur ad vnum, non poteſt alteri vehementer attendere: & ſecundum hunc modum per quandam diſtractionem, quando motus appetitus ſenſitiui fortificatur ſecundum quamcumque paſſionem; neceſſe eſt, quod remittatur, vel totaliter impediatur motus proprius appetitus rationalis, qui eſt voluntas.

Alio modo ex parte obiecti voluntatis, quod eſt bonum ratione apprehenſum: impeditur enim iudicium, & apprehenſio rationis propter vehementem, & inordinatam apprehenſionem imaginationis, & iudicium virtutis æſtimatiuæ; vt patet in amentibus.

Manifeſtum eſt autem, quod paſſionem appetitus ſenſitiui ſequitur imaginationis apprehenſio, & iudicium æſtimatiuæ; ſicut etiam diſpoſitionem linguæ ſequitur iudicium guſtus; vnde videmus, quod homines in aliqua paſſione exiſtentes, non facilè imaginationem auertunt ab his, circa quæ afficiuntur. Vnde per conſequens iudicium rationis plerumque ſequitur paſſionem appetitus ſenſitiui: & per conſequens motus voluntatis, qui natus eſt ſequi iudicium rationis.

E ſe mi diranno. Quod paſſiones non poſſunt trahere rationem contra ſcientiam vniuerſalem, quia non poteſt eſſe, quod homo habeat ſcientiam vniuerſalem, & æſtimet oppoſitum in particulari.

Riſponde iui il S. M. quæſt. 77. art. 1. ad 4. Dicendum, quod ille, qui habet ſcientiam in vniuerſali propter paſſionem impeditur, ne poſſit ſub illa vniuerſali ſumere, & ad Concluſionem peruenire: ſed aſſumit ſub alia vniuerſali, quam ſuggerit inclinatio paſſionis, &

ſub ea concludit. Vnde Philoſophus dicit *in 7. Ethic.* quod ſyllogiſmus incontinentis habet quatuor propoſitiones: duas vniuerſales, quarum vna eſt rationis, puta nullam fornicationem eſſe committendam: alia eſt paſſionis, puta delectationem eſſe ſectandam. Paſſio igitur ligat rationem, ne aſſumat, & concludat ſub prima: vnde ea durante aſſumit, & concludit ſub ſecunda.

Dunque mi foggiongeranno All'hora l'huomo non pecca, poiche Paſſio totaliter excuſat à peccato *Galat. 5.* Caro concupiſcit aduerſus Spiritum, &c.

Riſponde iui art. 7. Dicendum, quod ſecundum hoc ſolùm actus aliquis, qui de genere ſuo eſt malus totaliter à peccato excuſat, quod totaliter inuoluntarius redditur. Vnde ſi ſit talis paſſio, quæ totaliter inuoluntarium reddat actum ſequentem, totaliter à peccato excuſat; Alioquin non totaliter. Circa, quod duo conſideranda videntur. Primò quidem, quod aliquid poteſt eſſe voluntarium, vel ſecundum ſe, ſicut quando voluntas directè in ipſum fertur: vel ſecundum ſuam cauſam, quando voluntas fertur in cauſam, & non in effectum, vt patet in eo, qui voluntariè inebriatur: ex hoc enim quaſi voluntarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit. Secundò conſiderandum eſt, quod aliquid dicitur voluntarium directè, vel indirectè: directè quidem id in quod voluntas fertur: indirectè autem illud, quod voluntas potuit prohibere, ſed non prohibet.

Secundum hoc igitur diſtinguendum eſt: quia Paſſio quandoque quidem eſt, tanta, quod totaliter aufert vſum rationis, ſicut patet in his, qui propter amorem, vel iram inſaniunt, & tunc ſi talis paſſio à principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum, quia eſt voluntarius in ſua cauſa, ſicut etiam de ebrietate dictum eſt. Si vero cauſa non fuerit voluntaria, ſed naturalis, puta cum aliquis ex ægritudine, vel aliqua huiuſmodi cauſa incidit in talem paſſionem, quæ totaliter aufert vſum rationis, actus omninò redditur inuoluntarius, & per conſequens totaliter à peccato excuſatur. Quandoque verò paſſio non eſt tanta, quod totaliter intercipiat vſum rationis: & tunc ratio poteſt paſſionem excludere diuertendo ad alias cogitationes, vel impedire ne ſuum conſequatur effectum: quia membra non applicantur operi, niſi per conſenſum rationis, vt ſupra dictum eſt: vnde talis paſſio non totaliter excuſat à peccato.

Viene dunque da noi la perdita della diuina gratia, e l'auerſione al ſommo bene, eſſendo certo, che non può eſſer da parte di Dio, come ſoggionge il S. D quæſt. 1. de malo art. 5. doue dice cosi: Hoc autem non poteſt eſſe à Deo, quod bonum diuinum, ſecundum quod in ſeipſo eſt,

est, quis non velit, cum è contrario Deus omnem voluntatem inclinet ad volendum, quod ipse vult: vult autem summum bonum, secundum quod in seipso est: vnde malum culpæ non potest esse à Deo.

Mi diranno E chi può sapere, che sia in Gratia di Dio? Mettiamo vn'Anima in tal stato, dice la N. S. Madre Teresa nelle Mansioni VI. cap. 1. *Che* Neque Deum de facto offendat, nec ob vllam omninò Mundi huius rem vellit offendere, vnde in statu gratiæ esse non desinat, hæc tamen ita latent abscondita, vt ne, vel minimum specimen, aut argumentum, è quo Deum amare, vel aliquando amasse se colligat, in seipsa deprehedere videatur: etenim, si quid vnquam boni egit, aut si quam à Maiestate aliàs gratiam accepit, omnia ei nonnisi somnium esse, aut phantasma aliquod vidisse videtur, peccata verò videt, quod verè commiserit.

Che rimedio in tal pena? Risponde iui in fine cap. Optimum remedium est in Dei misericordia sperare, vt potè qui nunquam in se sperantes deserit.

E concorda la S. Dottora perfettamente con l'Angelico 2. 2. q. 17. art. 5. doue dice, che Spes habet rationem virtutis ex hoc, quod attingit Deum & sicut primam causam efficientem in quantùm eius auxilio innititur, & sicut vltimam causam finalem in quantum in eius fruitione beatitudinem expectat.

Giunta però anche la cooperatione delle buone opere; Che però sopra quelle parole Matth. 25. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam *soggionge per vltima conclusione il S. M.* De bonitate laudat, vt cunctis sit apertum, quod ad tantam beatitudinem, ac coronam vocantur, non consanguinitatis vinculo, nec amicitiæ nexu, sed obsequio tanquam à Seruis persoluto, in quo promerendo se maximè exercuerunt. *Cioè, diee il S. M. 1. 2. quæst. 16. art. 4. ad 3. Col consenso, con l'elettione, & vso di tal seruitio intento dal Signor Iddio, essendo certo, che* Voluntas consentit se eligere, & consentire, & vtitur se ad consentiendum, & eligendum, *come sono i mezzi ordinati da esso* in finem vitæ æternæ, *essendo, che come afafferma nella P. P. quæst. de Prædest. è certo, che* est ratio transmissionis Creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ in mente diuina existens. *Et insieme vi è* Ordinatio mediorum, quibus Creaturæ rationales in finem vitæ æternæ transmittuntur a Deo. Quod nobis ipse concedat, &c.

DO-

Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum. *Matth.5.*

AN. Remigio portato da S. Tomaſo in Catena aurea ſuper cap. 4. Matth. ponderando quelle parole; Et circuibat Ieſus totam Galilæam docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni, *dice che in ciò* Doctorum vita inſtruitur, vt enim non ſint pigri, docentur per hoc quod dicitur: Circuibat Ieſus. Vt autem non errores, neque fabulas, ſed ſalutaria prædicent, docentur per hoc, quod ſubditur: Prædicans Euangelium Regni. *E queſto propriamente è il ciho dell'Anima dice Rabano citato parimente dall'Angelico iui ſuper Matth. Launde ſopra quell'altre parole dette da Chriſto:* Non in ſolo pane viuit Homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, *dice queſt'Auttore:* Teſtimonium hoc de Deuteronomio ſumptum eſt: Ergo ſi quis non veſcitur verbo Dei, iſte non viuit: quia ſicut corpus humanum non viuit ſine terreno cibo, ita & anima viuere non poteſt ſine Dei verbo: *Mà dice quello: Tanto ci baſtano le inſtruttioni interne ſuggerite dalli noſtri Angeli cuſtodi ſenza tanti altri Dottori, e Predicatori. Riſponde S. Tomaſo 3. P. quæſt. 12. art. 4.* Dicendum, quod ſicut Anima humana media eſt inter ſpirituales ſubſtantias, & res corporales: ita duobus modis nata eſt perfici: vno quidem modo per ſcientiam inditam, ſiue impreſſam ex illuminatione ſpiritualium ſubſtantiarum. Alio modo per ſcientiam acceptam ex rebus ſenſibilibus, ad quam quidem non requiritur lumen Angelicum, ſed ſufficit lumen intellectus agentis. *Il qnale come ſoggionge il S. D. 3. p. quæſt. 62. art. 4. ad 1. viene riſuegliato dalla voce ſenſibile del Maeſtro:* In ipſa voce ſenſibili eſt quædam vis ſpiritualis ad excitandum intellectum Hominis, in quantum procedit ex conceptione mentis. *E cosi la mente illuſtrata d'vn'Huomo illumina la mente dell'altro Huomo, & vn'Huomo tirato per il Cielo tira l'altro per il Cielo come dice S. Criſoſtomo in Homil.* Apoſtoli per Sermones, quibus ſunt capti, crediderunt ſe alios poſſe piſcari, *e però à tempo, e luogo faceuano le loro Prediche. Se dunque ſtamane corre il mio obligo di far la mia, Attendino, che gli prometto d'eſſergli fedele in communicarli la pro-*

pria

pria intelligenza, cauata, conceputa dalli Sacri Espositori sopra il corrente Euangelo, se pure la desiderano, poiche come dice S. Tomaso 2.2. quæst.1. art.4. Licet Fides sit actus intellectus supponit tamen piam voluntatis affectionem excitantis, & determinantis ipsum intellectum ad credendum, &c. Et ad *Rom. 10. lect. 2.* Sicut cor est primum mouens in corpore, ita, & voluntas in anima. Quoniam verò in hac vita, nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, ad fidem quoque requiritur, quæ corde credenda sunt prius auscultare.

Et ascoltando le parole di Christo Signor Nostro espresse nell'Euangelo, fanno gran effetto nell'animo di chi le ascolta, soggionge il S. M. in 1. c. Io. lect. 16. Vox Christi virtutem quandam habebat, vt non solum exterius, sed etiam interius cor moueat *Hier. cap.23.* Verba mea sunt quasi ignis. *Attenti dunque, & incomincio.*

E prima dobbiamo supponer quella dottrina, che dà il S. M. 1.p.qu.6. art.4. Che il Signor'Iddio non si è contentato di esser lui solamente buono, e santo: mà ha voluto ancora, che fossimo buoni, e santi noi: A primo Ente, & bono vnumquodque potest dici bonum, & Ens, in quantum participat ipsum per modum cuiusdam assimilationis. Licet remotè, & desicienter. Sic ergo vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina sicut primo principio exemplari effectiuo, & finalis totius bonitatis: Nihilominus tamen vnumquodque dicitur bonum similitudine diuinæ bonitatis sibi inhærente, quæ est formaliter sua bonitas denominans ipsum. Et sic est bonitas vna omnium, & etiam multæ bonitates.

Et nell'Argomento Sed contra *assegna questa ragione.* Omnia sunt bona in quantum sunt: Sed non dicuntur omnia Entia per esse diuinum: sed per esse proprium: ergo non omnia sunt bona bonitate diuina, sed bonitate propria.

Vnde 2. 2. quæst. 25. art. 2. ad 1. *se bene* dicimur boni bonitate, quæ est Deus: & Sapientes sapientia, quæ est Deus, *Però* bonitas, qua formaliter boni sumus, est participatio quædam diuinæ bonitatis; & sapientia, qua formaliter Sapientes sumus, est participatio quædam diuinę sapientiæ, *sicome anche* Charitas, qua formaliter diligimus proximum, est quædam participatio diuinæ charitatis. Vnde oportet *dice il S. D. iui in corpore Articuli.* Quod sic voluntas moueatur à Spiritu Sancto ad diligendũ, quod etiam ipsa sit efficiens hunc actum. Nullus autem actus perfectè producitur ab aliqua potentia actiua, nisi sit ei connaturalis per aliquam formam, quæ sit principium actionis. Vnde Deus, qui omnia mouet ad debitos fines singulis rebus indidit formas, per quas inclinantur ad fines sibi prestitutos à Deo; Et se-

cundum

cundum hoc disponit omnia suauiter, vt dicitur Sap. 8.

A noi adesso, come và, che questa nostra bontà, e giustitia non basta, che sia come quella de' Farisei: ma deue esser maggiore per entrar nel regno de' Cieli?

Vgone Cardinale. Plusquam Scribarum, *dice*, quorum iustitia semiplena erat: *Perche solamente* Signa exteriora amplectebantur: vnde in materialis Templi edificatione, & ornatu tota eorum intentio consistebat. Quod non fuit, nisi signum, & pictura veri Templi Dei, scilicet fidelis Animæ, de cuius ornatu non curabant. Item habebant exterius speciem pietatis, veritatem eius abnegantes: Vnde erant falsarij, vt falsum argentum dicitur, quod cum videtur esse argentum veritatem argenti non habet. Christianus autem non debet esse contentus his iustitijs. Sed totus debet esse fons iustitiæ ex omni parte fluens, & reddens Virtutum opera.

S. Giouanni Crisostomo portato qui dall' Angelico: Iustitiam autem hic dicit vniuersalem virtutem.

S. *Girolamo ad Pammachium citato parimente dal S.D. ad Annibald. 3. sent. dist. 36. quæst. vnica art. 1.* Virtutes describunt Stoici ita sibi connexas, vt qui vnam habuerit, omnes habeat. Ergo omnes Virtutes sunt connexæ.

Præterea, *soggionge iui il S. M.* Species infert genus. Ergo iustitia infert virtutem. Ergo quicumque est iustus, est virtuosus. Ergo omni virtute plenus.

Andiamo alle virtù infuse iui nell' Articolo seguente. Gregorius. Virtus vera non est, si cum alijs mixta non est. Ergo connexio est in Virtutibus veris.

Præterea, vt dicit Augustinus in litera. Virtus est Charitas, qua diligitur, quod diligendum est. Ergo qui Charitatem non habet, nullam Virtutem habet, quia non diligit, quod diligere debet. Qui verò Charitatem habet, omnem Virtutem habet, quia diligit omne quod diligendum est. Ergo Virtutes gratuitæ ita connexæ sunt, quod qui habet vnam, habet omnes.

Mà sentiamo il corpo dell' Articolo, nel quale assegna trè ragioni di questa connessione. Ex tribus sumitur ratio, quare Virtutes sunt connexæ. Primò ex parte Charitatis, quæ est forma Virtutum, quæ est vna. Secundò ex parte gratiæ, quæ est radix Virtutum, quæ est vna. Tertiò ex parte efficientis, idest Dei à quo impium est dimidiam sperare veniam, vt Sancti dicunt, qui nihil imperfectum relinquit. Vnde quando aliquem iustificat, omnes Virtutes ei simul infundit.

E concorda con quello, che dice 1. sent. dist. 14. quæst. 2. art. 2. ad 1.

Dicendum, quod quamuis in collatione donorum naturalium, vel gratis datorum attendatur magna liberalitas, tamen perfectio liberalitatis attenditur in his, quæ vltimæ perfectioni coniungunt, & ista sunt, quæ immediatè ordinant nos in finem. Et ideò secundum ista dona præcipuè Spiritus Sancti processio attenditur.

Et 3. P. qu. 7. a. 2. in corp. Dicendum, quod sicut in 2. Parte dictũ est, sicut gratia respicit essentiã animæ, ita virtus respicit potẽtiã eius: Vnde opportet, quod sicut potentiæ animæ deriuantur ab eius essentia, ita Virtutes sint quædam deriuationes gratiæ. *Mà dice quello:* Gratia sufficit ad omnia rectè agendum, secundum illud 2. *ad Corinth.* 12. Sufficit tibi gratia mea. *Donque non fanno di bisogno tante Virtù.*

Risponde il S. D. iui ad 1. Dicendum, quod Gratia sufficit Homini quantum ad omnia quibus ordinatur ad beatitudinem: Horum tamen quædam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia huiusmodi: quædam autem mediantibus Virtutibus, quæ ex gratia procedunt.

Deue dunque chi aspira alla Beatitudine esser giusto in tutto, e per tutto. Altr menti dice S. Bernardo contro Pietro Abailardo epist. 193. *di chi si crede poter separar le Virtù dall'altre, l'interno dall'esterno,* Nec ordinem tenet, nec tenetur ab ordine, Homo sibi dissimilis est, intus Herodes, foris Ioannes, totus ambiguus.

E S. Girolamo Epist. 4. *ad Rusticum*: Intus Nero, foris Cato, totus ambiguus.

E S. Cirillo nostro Cathechesi 4. Multi lupi obambulant in vestimentis ouium, ac pelle quidem mansueta induti specie probitatis decipiunt, pernicioſum verò impietatis venenum ex dentibus emittunt.

Quindi è dice l'Abulense, che molti appaiono giusti al conspetto delli Huomini, che poi alli occhi di Dio veramente non sono tali, onde sopra quelle parole, che disse Dio à Noè Genes. 7. 2. Quia te vidi iustum coram me, *dice questo Espositore:* Aliqui alij licet viderentur iusti in exteriori apparentia, tamen coram me non erant iusti, quia præcordia plena dolo: *Che però volendo Iddio toglier dal Mondo questa giustitia, santità simulata, osserua Beda il Venerabile in Deuter. c.* 22. *che prohibì la veste tessuta di lana, & lino:* Vestis, quæ ex lana, & lino contexitur linum interius celat, in superficie lanam ostendit. Vestem ergo ex lana, linoque contextam induit, qui sub locutione innocentiæ intus sublimitatem celat malitiæ.

Che non è altro, che menar vna vita buggiarda, e peccaminosa, come soggionge S. Tomaso 2. 2. *qu.* 110. *art.* 3. Dicendum, quod illud, quod est secundum se malum ex genere nullo modo potest esse bonum, &

licitum 3

licitum, quia ad hoc quod aliquid ſit bonum requiritur, quod omnia rectè concurrant. Bonum enim ex integra cauſa, malum verò ex ſingularibus defectibus, vt Dionyſius dicit 4. cap. de Diuinis Nominib. Mendacium autem eſt malum ex genere, eſt enim actus cadens ſuper indebitam materiam. Cum enim voces naturaliter ſint ſigna intellectuum, innaturale eſt, & indebitum, quod aliquis voce ſignificet id quod non habet in mente: vnde Philoſophus dicit *in* 4. *Ethic.* Quod mendacium eſt per ſe prauum, & fugiendum: Verum autem eſt bonum, & laudabile. Vnde omne mendacium eſt peccatum, ſicut etiam Auguſtinus aſſerit in lib. contra mendacium.

E ſoggionge qu. 111. *art.* 1. Non refert autem vtrum aliquis mentiatur verbo, vel quocumque alio facto, *E però* conſequens eſt etiam quod omnis ſimulatio eſt peccatum, *Che però con ragione dice Chriſto,* Niſi abundauerit, &c. non intrabitis in Regnum Cœlorum; *Perche. conforme all' Oracolo dell' Apocaliſſe c.* 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: *E ſoggionge,* Niſi, qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni; *Doue Vgone* Qui eſt vita vera.

Si conferma l'aſſunto con quell'altra Dottrina de Virtutibus art. 4. *di tutto il regolamento dell' Huomo inteiore ſopra l'eſteriore, e della parte inferiore dalla ſuperiore:* In iraſcibili, & concupiſcibili, quæ ſunt in inferiori appetitu, ſecundum Philoſophum oportet ponere eſſe aliquas Virtutes, quod ſic patet. Cum enim Virtus nominet quoddam potentiæ completum, potentia autem ad actum reſpiciat, oportet humanam virtutem in illa potentia ponere, quæ eſt principium actus humani. Actus autem humanus dicitur, qui non quocumque modo in homine, vel per hominem exercetur, ſed Hominis proprius eſt. Inter cætera verò hoc habet homo proprium in ſuo actu, quod ſui actus eſt dominus. In eo igitur, quod eſt principium talis actus, cuius homo dominus eſt, poteſt poni virtus humana. Sciendum tamen eſt, quod huiuſmodi actus contingit eſſe triplex principium: Vnum ſicut primum mouens, & imperans, & hoc eſt ratio, vel voluntas. Aliud eſt mouens motum, ſicut appetitus ſenſibilis, qui etiam mouetur ab appetitu ſuperiori in quantum ei obedit,. Et iterum mouet membra exteriora per ſui imperium. Tertium eſt, quod eſt motum tantum, ſcilicet membrũ exterius. Cũ autẽ vtrumque, ſcilicet membrũ exterius, & appetitus inferior à Superiori parte animæ mouentur, tamen aliter, & aliter: nam membrum exterius ad nutum obedit ſuperiori imperanti abſque vlla repugnantia ſecundum naturæ ordinẽ, niſi ſit impedimentum aliquod, vt patet in manu, & pede: Appetitus autem

inferior habet propriam inclinationem ex natura ſua; vnde non obedit ſuperiori appetitui ad nutum; ſed interdum repugnat: Vnde Ariſtoteles dicit in Politica ſua, quod Anima dominatur corpori diſpotico principatu; ſicut Dominus Seruo, qui non habet facultatem reſiſtendi in aliquo imperio Domini: Ratio verò dominatur inferioribus animæ partibus regali, & politico principatu, ideſt ſicut Reges, & Principes Ciuitatum dominantur liberis, qui habent ius repugnandi quatum ad aliqua præcepta. In membro igitur exteriori non eſt neceſſarium aliquid perfectiuum actus humani, niſi naturalis eius diſpoſitio, per quam natus eſt moueri à ratione: ſed in appetitu inferiori qui rationi repugnare poteſt, eſt neceſſarium aliquid, vt operationem, quam ratio imperat, proſequatur. Si enim immediatum operationis principium ſit imperfectum, oportet operationem eſſe imperfectam quantumcumque perfectio adſit ſuperiori principio. Et ideò ſi appetitus inferior non eſſet in perfecta diſpoſitione ad ſequendum imperium rationis, operatio quæ eſt appetitus inferioris ſicut proximi principij, non eſſet in bonitate perfecta: eſſet enim cum quadam repugnantia ſenſibilis appetitus. Quando igitur oportet operationem hominis eſſe circa ea, quæ ſunt obiecta ſenſibilis appetitus, requiritur ad bonitatem operationis, quod ſit in appetitu ſenſibili aliqua diſpoſitio, vel perfectio, perquam obediat rationi, & hanc virtutem vocamus.

La qual virtù è ſimile à quella de' Cittadini in ordine al bene cõmune, al quale tutti mirano, e s'accordano inſieme 1. 2. *quæſt.* 92. *art.* 1. *ad* 3. Dicendum, quod bonitas cuiuslibet partis conſideratur in proportione ad ſuum totum: vnde, & Auguſtinus dicit *in* 3. *Confeſſ.* Quod turpis eſt omnis pars, quæ ſuo toti non congruit. Cum igitur quilibet homo ſit pars Ciuitatis, impoſſibile eſt, quod aliquis homo ſit bonus, niſi ſit benè proportionatus bono communi; Nec totum poteſt benè exiſtere, niſi ex partibus ſibi proportionatis: vnde impoſſibile eſt, quod bonum commune Ciuitatis benè ſe habeat, niſi Ciues ſint virtuoſi.

Si conferma direttamente l'Aſſunto con queil'altra Dottrina che dà il S. M. 1. 2. *qu.* 20. *art.* 3. *doue in termini terminanti tratta* Vtrum bonitas, & malitia ſit eadem exterioris, & interioris actus, *e riſponde di ſi Prima nell'Argmento* Sed contra. Vt ſupra oſtenſum eſt, Actus voluntatis ſe habet vt formale ad actum exteriorem, ex formali autem, & materiali fit vnum. Ergo eſt vna bonitas actus interioris, & exterioris.

Mà ſentiamo horà il corpo dell'Articolo. Dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt. Actus interior voluntatis, & actus exterior, prout conſiderantur in genere moris, ſunt vnus actus. Contingit autẽ quando-

que

que actum, qui est vnus subiecto, habere plures rationes bonitatis, vel malitiæ, & quandoque vnam tantum. Sic ergo dicedum, quod quandoque est eadem bonitas, vel malitia interioris actus, & exterioris, quandoq; alia, & alia. Sicut enim dictũ est, prædictæ duæ bonitates, vel malitiæ, scilicet interioris, & exterioris actus ad inuicem ordinantur: contingit autem in his, quæ ad aliud ordinantur, quod aliquid est bonum ex hoc solum, quod ad aliud ordinatur, sicut potio amara ex hoc solo est bona, quod est sanatiua; vnde non est alia bonitas sanitatis, & potionis, sed vna, & eadem. Quandoque verò illud, quod ad aliud ordinatur, habet in se aliquam rationem boni, etiam præter ordinem ad aliud bonum, sicut medicina saporosa habet rationem boni delectabilis præter hoc, quod est sanatiua. Sic ergo dicendum, quod quando actus exterior est bonus, vel malus solum ex ordine ad finem, tunc est omninò eadem bonitas, & malitia actus voluntatis, quæ per se respicit finẽ, & actus exterioris, qui respicit finẽ mediante actu voluntatis. Cũ autẽ actus exterior habet bonitatẽ, vel malitiã secundũ se, s. secundum materiã, vel circumstantiã, tunc bonitas exterioris actus est vna, & bonitas voluntatis, quæ est ex fine, est alia: ita tamen, quod bonitas finis ex volũtate redũdat in actũ exteriorẽ: & bonitas materię, & circumstantiarum redundat in actũ voluntatis, sicut iam dictum est.

Altrimente sarebbe inutile dice nell'argumento Sed contra *dell'articolo seguente: & ecco la ragione:* Omne agens intendit consequi bonum, & vitare malum. Si ergo per actum exteriorem nihil additur de bonitate, vel malitia, frustra, qui bonam habet voluntatem, vel malam, facit opus bonum, aut desistit à malo opere, quod est inconueniens.

Vn'altra ragione apporta l'Angelico nella 1.2.*qu.*65. *art.*2. *doue tratta.* Vtrum Virtutes morales possint esse sine Charitate, *che fà anche molto à proposito all'intento. Dice dunque prima nell'argomento* Sed contra. Dicitur 1. Ioann. 3. Qui non diligit manet in morte: Sed per virtutes perficitur vita spiritualis: ipsę enim sunt quibus rectè viuitur, vt Augustinus dicit in 2. de lib. arb. Ergo non possunt esse sine dilectione Charitatis.

Ho ci amo il corpo dell'Articolo. Respondeo, dicendum, quod sicut supra dictum est. Virtutes morales prout sunt operatiuæ boni in ordine ad finem, qui non excedit facultatem naturalem Hominis, possunt per opera humana acquiri: & sic acquisitæ sine charitate esse possunt, sicut fuerunt in multis Gentilibus. Secundum autem, quod sunt operatiuæ boni in ordine ad vltimum finem supernaturalem, sic perfectè, & verè habent rationem Virtutis, & non possunt humanis actibus acquiri, sed infunduntur a Deo: & huiusmodi Virtutes morales

rales ſine Charitate eſſe non poſſunt. Dictum eſt enim ſupra, quod aliæ virtutes morales non poſſunt eſſe ſine prudentia: prudentia autem non poteſt eſſe ſine Virtutibus moralibus, in quantum Virtutes morales faciunt benè ſe habere ad quoſdam fines, ex quibus procedit ratio prudentiæ. Ad rectam autem rationem prudentiæ multo magis requiritur, quod homo benè ſe habeat circa vltimum finem, quod fit per Charitatem, quàm circa alios fines, quod fit per Virtutes morales: ſicut ratio recta in ſpeculatiuis maximè indiget principio indemonſtrabili, quod eſt conrradictoria non ſimul eſſe vera. Vnde manifeſtum fit, quod nec prudentia infuſa poteſt eſſe ſine Charitate, nec aliæ Virtutes morales conſequenter, quæ ſine prudentia eſſe non poſſunt. Patet igitur ex dictis, quod ſolæ Virtutes infuſæ ſunt perfectæ, & ſimpliciter dicendæ Virtutes, quia benè ordinant Hominem ad finem vltimum ſimpliciter: aliæ verò Virtutes ſcilicet acquiſitæ ſunt ſecundum quid Virtutes, non autem ſimpliciter, ordinant enim hominem benè reſpectu finis vltimi in aliquo genere, non autem reſpectu finis vltimi ſimpliciter. Vnde *Roman. 14.* ſuper illud. Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt: *dicit Gloſſ. Auguſt.* Vbi deeſt agnitio veritatis, falſa eſt Virtus etiam in bonis moribus.

Finalmente in conformità della ſudetta Dottrina è anche molto bella quella, che apporta iuì il S. D. qu.68. art.5. doue propone la difficoltà: Vtrum dona Spiritus Sancti ſint connexa: *e riſponde prima nell' Argomento* Sed contra *con l'auttorità di S. Gregorio, che dice*: Illud in Iob filiorum conuiuium perſerutandum videtur; quod ſemetipſos inuicem paſcunt, per filios autem Iob, de quibus loquitur, ſignificantur dona Spiritus Sancti. Ergo dona Spiritus Sancti ſunt connexa per hoc, quòd ſe inuicem reficiunt.

Sentiamo hora il corpo dell' Articolo. Dicendum, quod huius Quæſtionis veritas de facili ex præmiſſis poteſt haberi. Dictum eſt enim ſupra, quod ſicut vires appetitiuæ diſponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimen rationis, ita omnes vires animæ diſponuntur per dona in comparatione ad Spiritum Sanctum mouentem. Spiritus autem Sanctus habitat in nobis per Charitatem, ſecundum illud *Rom. 5.* Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis: ſicut, & ratio noſtra perficitur per prudentiam. Vnde ſicut Virtutes morales connectuntur ſibi inuicem in prudentia, ita dona Spiritus Sancti connectuntur ſibi inuicem in Charitate, ita ſcilicet, quod qui Charitatem habet omnia dona Spiritus Sancti habet, quorum nullum ſine Charitate haberi poteſt.

Mà per vltimo argomento non voglio tralaſciar l'auttorità di S. Paolo

lo 2. *ad Timot. 3. doue dice*: Omnis Scriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. *Doce S. Tomaſo lect. 3.* Ideò dicit, vt perfectus ſit homo Dei, Tunc autem homo eſt perfectus, quandò eſt inſtructus, ideſt paratus ad omne opus bonum: non ſolum ad ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, ſed etiam ad ea, quæ ſunt ſupererogationis.

Mà ſento vno, che dice, come è mai poſſibile, che vn'Huomo poſſi abbracciar tante Virtù, maſſime che ve ne ſono alcune tanto difficili ſicome dice l'Angelico 1. 2. qu. art. 2. Fortitudo in arduis conſiſtit: eſt autem valdè arduum, quod aliquis non ſolum opera virtuoſa faciat, quæ communiter dicuntur opera iuſtitiæ: ſed quod faciat cum inſatiabili quodam deſiderio, quod poteſt ſignificari per famem, & ſitim iuſtitiæ? *A queſto reſponderò nella*

SECONDA PARTE.

Inſegna il Santo D. 1. p. qu. 18. art. 4. ad 2. Che Exemplata oportet conformari exemplari ſecundum rationem formæ, non autem ſecundum modum eſſendi: nam alterius modi eſſe habet forma quandoque in exemplato, & exemplari.

E così ſoggionge qu. 93. a. 1. ad 2. Quia ſimilitudo perfecta Dei non poteſt eſſe, niſi in identitate naturæ, imago Dei eſt in filio ſuo primogenito, ſicut imago regis in filio ſibi connaturali; in homine autem ſicut in aliena natura: ſicut imago Regis in nummo argenteo.

Item 1. 2. qu. 110. art. 2. ad 2. Id quod ſubſtantialiter eſt in Deo, accidentaliter fit in Anima participante diuinam bonitatem.

Item qu. 112. Deus deificat communicando conſortium diuinæ naturæ, per quandam ſimilitudinis participationem.

Item 3. p. qu. 2. art. 10. ad 1. Gratia, quæ eſt accidens, eſt quædam ſimilitudo diuinitatis participata in Homine.

Et qu. 62. art. 2. in corp. Gratia perficit eſſentiam animæ, in quantũ participat ſimilitudinẽ diuini eſſe, *Siche niuno può vguagliarſi à Dio.*

A noi adeſſo. Parlando la N. S. M. Tereſa dell'eſſercitio delle Virtù Vita cap. xiij. dice così: In omnibus porrò diſcretio eſt adhibenda, magnaque opus eſt in Deũ fide, expedit nãque bona noſtra propoſita ne ad minimum minui, ſed fiduciam nos quandam de Deo concipere, vt ſi paulatim nos ipſi ad progrediendum exſtimulemus, eò (etſi non quamprimum) pertingamus, quò multi Sancti diuina eius gratia adiuti, pertigerunt: nam niſi illi hoc ita velle, & etiam paulatim opere, & reipſa

reipsa exequi firmiter apud se statuissent, nunquam ad tam sublimem gradum, & statum peruenissent.

Amat, & quærit Maiestas eius animas generosas, modo cum humilitate, ac sine vlla de seipsis fiducia, & præsumptione procedant. Nec vidi vnquam aliquam harum in via deficere, itaut progredi non posset; vti nec aliquam pusillanimem, & subtimidam, etiamsi humilitate donatam tantum in multis etiam annis, progressum facere, quantum illæ aliæ in paucis. Mirum profectò est quantopere hac in via iuuet se se ad magna, & sublimia aggredienda exstimulare: nam etsi sat magnæ vires statim non habeantur, Anima nihilominus se sustollens, sublimè admodum euolat; tametsi subindè instar auiculæ non benè a pennis instructæ, defatigetur: & allicubi in terra hæreat. Aliàs illud Apostoli Pauli sæpius ante oculos, & in mente habebam: Omnia nimirum nos posse in Deo; ex me ipsa autem satis me intelligebam nihil penitus posse. Et hoc ipsum me in primis iuuabat, vti & illud S. Augustini dictum. Domine iube quod vis, & da quod iubes. *E se volete comandarci, anche faremo de miracoli*: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, Dæmones eycite, &c. *Matth.* 10, v. 8. *Doue però soggionge* S. *Tomaso ex Chrysost.* Magnum est facere miracula, sed maius est virtuosè viuere.

Mà mi dirà vno trà tante virtù, che vi sono quale è la principale che richiede il Signor'Iddio da Noi?

Risponde S. *Paolo Apostolo Ad Col.* 3. Super omnia Charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. *Doue* S. *Tomaso* 2. 2. *qu.* 184. *a.* 1. *in corp.* Dicendum, quod vnumquodque dicitur esse perfectum in quantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio: Charitas autem est, quæ nos vnit Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis; quia qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur 1. *Ioan.* 4. Et ideò secundum Charitatem specialiter attenditur perfectio Christianæ vitæ.

Hor qui entra vn bel dubbio sicome si è detto, che le Virtù morali non possono esser senza la Carità, così si ricerca se la Carità basti senza le altre virtù?

Risponde S. *Tomaso nella* 1. 2. *q.* 65. *a.* 3. *doue in termini terminanti propone la difficoltà* Vtrum Charitas possit esse sine alijs Virtutibus moralibus.

E risponde Prima nell'Argomento Sed contra *dicendo* Quod per Charitatem tota lex impletur. Dicitur enim *Rom.* 13. Quòd qui diligit proximum, legem impleuit: sed tota lex impleri non potest, nisi per omnes Virtutes morales, quia lex præcipit de omnibus actibus Virtutum,

tum, vt dicitur *in* 5. *Ethic.* Ergo qui habet Charitatem, habet omnes Virtutes morales. Auguſtinus etiam dicit in quadam Epiſtola, quòd Charitas includit in ſe omnes Virtutes Cardinales.

Reſpondeo dicendum, quòd cum Charitate ſimul infunduntur omnes Virtutes morales, cuius ratio eſt: quia Deus non minus perfectè operatur in operibus gratiæ, quam in operibus naturæ. ſic autem videmus in operibus naturæ, quòd non inuenitur principium aliquorum operum in aliqua re, quin inueniantur in ea, quæ ſunt neceſſaria ad huiuſmodi opera perficienda: ſicut in animalibus inueniuntur organa, quibus perfici poſſunt opera, ad quæ peragenda anima habet poteſtatem. Manifeſtum eſt autem, quòd Charitas, in quantum ordinat huminem ad finem vltimum, eſt principium omnium bonorum operum, quæ in finem vltimum ordinari poſſunt: vnde oportet, quòd cum Charitate ſimul infundantur omnes virtutes morales, quibus homo perficit ſingula genera bonorum operum. Et ſic patet, quòd Virtutes morales infuſæ non ſolum habent connexionem propter prudentiam, ſed propter charitatem: & quod qui amittit charitatem per peccatum mortale, amittit omnes Virtutes morales infuſas.

Ma qui entrano alcune obiettioni importanti. La prima. Ad 3. ſic proceditur. Videtur, quod Charitas ſine alijs Virtutibus moralibus haberi poſſit. Ad id enim ad quod ſufficit vnum, indebitum eſt, quòd plura ordinentur: ſed ſola Charitas ſufficit ad omnia opera Virtutis implenda, vt patet per id, quod dicitur 1. *ad Corinth.* 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. Ergo videtur, quod habita Charitate aliæ Virtutes ſuperfluerent.

Prætera. Qui habet habitum Virtutis, de facili operatur ea, quæ ſunt Virtutis, & ei ſecundum ſe placent. Vnde, & ſignum habitus eſt delectatio, quæ fit in opere, vt dicitur in 2. *Ethic.* Sed multi habent Charitatem abſque mortali peccato exiſtentes, qui tamen difficultatem in operibus Virtutum patiuntur, neque eis ſecundum ſe placent, ſed ſolum ſecundum quod referuntur ad Charitatem. Ergo multi habent Charitatem, qui non habent alias Virtutes.

Præterea. Charitas in omnibus Sanctis inuenitur: ſed quidam ſunt Sancti, qui tamen aliquibus Virtutibus carent. Dicit enim Beda, quod Sancti magis humiliantur de virtutibus, quas non habent, quam de Virtutibus quas habent glorientur. Ergo non eſt neceſſarium, quod qui habet Charitatem omnes Virtutes morales habeat.

Ad primum ergo dicendum, quod ad hoc quòd actus inferioris potentiæ ſit perfectus, requiritur quod non ſolum adſit perfectio in ſuperiori potentia, ſed etiam in inferiori. Si enim principale agens debi-

to modo ſe haberet, non ſequeretur actio perfecta ſi inſtrumentum non eſſet benè diſpoſitum. Vnde oportet ad hoc, quòd homo benè operetur in his, quæ ſunt ad finem, quòd non ſolum habeat Virtutem, qua benè ſe habeat circa finem, ſed etiam Virtutes, quibus benè ſe habeat circa ea, quæ ſunt ad finem. Nam Virtus, quæ eſt circa finem, ſe habet vt principalis, & motiua reſpectu earum, quæ ſunt ad finem; Et ideo cum Charitate neceſſe eſt etiam habere alias virtutes morales.

Ad ſecundum dicendum, quod quandoque contingit, quòd aliquis habens habitum, patitur difficultatem in operando, & per conſequens non ſentit delectationem, & complacentiam in actu propter aliquod impedimentum extrinſecus ſuperueniens, ſicut ille qui habet habitum ſcientiæ, patitur difficultatem in intelligendo propter ſomnolentiam, vel aliquam infirmitatem. Et ſimiliter habitus moralium Virtutum infuſarum patiuntur interdum difficultatem in operando propter aliquas diſpoſitiones contrarias à præcedentibus actibus relictas, quæ quidem difficultas non ita accidit in Virtutibus moralibus acquiſitis, quia per exercitium actuum, quo acquiruntur, tolluntur etiam contrariæ diſpoſitiones.

Ad tertium dicendum, quòd aliqui Sancti dicuntur aliquas Virtutes non habere, in quantum patiuntur difficultatem in actibus earum ratione iam dicta, quamuis habitus omnium Virtutum habeant.

Di ſimili difficoltà ne fa anche mentione la Noſtra S. Madre De via perfectionis cap.42. in ſe ſteſſa mentre dice, Quia ita ſceleratè vixi (*per ſua humiltà*) hinc diutius hic viuere timeo, & tot moleſtiæ, ac mala me delaſſant, & tædium pariunt. Illos verò, qui hic in terra diuinis conſolationibus perfunduntur mirum non eſt, deſiderare ibi eſſe, vbi ipſis abundantiſimè, non autem quaſi ſorbillando, fruentur; & diutius in hac vita manere nolle, quæ tot impedimenta habet, quæ quominus tanto bono fruantur, impediant, Et è contrà ibi eſſe velle, vbi Sol iuſtitiæ nunquam ipſis occumbit. Quid quid deinde hic vident, obſcurum illis haud dubiè, & tenebroſum videri debet; adeo vt quomodo viuant, demirer. Veriſimile ſanè eſt, eum in non magna lætitia viuere; qui adhuc in hac vita gaudere incepit, quique iam tum hoc in mundo regni cœleſtis à Deo pignora accepit; in quo, non ſecundum ſuum, ſed Regis ipſius beneplacitum viuet. Qualis, & quam longe alia vita illa ſit oportet, cum in ea ad mortem nemo aſpiret! Quàm diuerſum voluntas noſtra ſe hic inclinat ab eo ad quod illam Deus vult inclinari! Vult Deus veritatem amemus, & mendacium diligimus, vult amemus quod æternum eſt, & cor noſtrum fertur in id, quod caducum, & fluxum eſt. Vult magna,

& ſublimia amemus, & diligimus vilia, ac terrena: Vellet nos ea ſectari ſolù quæ ſecura, & certa ſunt, & afficimur erga id, quod dubium, & incertum eſt. Itaque omnia merè ſunt inaniæ, Cariſſimæ, præterquam Deum rogare, vt nos in æternum ab omni malo liberet, &c.

E concorda in queſti ſentimenti la Santa Dottoreſſa con S. Tomaſo 2.2. quæſt. 113. art. 1. ad 2. Dicendum, quòd ad bonitatem mentis pertinet, vt homo ad iuſtitiæ perfectionem tendat: & ideò culpam reputat non ſolùm ſi deficiat à communi iuſtitia (quod verè culpa eſt) ſed etiã ſi deficiat à iuſtitiæ perfectione, quod quandoque culpa non eſt.

Conferma maggiormente il S. D. la Dottrina dell'inſeparatione della Carità dalle altre Virtù con quella che apporta quæſt. 13. de Verit. art. 5. in riſpoſta ad 12. doue dice Dicendum, quòd aliquid commune attribuitur alicui ſpecialiter dupliciter: Vel quia ſibi perfectiſſimè conuenit, ſicut ſi cognoſcere attribuamus intellectui: vel quia in eo primò inuenitur, ſicut viuere attribuitur animæ vegetabili, vt patet in 1. de anima, quia in actibus eius primò apparet vita. Vita ergo ſpiritualis attribuitur fidei, quia in eius actu primò apparet; quamuis eius complementum ſit à Charitate, & hoc ipſo eſt forma aliarum Virtutum.

Et ad 6. Dicendum, quòd plures eſſe perfectiones vnius rei in eodem ordine eſt impoſſibile; Gratia autem eſt ſicut perfectio prima Virtutum, ſed Charitas ſicut perfectio proxima.

Et ad 13. Dicendum, quod in habente Charitatem non poteſt eſſe aliquis actus Virtutis, niſi à Charitate formatus. Aut enim actus ille erit in debitum finem ordinatus, & hoc non poteſt eſſe, niſi per Charitatem in habente Charitatem; aut non eſt ordinatus in debitum finem, & ſic non erit actus Virtutis. Vnde non poteſt eſſe, quod actus fidei ſit formatus à Gratia, & non à Charitate, quia Gratia non habet ordinem ad actum, niſi Charitate mediante.

E finalmente lib. 3. Sent. diſt. 27. quæſt. 2. art. 4. quæſtiunc. 3. dichiara perfettamente queſta Concluſione dicendo. Charitas ad omnes alias Virtutes comparatur, & vt Motor, & vt finis, & vt forma. Quod autem Motor ſit omnium aliarum Virtutum, ex hoc patet, quia ipſum bonum, quod eſt obiectum Charitatis ſub ratione finis, eſt finis Virtutum. In omnibus autem potentijs, vel artibus ordinatis ita accidit, quod ars, vel potentia, quæ eſt circa finem, ordinat aliarum actus ad finem proprium; ſicut militaris, quæ eſt propter Victoriam, & ad omne officium bellicum ordinatur, ordinat equeſtrem, & nauale-

lem, omnia huiuſmodi in ſuum finem. Et ideo dicitur Charitas motor aliarum Virtutum, in quantum earum actus producit ex conceptione finis, in quantum habet ſe per modum ſeminis, cùm ſit principium in operabilibus, vt dicit Philoſophus. Et ſecundum hoc dicitur imperare actus inferiorum Virtutum, ſecundum, quod facit eas operari propter finem ſuum: & ſecundum hoc mouet alias inferiores ad finem ſuum. Vnde Charitas etiam omnes alias Virtutes ad ſuum finem mouet, & ſecundum hoc dicitur earum actus imperare. Hoc enim intereſt inter elicere actum & imperare, quod habitus, vel potentia elicit illum actum, quem producit circa obiectum, nullo mediante; ſed imperat actum, quem producit mediante potentia, vel habitu inferiori circa obiectum illius potentiæ. Si ergo Charitas eſt motor aliarum Virtutum, ſimiliter etiam finis; quia hoc commune eſt in omnibus Virtutibus, quod actus earum ſunt proximi fines ipſarum, cum actus ſit perfectio ſecunda, habitus perfectio prima, & minus completum ordinatur ad magis completum ſicut ad finem. Finis autem inferioris potentiæ, vel habitus ordinatur ad finem ſuperioris, ſicut finis militaris ad finem ciuilis. Vnde actus omnium aliarum Virtutum ordinantur ad actum Charitatis ſicut ad finem. Et propter hoc Charitas dicitur Præcepti finis. Similiter etiam patet, quod eſt forma perficiens vnamquamque Virtutem in ratione virtutis. Inferior enim potentia non habet perfectionem Virtutis, niſi ſecundum quod participat perfectionem potentiæ ſuperioris: ſicut habitus, qui eſt in irascibili, non habet rationem virtutis, vt dicitur *in 4. Ethic.* niſi inquantum intellectum, & diſcretionem recipit à ratione quam perficit Prudentia; & ſecundum hoc Prudentia ponit modum, & formam in omnibus alijs Virtutibus moralibus. Omnes autem aliæ virtutes, quæ ſunt meritoriæ vitæ æternę, ſecundum, quod nunc loquimur de Virtutibus, ſunt in potentijs voluntati ſubiectis, quia nullus actus alicuius potentiæ poteſt eſſe meritorius, niſi in quantum habet aliquid de voluntario; quod contingit ex hoc, quod Voluntas imperet, & mouet actus aliarum potentiarum: Vnde non poteſt eſſe quod aliquis habitus exiſtens in aliqua potentia animæ habeat rationem virtutis, loquendo de virtutibus meritorijs, de quibus hic loquimur, niſi ſecundum hoc, quod in illa potentia participatur aliquid de perfectione voluntatis; quam Charitas perficit. Et ideò Charitas eſt forma virtutum aliarum omnium, ſicut prudentia moralium.

Et

Et hic eſt vnus modus, quo Charitas eſt forma aliarum virtutum. Alij autem duo modi poſſunt accipi ex hoc, quod ipſa eſt motor, & finis, in quantum mouens ponit motum ſuum in inſtrumento, & ea quæ ſunt ad finem dirigiuntur ex ratione finis. Et ita motus Charitatis participatur in alijs virtutibus, in quantum mouentur à Charitate, & in quantum ordinantur in ipſam ſicut in finem.

Horsù dunque concludiamo, che chiunque deſidera creſcer nel merito della diuina gratia, e della gloria, procuri di creſcer ſempre principalmente nella Carità; poiche come dice il Santo Dottore in 1. *diſt.* 17. *quaſt.* 2. *art.* 3. *in corpore*: Actus qui eſt ex Charitate, ordinatur ad augmentum Charitatis, & per modum diſpoſitionis, & per modum meriti.

E tanto più quando s'opera con tutto il ſforzo poſſibile in 1. *ibidem in corpore*. Quando actus Charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantum ad virtutem naturæ, & quantum ad virtutem habitus infuſi, tunc vnus actus diſponit, & meretur augmentum Charitatis, vt ſtatim fiat. Quando autem non ſecundum totam Virtutem procedit actus ille, tunc eſt ſicut diſpoſitio remota, & poterit tunc per plures actus peruenire ad augmentum Charitatis.

Che però ſoggionge in 2. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 5. *in riſpoſta ad* 2. Non in quolibet actu meritorio inuenitur illa conditio per quam ex actu conſequitur augmentum habitus: ſed ſolum in illo actu, quo quis vtitur gratia accepta ſecundum proportionem ſuarum virium, vt in nullo gratiæ Dei deſit, per negligentiam, vt in 1. lib. diſt. 17. dictum eſt.

Onde conclude 4. *Sent. diſt.* 17. *art.* 3. *ad* 5. Quando talis eſt actus Charitatis, qualis requiritur ad augmentum Charitatis, tunc etiam augetur præmium ſubſtantiale, quod debetur Charitati maiori conſequenti actum. *Et è chiara la ragione dice il S. M.* 1. 2. *qu.* 114. *art.* 3. Videtur enim congruum, vt homini operanti ſecundum ſuam virtutem, Deus recompenſet ſecundum excellentiam ſuæ Virtutis.

E ſtendendo la dottrina alla Virtù della Carità in 4. *Sent. ad Annibaldum diſt.* 49. *art.* 4. *ad* 3. Dignitas Beatitudinis penſatur ex intenſione operationis, quæ eſt per diuerſitatem habitus, & ſic ſecundum diuerſam quantitatem Charitatis in via, ſunt diuerſi Beatitudinis gradus. *Che piaccia à S. D. M. di farcene ancora noi degni in buona parte di eſſi, &c.*

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Cum Turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent conuocatis Diſcipulis ait illis, Miſereor ſuper Turbam, quia ecce iam triduò ſuſtinent me, nec habent quod manducent, &c. *Marci cap.* 8.

AN Tomaſo 1. ad Hannibaldum quæſt. 2. art. 5. apporta quelle parole di San Girolamo ſopra l'Apocaliſſe, cioè che In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. *Di più San Gregorio 15. moral. citato iui ſparimente dall'Angelico dice:* Sacra Scriptura omnes ſcientias locutionis ſuæ more tranſcendit, quia vno, eodemque Sermone dum narrat geſtum prodit myſterium. *E nel corpo dell'Articolo.* Dicendum, quòd ad dignitatem Sacræ Scripturæ pertinet, vt ex auctoritate inducta Gregorij apparet, quod ipſa ſola præ cæteris in vno Sermone plures ſenſus contineat: & huius ratio eſt, quia Auctor Sacræ Scripturæ, ſcilicet Spiritus Sanctus non ſolum eſt Auctor verborum, ſed ètiam rerum. Vnde non ſolum verba poteſt accommodare ad aliquid ſignificandum, ſed etiam res. Et ſecundum hoc in Sacra Scriptura manifeſtatur Veritas dupliciter. Vno modo ſecundum quod res ſignificantur per verba, & in hoc conſiſtit ſenſus literalis. Alio modo ſecundum quod res quædam per alias figurantur, & in hoc conſiſtit ſenſus ſpiritualis. *A noi adeſſo. Già il ſenſo literale del corrente Euangelo ogn'vno l'intende, e ſopra il medeſimo ſi fece il Diſcorſo nella Domenica IV. della Quareſima. Qual ſarà dunque il ſenſo ſpirituale? Vgone Cardinale qui:* Qui pœnitent à peccato, ſcilicet cogitationis, locutionis, & operis, non debent dimitti iciuni à verbo Dei, ſed ſæpè eſt eis prædicandum, cum enim cibum accipiunt, confortantur, vt Paulus cum tribus diebus non maducaſſet, accipiens cibum, confortatus eſt,

vt

vt habetur Actorum 6. *E còncorda parimente qui Remigio portato da Cornelio à Lapide ſuper cap. XV. Matth.* Peccatores, *dice*, per pœnitentiam conuerſi in curſu labentis ſæculi pereunt, ſi abſque Sacræ Doctrinæ pabulo dimittantur. *Ilche conferma la Gloſſa.* Prius Dominus aufert debilitates, & poſtea cibat, quia prius remouenda ſunt peccata, & poſteà anima Verbis Dei nutrienda.

E la neceſſità di queſto nutrimento intellettuale lo ſpiega ſimilmente il S.anto Dottore 1. p quæſt.79. art. 10. in c. Perche Hoc nomen intelligentia, propriè ſignificat ipſum actum intellectus, qui eſt intelligere, ſiuè conſiderare in actu ſecundo, & ſic dicitur intellectus in actu, ſiue intellectus adeptus. *A diferenza di Dio, di cui ſoggionge iui Ad 2.* Proprium eſt, quod abſque omni inueſtigatione omnia intelligat. *E ſe noi intendiamo qualche Verità delle coſe Diuine il Diuin Verbo è il noſtro Maeſtro, iui quæſt. 43. art. 5. ad 3.* Signanter, dicit Auguſtinus, quod Filius mittitur, cum à quoquam cognoſcitur, atque percipitur; perceptio autem experimentalem quandam notitiam ſignificat. Et hæc propriè dicitur Sapientia, quaſi ſapida ſcientia, ſecundum illud *Eccleſ. 6.* Sapientia doctrinæ ſecundum nomen eius eſt. *Anzi che ancora nelle Verità humane dipende il noſtro intendimento da Dio, che però ſopra quelle parole di San Paolo ad Rom. 3. num. 4.* Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax, *dice parimente l'Angelico:* Verbum humanum, niſi à Deo fulciatur, nihil veritatis habet.

Volete Signori miei, che io vi dia queſta mane tal conforto di Dottrina Diuina, e veridica intorno alla noſtra conuerſione, e giuſtificatione? Attenti, che hor hora ve la porto: mà attenti con maggior attentione del ſolito per l'importanza grande di queſto ſoggetto, Perche come dice in conſequenza il Santo Maeſtro 2. 2. quæſt.172. art. 4. Ad ſpiritualium Contemplationem requiritur maxima mentis eleuatio, quæ impeditur per vehementiam paſſionum, & per inordinatam occupationem rerum exteriorum. *Hor veniamo al Punto del Diſcorſo.*

San Tomaſo 2. 2. quæſt. 171. art. 2. ad 2. Dicendum, quòd ſicut in rebus corporalibus, abeunte paſſione, remanet quædam habilitas ad hoc, quòd iterum patiatur: ſicut lignum ſemel inflammatum facilius iterum inflammatur; ita etiam in intellectu Prophetæ, ceſſante actuali illuſtratione, remanet quædam habilitas ad hoc, quod facilius iterato illuſtretur: ſicut etiam mens ſemel ad deuotionem excitata, facilius poſtmodum ad deuotionem priſtinam reuocatur. Propter quod Auguſtinus in libro de orando Deum dicit eſſe neceſſarias crebras orationes, ne concepta deuotio totaliter extinguatur.

Ilche

Ilche conferma il Santo Dottore quæst. de veritate art. 1. in corpore. Dicendum, quod ſicut eſt in rebus corporalibus, quod aliquid poſt paſſionem, etiam paſſione abeunte, efficitur habilis ad patiendum, ſicut aqua calefacta prius, facilius poſtmodum poſt infrigidationem calefiet, & homo poſt frequentes triſtitias facilius ad triſtitiam prouocatur; ita etiam quando mens aliqua diuina inſpiratione tangitur, etiam illa inſpiratione abeunte remanet habilior ad iterato recipiendum, ſicut poſt deuotam orationem remanet mens deuotior, vnde propter hoc dicit Auguſtinus in libro de orando Deum: Mens quæ curis, & negotijs tepeſcere cœperit, omninò refrigeſcit, & penitùs extinguitur, niſi crebrius inflammetur. Et ideò certis horis ad negotium orandi mentem reuocamus.

Et indi ſoggionge 2. Sentent. diſt. 11. qu. 1. art. 4. ad 5. Dicendum, quod quandocumque aliquod agens imprimit fortem impreſſionem, remanet illa impreſſio in patiente per aliquod tempus, etiam ad abſentiam agentis, vt patet in motibus violentis; & ita dico, quod ad vnam actionem Angeli in Hominem poteſt homo bonam diſpoſitionem accipere, quæ manet in eo ad aliquod tempus; vt patet quando aliquis ſemel deuotè orat, quòd ad plures dies remanet inde deuotus.

Ilche tanto più ſi verifica quando è moſſo da Dio 1. 2. quæſt. 9. art. 6. ad 3. Dicendum, quod Deus mouet voluntatem hominis, ſicut vniuerſalis Motor ad vniuerſale obiectum voluntatis, quòd eſt bonum, & ſine hac vniuerſali motione homo non poteſt aliquid velle; ſed homo per rationem ſe determinat ad volendum hoc, vel illud, quod eſt verè bonum, vel apparens bonum; ſed tamen interdum ſpecialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinatè volendum, quod eſt bonum, ſicut in his, quos mouet per gratiam.

Come ſi vede nell'opere meritorie, e nella giuſtificatione 1. 2. qu. 109. a. 9. doue così parla: Homo in gratia exiſtens non indiget alio auxilio gratiæ, quaſi alio habitu infuſo; indiget tamen auxlio gratiæ, ſecùdùm alium modum, vt ſcilicet à Deo moueatur ad rectè agendum, & hoc propter duo, Primò quidem ratione generali propter hoc, quòd nulla res creata poteſt in qvemcumque actum prodire, niſi virtute motionis diuinæ. Secundò ratione ſpeciali propter conditionem ſtatus humanæ naturæ, quæ quidem licet per gratiam ſanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantú ad carnẽ, per quã ſeruit legi peccati, *& indi conclude*: & propter hoc etiã renatis in filios Dei per gratiã cõuenit dicere. Et ne nos inducas in tẽtationẽ.

Hor

Hor se vogliamo prender nuouo conforto della gratia riceuuta da Dio per la nostra giustificatione, sia come si voglia seguita 1. 2. *q.* 113. *art.* 1. Vel per modum simplicis generationis, qui est à priuatione ad formam. Et hoc modo iustificatio posset competere etiam ei qui non esset in peccato dum huiusmodi formam à Deo acciperet, sicut Adam dicitur accepisse Originalem iustitiam. *O' uero* secundum rationem motus, qui est à contrariò in contrarium: Et secundum hoc iustificatio importat transmutationem quandam de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ prædictæ, *importa sopra il tutto il considerare il suo termine* Ad quem *che è come difinisce il S. Concilio Trid. se ss. 6. cap.* 7. sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ.

Che però dice S. Tomaso 3. *p. q.* 49. *art* 3. *ad* 3. Primò recipimus in Animam Spiritum adoptionis filiorum, quo adscribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis.

Et indi soggionge il S. Concilio nel cittato capo: Demùm vnica formalis causa nostræ iustificationis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: quâ videlicet ab eo donati renouamur Spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus iustitiam in nobis recipientes vnusquisque secundum suam mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.

Alla quale giustitia indi corrisponde il merito, come dice l'Apostolo Rom. 4. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, *poiche come dicono i Teologi:* Ex ipsa meriti natura, quod est ius ad præmium, *Il Signor Iddio cosi si è degnato di farci degni della sua gloria dando lui il merito alle opere nostre* ex sua promissione.

Il che non senza marauiglia pondera S. Agostino, cosi dicendo serm. 16. de verbis Apostoli: Debitor nobis factus est Deus, non aliquid accipiendo, sed quod ei placuit promittendo: aliter enim dicimus homini, debes mihi, quia dedi tibi; Et aliter dicimus, debes mihi, quia promisisti mihi. Deo igitur quid dicimus? Redde mihi, quia dedi tibi? Quid dedimus Deo, quando quod sumus, & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus: Non est quemadmodum ista voce exigamus debitorem Deum. Illo ergo modo possumus exigere Dominum nostrum: Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti.

Doue dice S. Tomaso in 2. *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. *in risposta ad* 4. *si vede la giustitia distributiua, che Iddio osserua:* Dicendum, quod in iustitia commutatiua ille, apud quem quis meretur, efficitur debitor

ei, qui meretur, vt patet in illis, qui operationes ſuas locant in ſeruitium aliorum: Sed in iuſtitia diſtributiua non requiritur ratio debiti ex parte eius, qui diſtribuit; poteſt enim ex liberalitate aliqua diſtribuere, in quorum tamen diſtributione iuſtitia exigitur, ſecundum quod diuerſis, prout eorum gradus exigit, proportionabiliter tribuit.

Ilche anche ſpiega meglio 1. 2. *quæſt.* 114. *art.* 1. *doue tratta eſpreſſamente* Vtrum homo poſſit aliquid mereri à Deo: *E dice prima nell' argomento* ſed contra: *Ieremiæ* 31. dicitur: Eſt merces operi tuo: Sed merces dicitur quod pro merito redditur: Ergo videtur quod homo poſſit à Deo mereri.

Hor ſentiamo il corpo dell' Articolo: Dicendum, quod meritum, & merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompenſatur pro retributione operis, vel laboris, quaſi quoddam prætium ipſius: vnde ſicut reddere iuſtum prætium pro re accepta ab aliquo, eſt actus iuſtitiæ; ita etiam recompenſare mercedem operis, vel laboris, eſt actus iuſtitiæ. Iuſtitia autem æqualitas quædam eſt, vt patet per Philoſophum *in* 5. *Ethicorum*. Et ideò ſimpliciter eſt iuſtitia inter eos, quorum eſt ſimpliciter æqualitas: Eorum verò, quorum non eſt ſimpliciter æqualitas, non eſt ſimpliciter iuſtitia, ſed quidam iuſtitiæ modus poteſt eſſe, ſicut dicitur quoddam ius paternum, ſiue dominatiuum, vt in eodem libro *Philoſophus dicit:* & propter hoc in his, in quibus eſt ſimpliciter iuſtum, eſt etiam ſimpliciter ratio meriti, & mercedis; in quibus autem eſt ſecundum quid iuſtum, & non ſimpliciter, in his etiam non eſt ſimpliciter ratio meriti, ſed ſecundum quid, in quantum ſaluatur ibi iuſtitiæ ratio. Sic enim & filius meretur aliquid à Patre, & Seruus à Domino. Manifeſtum eſt autem, quod inter Deum, & hominem eſt maxima inæqualitas (in infinitum enim diſtant) vn de totum quod eſt hominis bonum, eſt à Deo, vnde non poteſt h ominis à Deó eſſe iuſtitia ſecundum abſolutam æqualitatem, ſed ſecundnm proportionem quandam, in quantum ſcilicet vterque operatur ſecundum modum ſuum. Modus autem, & menſura humanæ virtutis homini eſt à Deo; & ideo meritum hominis apud Deum eſſe non poſſet niſi ſecundum præſuppoſitionem diuinæ ordinationis; ita ſcilicet, vt id homo conſequatur à Deo per ſuam operationem, quaſi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit; Sicut etiam res naturales hoc conſequuntur per proprios motus, & operationes, ad quod à Deo ſunt ordinatæ; differenter tamen, quia Creatura rationalis ſeipſam mouet ad agendum per liberum arbitrium: vnde ſua actio habet rationem meriti, quod non eſt in alijs creaturis.

Mà

Mà se vòlessimo anche col termino ad quem *aggiongere il termino* à quo *della nostra giustificatione maggiormente vedremo risplender in noi la bontà, e liberalita diuina dice l'Angelico in 4. dist. 46. quæst. 2. art. 1. quæstiunc. 3. ad 2. doue così dice*: Dicendum, quod iustificare impium dicitur maius opus, quam creare Cœlum, & terram, in quantum ad nobilius esse perducitur quis per iustificationem, quàm per creationem: vel in quantum in creatione non est aliquid, quod repugnat creanti, cum sit ex nihilo; sicut in iustificatione resistit inordinata voluntas: Vnde quamuis opus iustificationis potentiam manifestet, specialiter commendat bonitatem, in quantum ipsa est sola, quæ ad iustificandum mouet; cum ex parte iustificandi magis inueniatur, quod iustificationi repugnet, *che è il termine* à quo.

Ilche anche accenna 3. contra Gent. *cap.* 161. *doue dice*: licet autem ille, qui peccat, impedimentum gratiæ præstet, & in quantum ordo rerum exigit, gratiam non deberet recipere; tamen quia Deus præter ordinem rebus inditum operari potest, sicut cum cæcum illuminat, vel mortuum resuscitat; interdum ex abundantia bonitatis suæ etiam eos, qui impedimentum gratiæ præstant, auxilio suo præuenit, auertens eos à malo, & conuertens ad bonum.

E questo non per poco spatio di tempo, mà per sempre sicome l'accenna parimente il S. D. lect. 3. in Io. 14. *sopra quel passo, e parole di Christo*: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, *doue dice*: Dicendum est, quod Christus duplex opus facit: vnum sine nobis, videlicet creare Cœlum, & Terram, & suscitare mortuos, & huiusmodi. Aliud operatur in nobis, sed non sine nobis; quod est opus fidei, per quod viuificatur impius. De istis ergo loquitur hic Dominus, quæ sunt communia credenti. Est & opus quod facit Christus in nobis, sed non sine nobis; quia eadem facit quicumque credit. Quia quod fit in me per Deum, fit in me etiam per meipsum, scilicet per liberum arbitrium. Vnde dicit Apostolus, non autem ego (supple, solus) sed gratia Dei mecum. Et de istis dicit: Opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Quia maius est iustificare impium, quam creare Cœlum, & terram: Nam iustificatio impij, quantum est de se, perseuerat in æternum. *Sap.* 1. Sapientia perpetua est: Cœlum autem, & terra transibunt, vt dicitur *Luc.* 21. Item quia opus corporale ordinatur ad spirituale: Cœlum autem, & terra opus corporale est, iustificatio verò impij opus spirituale.

Vnde dice S. Agostino tract. 72. *in Ioan.* Maius est iustificare impium, quam creare Cœlum, & terram. *Et Serm.* 15. de verbis Domini:

Melius eſt, *dice*, iuſtum eſſe, quam hominem eſſe. Si hominem te fecit Deus, & iuſtum tu te facis, melius aliquid facis, quàm fecit Deus. *Il che ſegue ſoggionge l'Angelico in 4. Sent. diſt. 17. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 1. in corp. per l'atto della Contrittione* Dicendum, quod initium omnis peccati eſt ſuperbia, per quam homo ſenſui ſuo inhærens à mandatis diuinis recedit: & ideò oportet, quòd illud, quod deſtruit peccatum, hominem à ſenſu diſcedere faciat; ille autem, qui in ſenſu ſuo perſeuerat, rigidus, & durus per ſimilitudinem vocatur, vnde & frangi aliquis dicitur, quando à ſenſu ſuo diuellitur: ſed inter fractionem, & comminutionem, ſiue contritionem in rebus materialibns: vnde hæc nomina ad ſpiritualia transferuntur, hoc intereſt, vt dicitur in 4. *Met.* quod frangi dicuntur aliqua, quando in magnas partes diuiduntur; ſed diminui, vel conteri, quando ad partes minimas reducitur hoc, quod in ſe ſolidum erat; & quia ad dimiſſionem peccati requiritur, quod homo totaliter affectum peccati dimittat, per quem quandam continuitatem, & ſoliditatem in ſenſu ſuo habebat; ideò actus ille, quo peccatum remittitur, Contritio dicitur per ſimilitudinem.

E queſta Contritione viene poi definita da S. Agoſtino dice iui il S. M. in tal modo. Contritio eſt dolor remittens peccatum. & alia ſumitur ex verbis Gregorij, quæ talis eſt: Contritio eſt humilitas ſpiritus annihilans peccatum inter ſpem, & timorem, *doue ſi deue notare che ſi mette la ſperanza col timore, perche ſenza la ſperanza* timor deſperationem facere poſſet.

Mà non mi contento ancora del tutto di queſte rifleſſioni, ne ſi può dir tutto in vn fiato, & ne dà la ragione S. Tomaſo 1. 2. qu. 113. art. 7. in reſpontione ad 5. Perche mens humana, exempli gratia, *e ſà molto all'intento della materia preſente*, quæ iuſtificatur, ſecundum ſe quidem eſt ſupra tempus, ſed per accidens ſubditur tempori, in quantum ſcilicet intelligit cum continuo, & tempore ſecundum phantaſmata, in quibus ſpecies intelligibiles conſiderat; & ideò iudicandum eſt ſecundum hoc de eius mutatione ſecundum conditionem motuum temporalium.

Veniamo dunque ad vn' altra conſideratione della noſtra giuſtificatione, che ci può anche conſolar in eſtremo, e farci ſtar ſaldi in eſſa, che è l'honore, che il Signor Iddio ci fa di hauer parte in quella, non oſtante che lui ſia l'offeſo; Poiche come inſegna il S. Maeſtro quæſt. 28. de Veritate *art. 2. in corp. art.* Offenſa, quæ ex peccato ſequitur, ſine gratia aboleri non poteſt, ſiue accipiatur offenſa ex parte hominis, in quantum homo peccando Deum offendit, ſiue ex parte Dei, ſecundum quod pecca-

catori est offensus, secundum illud *Psalm.* 5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Quicumque enim aliquam rem digniorem indigniori postponit, iniuriam ei facit; & tanto amplius, quanto res est dignior. Quicumque autem in re temporali finem sibi constituit, quod facit omnis mortaliter peccans, ex hoc ipso quantum ad affectum suum præponit creaturam Creatori, diligens plus creaturam, quam Creatorem. Finis enim est, quod maxime diligitur. Cum ergo Deus creaturam in infinitum excedat, erit peccantis mortaliter contra Deum infinita offensa ex parte dignitatis eius, cui per peccatum quodammodo iniuria fit, dum ipse Deus contemnitur, & eius præceptum. Vnde ad hanc offensam abolendam non sufficiunt vires humanæ, sed requiritur munus diuinæ gratiæ.

E cosi al dishonore, che noi gli facciamo egli oppone il suo honore, e ci porge la mano per riunirci in amicitia seco 1. 2. *qu.* 113. *art.* 3. Iustificatio impij fit Deo mouente hominem ad iustitiam. Ipse enim est, qui iustificat impium, vt dicitur *Rom.* 3. Deus autem mouet omnia secundum modum vniuscuiusque; sicut in naturalibus videmus, quod aliter mouentur ab ipso grauia, & aliter leuia, propter diuersam naturam vtriusque. Homo autem secundum propriam naturam habet, quod sit liberi arbitrij. Et ideo in eo, qui habet vsum liberi arbitrij, non fit motio à Deo ad iustitiam absque motu liberi arbitrij: sed ita infundit donum gratiæ iustificantis, quod etiam simul cum hoc mouet liberum arbitrium ad donum gratiæ aceeptandum in his, qui sunt huius motionis capaces.

Siche Dio è il primo a farci questi honore, e se andiamo da lui, e ritorniamo alla sua amicitia tutto l'habbiamo da esso 1. 2. *q.* 112. *art.* 2. *ad* 3. Agens infinitæ virtutis non exigit materiam, vel dispositionem, quasi præsupposita ex alterius causæ actione: sed tamen oportet, quod secundum conditionem rei causandæ, in ipsa re causet & materiam, & dispositionem debitam ad formam. Et similiter ad hoc, quod Deus gratiam infundat animæ nulla præparatio exigitur, quam ipse non faciat.

Siche per ogni verso che l'anima si conuerte à Dio tutto l'hà da riconoscer da Dio si come parimente lo afferma il S. D. 1. *p. quæst.* 67. *art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quod quilibet motus voluntatis in Deum potest dici conuersio in ipsum. Et ideo triplex est conuersio in Deum. Vna quidem per dilectionem perfectam, quæ est creaturæ iam Deo fruentis; & ad hanc conuersionem requiritur gratia consummata. Alia conuersio est, quæ est meritum beatitudinis, & ad hanc requiritur habitualis gratia, quæ est merendi principium. Tertia conuersio est,

ſio eſt, per quam aliquis præparat ſe ad gratiam habendam, & ad hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, ſed operatio Dei ad ſe animam conuertentis, ſecundum illud *Thren vlt.* Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.

E cosi conclude 1. 2. *qu.* 114. *art.* 2. Quod quæcumque præparatio in homine eſſe poteſt, eſt ex auxilio Dei animam mouentis ad bonum. Et ſecundum hoc ipſe bonus motus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad donum gratiæ ſuſcipiendum, eſt actus liberi arbitrij moti à Deo.

Et in riſpoſta ad 2. ſoggionge: Quod cum homo ad gratiam ſe præparare non poſſit, niſi à Deo eum præueniente, & mouente ad bonum, non refert, vtrum ſubitò, vel paulatim aliquis ad perfectam præparationem perueniat. *Sia chi ſi voglia quæſt.* 109. *art.* 1. *in corp. doue cosi dice:* Quantumcumque natura aliqua corporalis, vel ſpiritualis ponatur perfecta, non poteſt in ſuum actum procedere, niſi moueatur à Deo.

Concorda con queſta dottrina S. Gregorio Homil. 13. *in Euang. doue dice:* Qui mente integra Deum deſiderat, profectò iam habet quem amat; quia non poſſet Deum diligere, ſi eum quem diligit non haberet.

E S. Agoſtino traſt. 74. *in Ioan.* Quomodo diligimus, vt Spiritum Sanctum accipiamus, quem niſi habeamus, diligere non valemus?

E doppo Quomodo igitur diligebant, niſi in Spiritu Sancto? Et tamen eis prius imperatur, vt diligant eum, & eius mandata conſeruent, vt accipiant Spiritum Sanctum, quem niſi haberent, profectò diligere non poſſent.

Sicome dice 3. p. quæſt. 9. art. 3. ad 2. Per calorem diſponitur materia ad ſuſcipiendum formam ignis; qua tamen adueniente, calor non ceſſat, ſed remanet quaſi quidam effectus talis formæ.

E dunque il Spirito Santo il primo à darci i ſuoi doni, il primo à promouere la noſtra giuſtificatione in 1. *diſt.* 14. *qu.* 2. *art.* 1. ad vltimum. Dicendum, quod ordo aliquorum ſecundum naturam poteſt dupliciter conſiderari. Aut ex parte recipientis, vel materiæ; & ſic diſpoſitio eſt prior, quam id ad quod diſponit: & ſic per prius recipimus dona Spiritus Sancti, quam ipſum Spiritum, quia per ipſa dona recepta Spiritui Sancto aſſimilamur. Aut ex parte agentis, & finis: Et ſic quod propinquius erit fini, & agenti, dicitur eſſe prius: & ita per prius recipimus Spiritum Sanctum, quam dona eius: quia & Filius per amorem ſuum alia nobis donauit: & hoc eſt ſimpliciter eſſe prius.

Hor chi non amira cosi gran bontà di Dio di volerci tanto vicini à lui? Quando ó Creator, & Domine mi, tantam dignitatem promerui? adeo vt multos circuitus, flexus, & reflexus feciſſe videaris, quæritans, quomodo te nobis reddere poſſes viciniorem *eſclama la noſtra Serafica Madre* de via perfectionis *cap. vij.* Miſericordia tua faciat, ne noſtra nos culpa id amittamus.

E S. Tomaſo lib. 3. contra Gent. cap. 158. Oportet autem eum, qui de peccato reſurgit, non ſolum deteſtari peccatum præteritum, ſed etiam vitare futurum. Vnde homini reſurgenti à peccato hoc maximè neceſſarium eſt; vt ſtatum gratiæ, & Dei amorem diligenter conſeruet, quem negligenter per peccatum amiſit.

Et 1. 2. *quæſt.* 113. *art.* 5. Dicendum, quod ad eandem virtutem pertinet proſequi vnum oppoſitorum, & refugere aliud; & ideo ſicut ad Charitatem pertinet diligere Deum, ita etiam deteſtari peccata, per quæ Anima ſeparatur à Deo.

Et infra art. 7. ad 1. Motus liberi arbitrij, qui concurrit ad iuſtificationem impij, eſt conſenſus ad deteſtandum peccatum: qui quidem conſenſus ſubitò fit.

Et aſſegna la ragione iui in riſpoſta ad 4. Quia in eodem inſtanti, in quo forma acquiritur incipit res operari ſecundum formam. Sicut ignis ſtatim cum eſt generatus, mouetur ſurſum; & ſi motus eius eſſet inſtantaneus, in eodem inſtanti compleretur. Motus autem liberi arbitrij, qui eſt velle, non eſt ſucceſſiuus, ſed inſtantaneus. & ideò non oportet, quod iuſtificatio impij ſit ſucceſſiua.

Mi diranno ſempre vi è tempo di ritornar à Dio. A queſto Punto ſi riſponderà nella

SECONDA PARTE.

E prima ſuppongo l'auiſo, che dà l'Angelico lib. 1. *contra Gent. c.* 5. Videtur autem quibuſdam fortaſſe non debere homini ad credendum proponi illa, quæ ratione inueſtigare non ſufficit, cum diuina Sapientia vnicuique ſecundum modum ſuæ naturæ prouideat. Et ideò demonſtrandum eſt, quod neceſſarium ſit homini diuinitus credenda proponi, etiam illa, quæ rationem excedunt. Nullus enim deſiderio, & ſtudio in aliquid tendit, niſi ſit ei præcognitum: Quia ergo ad altius bonum, quàm experiri in hac vita poſſit humana fragilitas, homines per diuinam prouidentiam ordinantur, oportuit mentem euocari in aliquid altius, quàm ratio noſtra in præſenti poſſit perſtringere, vt ſic diſceret aliquid deſiderare, & ſtudio tendere in aliquid, quod totum ſtatum præſentis vitæ excedit.

dit. Et hoc præcipuè Christianæ Religioni competit, quæ singulariter bona spiritualia, & æterna promittit: vnde & in ea plurima humanum sensum excedentia proponuntur.

E non sarebbe virtù dice la N. S. Madre Vita lib. iv. cap. 16. il non volerli intendere, vnde dice iui il Scrittore della vita di essa: Illam improbabat humilitatem, quæ donorum à Deo in dies receptorum cognitionem nobis aufert. Salutare quippe est eadem cognouisse, simul etiam agnoscere, ea nos minimè promeruisse: Si enim dona hæc non agnoscantur, semper anima ad quid heroicum aggrediendum iners, & torpida erit. Illam quoque vituperabat humilitatem, quæ ab orationis nos studio auocaret, qua ficta quadam specie indignos nos dicamus esse, qui coram Dei præsentia versemur, vti & illam, quæ animam in bonorum operum faciat exercitio languere, vel turbet. Vnde ipsa, vt quæ miram horum omnium experientiam habebat, esse & falsas quasdam humilitates eruebat, quæ facilè hominem in fraudem pellicere possent, & ab his sibi vt cauerent, nunquam non suas hortabatur.

A noi adesso. Quelli, che hanno riceuuto vn cosi alto beneficio della giustificatione, e liberatione de peccati; Che cosa deuono pensare?

Respondè S. Agostino lib. de correctione, & gratia *cap.* 12. liberati enim à peccato: serui facti sunt iustitiæ, in qua stabunt vsque in finem, donante illo perseuerantiam, qui eos præsciuit, & prædestinauit, & secundum propositum vocauit, & iustificauit, & glorificauit.

Dirai la Predestinatione dipende da me come causa seconda, donque ogni volta ch io voglio posso ritornar ad essa, & à Dio. Mettiamo l'argomento in forma come l'apporta S. Tomaso quæst. 6. de Verit. art. 4. Omnis certitudo, quæ est cum suppositione alicuius, non est certitudo absoluta, sed conditionalis, sicut non est certum, si Sol causet fructum in planta, nisi cum hac conditione, si virtus generatiua in planta fuerit benè disposita propter hoc quod dispositio Solis ad effectum prædictum, præsupponit virtutem plantæ, quasi causam secundam. Si igitur certitudo Prædestinationis sit cum præsuppositione secundæ causæ, non est certitudo absoluta, sed conditionalis tantum: Sicut in me est certitudò quod Socrates monetur, si currit, & quod ille saluabitur, si præparabit se: & ita non est in diuina Prædestinatione alia certitudo de saluandis, quàm in me, quod est absurdum.

Risponde. Ad quartum dicendum, quod causa secunda, quam oportet supponere ad inducendum Prædestinationis effectum, etiam ordini prædestinationis subiacet: non autem est ita in virtutibus

infe

inferioribus reſpectu virtutis alicuius ſuperioris agentis: Et ideò ordo diuinæ prædeſtinationis, quamuis ſit cum ſuppoſitione voluntatis humanæ, nihilominus tamen abſolutam habet certitudinem, etſi in exemplo inducto contrarium appareat.

La qual certezza non conſiſte nel libero arbitrio, mà in Dio dice il S. D. de prædeſt. 1. quæſt. 23. art. 2. doue tratta eſpreſſamente: vtrum Prædeſtinatio aliquid ponat in prædeſtinato. *E dice*: Dicendum, quòd prædeſtinatio non eſt aliquid in prædeſtinatis, ſed in prædeſtinante tantùm.

Et in riſpoſta al 3. cosi dice: Duplex eſt præparatio, quædam patientis, vt patiatur: & hæc præparatio eſt in præparato. Quædam alia eſt agentis, vt agat: & hæc eſt in agente, & talis præparatio eſt prædeſtinatio, prout aliquod agens per intellectum dicitur ſe præparare ad agendum, in quantum præconcipit rationem operis fiendi. Et ſic Deus ab æterno ſe præparauit prædeſtinando, concipiens rationem ordinis aliquorum in ſalutem.

Nel che concorda S. Agoſtino lib. 2. de dono perſeuerantiæ *cosi dicendo*: *Che* Prædeſtinatio eſt præſcientia beneficiorum Dei: Sed præſcientia, *ripiglia il S. D. iui nel cittato Artic.* non eſt in præſcitis, ſed in præſciente: Ergo nec prædeſtinatio eſt in prædeſtinatis, ſed in prædeſtinante.

E nel corpo dell' articolo: Dictum eſt enim quod Prædeſtinatio eſt quædam pars prouidentiæ. Prouidentia autem non eſt in rebus prouiſis, vt ſupra dictum eſt. Vnde manifeſtum eſt, quòd prædeſtinatio eſt quædam ratio ordinis aliquorum in ſalutem æternam in mente diuina exiſtens.

Dunque niuno può dire che ſtia nel ſuo libero arbitrio.

Et quæſt. 6. de Verit. art. 1. Deſtinatio, vnde nomen prædeſtinationis aſſumitur, importat directionem alicuius in finem. Vnde aliquis dicitur nuntium deſtinare, qui eum dirigit ad aliquid faciendum.

Et in 1. diſt. 40. *quæſt.* 2. *art.* 1. Illud autem propriè dicitur dirigi in aliquid quod non habet in ſe, vnde in illud vadat: & ideo propriè in illa dicitur prædeſtinatio, quæ homo ex naturalibus ſuis conſequi non poteſt, ſcilicet gratiam, & gloriam.

All' huomo dunque ſolo appartiene il riceuer da Dio la ſua predeſtinatione, e l'eſſecutione p. p. qu. 23. *art.* 2. Executio prouidentiæ, quæ gubernatio dicitur, paſſiuè quidem eſt in gubernatis, actiuè autem eſt in gubernante. Vnde manifeſtum eſt, quod Prædeſtinatio eſt quædam ratio ordinis aliquorum in ſalutem æternam in mente diuina exiſtens: executio autem huius ordinis, eſt paſſiuè quidem in prædeſti-

deſtinatis, actiuè autem eſt in Deo.

E ſe mancano da queſta eſſecutione ſi può temere che ſemplicemente, ò aſſolutamente non ſiano predeſtinati, perche come dice S. Tomaſo P. p. quæſt. 24. art. 2. ad 2. Vita gratiæ non habet rationem finis, ſed rationem eius, quod eſt ad finem. Vnde ad vitam gratiæ non dicitur aliquis eligi, niſi in quantum vita gratiæ ordinatur ad gloriam. Et propter hoc, illi qui habent gratiam, & excidunt à gloria, non dicuntur eſſe electi ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. Et ſimiliter non dicuntur eſſe ſcripti in libro vitæ, ſed ſecundùm quid, prout ſcilicet de eis in ordinatione, & notitia diuina exiſtit, quod ſint habituri aliquem ordinem ad vitam æternam ſecundùm participationem gratiæ.

Ilche non conſola perche come dice in corpore Articuli: liber vitæ importat conſcriptionem quandam, ſiue notitiam electorum ad vitam. Eligit autem aliquis ad id, quod non competit ſibi ſecundùm ſuam naturam. Et iterum id ad quod eligitur aliquis habet rationem finis, non enim miles eligitur, aut conſcribitur ad hoc quòd armetur: ſed ad hoc quòd pugnet, hoc enim eſt proprium officium, ad quod militia ordinatur. Finis autem ſupra naturam exiſtens, eſt vita gloriæ, vt ſupra dictum eſt. Vnde propriè liber vitæ reſpicit vitam gloriæ.

E così liber vitæ non ſolum eſt ſignum eorum, qui ſunt perducendi ad vitam æternam *dice iui art. 1. in corp. mà ancora* eſt ſignum eorum quæ fienda ſunt. *E così chi penſa di eſſer ſaluo non deue tralaſciar i mezzi ordinati dalla volontà diuina, ne ritardarli, mà ſeguitarli à tempo, e luogo 2. contra Gent. cap. 32. doue così diſcorre:* Ex quo etiam patet quod etſi Deus ſit ſufficiens cauſa productionis rerum in eſſe, non tamen oportet vt eius effectus æternus ponatur eo exiſtente æterno, vt tertia ratio concludebat: poſita enim cauſa ſufficiente, ponitur eius effectus, non autem effectus extraneus à cauſa. Hoc enim eſſet ex inſufficientia cauſæ, ac ſi calidum non calefaceret. Proprius autem effectus voluntatis eſt, vt ſit hoc, quod voluntas vult. Si autem aliquid aliud eſſet, quàm voluntas velit non poneretur effectus proprius cauſæ, ſed alienus ab ea. Voluntas autem, ſicut dictum eſt, ſicut vult hoc eſſe tale, ita vult hoc eſſe tunc. Vnde oportet ad hoc vt voluntas ſit ſufficiens cauſa, quòd effectus ſit quando voluntas eſt vt ſit, & quando voluntas effectum eſſe diſpoſuit. In his autem quæ à cauſa naturaliter agente procedunt, ſecus eſt: quia actio naturæ eſt ſecundùm quòd ipſa eſt. Vnde ad eſſe cauſæ ſequi oportet effectum. Voluntas autem agit non ſecundùm modum ſui eſſe, ſed ſecundùm modum ſui propoſiti: Et ideò ſicut effectus naturalis agentis, ſequitur eſſe agentis, ſi ſit ſufficiens, ita effectus agentis per

volun-

voluntatem ſequitur modum propoſiti. Ex his etiam patet quòd diuinæ voluntatis non retardatur effectus, quamuis non ſemper fuerit voluntate de eo exiſtente, vt quarta ratio proponebat. Nam ſub voluntate diuina cadit non ſolum quod eius effectus ſit, ſed quod tunc ſit. Hoc igitur volitum, quod eſt tunc creaturam eſſe, non retardatur, quia tunc incepit creatura eſſe quando Deus ab æterno diſpoſuit.

Cosi paſſa nel noſtro caſo della Predeſtinatione dice S. Paulo Rom. 8. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit, quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, & illos glorificauit. *Doue S. Tomaſo lect. 6. così ſoggionge*: Vnde tertio ponit magnificationem, cum ſubdit, hos & magnificauit. Et hoc dupliciter, ſcilicet vno quidem modo per profectum Virtutis, & gratiæ. Alio autem modo per exaltationem gloriæ. Ponit autem præteritum pro futuro, ſi intelligatur de magnificatione gloriæ, vel propter certidinem futuri, vel quia quod in quibuſdam eſt futurum, in alijs eſt completum.

Deuono dunque andar inſieme tutti queſti atti ſe vogliamo hauer capara di noſtra ſalute 1. *p. q.* 23. *art.* 5. *doue così dice il S. M.* Non eſt autem diſtinctum quod eſt ex libro arbitrio, & ex prædeſtinatione, ſicut nec eſt diſtinctum quod eſt ex cauſa ſecunda, & cauſa prima: Diuina enim prouidentia producit effectus per operationes Cauſarum ſecundarum, vt ſupra dictum eſt. Vnde & id quod eſt per liberum arbitrium eſt ex prædeſtinatione.

Et de Veritate *quæſt. 6. art.* 2. *ad* 11. Quamuis Deus nulli volenti accipere gratiam eam deneget, ſed hoc ipſum quod eſt velle accipere gratiam eſt nobis ex prædeſtinatione diuina.

In ſomma il perder la gratia, & ricadere nelli peccati ſempre è più toſto ſegno di reprobatione, che di predeſtinatione ibi. 1. *p. qu.* 23. *art.* 3. Sicut enim Prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam, pro culpa.

La quale però come ſoggionge iui ad 2. Prouenit ex libero arbitrio eius qui reprobatur, & à gratia deſeritur. Et ſecundum hoc verificatur dictum Prophætæ, ſcilicet, Perditio tua Iſrael ex te.

Et Apoc. 11. Iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua *doue Ruperto*: Hic eſt ordo iuſtitiæ diuinæ vt nulli iraſcatur, & velit punire niſi prius fuerit iratus contra Deum, peccando contra illum. *Oſeæ* 13. Occurram eis quaſi Vrſa raptis catulis, & diſrumpam interiora iecoris eorum. *E già ſi sà che l'Orſa non ſi ſdegna ſe non è prouocata.*

E vi aggionge anche S. Tomaſo la ſua autorità ſuper Epiſtolam *ad Rom. cap.* 9. *lect.* 2. *con queſte parole*: Præ ſcientia peccatorum poteſt eſſe ali-

qua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis, in quantum ſcilicet Deus proponit ſe puniturum malos propter peccata: quæ à ſeipſis habent.

E però concludo con S. Bernardo ſermone in illud Sapientiæ 10. iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. *Chi vuol viuere contento in queſto Mondo, & allegro ſi ſtia ſaldo nella ſua giuſtificatione acquiſtata, ò nel Batteſimo, ò nelli altri Sacramenti*: Regnum Dei conceditur, promittitur, oſtenditur, percipitur: conceditur in prædeſtinatione: promittitur in vocatione: oſtenditur in iuſtificatione: in glorificatione percipitur. Vnde eſt illud: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum Dei. Sic enim ait Apoſtolus: quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, illos & iuſtificauit, quos autem & iuſtificauit, illos & magnificauit. In prædeſtinatione eſt gratia, in vocatione potentia, in iuſtificatione lætitia, in magnificatione eſt gloria.

Dirà vno: *Sap.* 11. *ſi lege pure*: Miſereris omnium Domine, *& ad Rom.* 11. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. *Riſponde S. Tomáſo lect.* 4. *che ciò* non eſt extendendum ad omnes homines ſigillatim, ſed ad omnia genera hominum: fit enim hic diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generũ.

Et 1. 2. *quæſt.* 79. *art.* 4. Dicendum, quòd excæcatio eſt quoddam præambulum ad peccatum: peccatum autem ad duo ordinatur. Ad vnum quidem per ſe, ſcilicet ad damnationem: ad aliud autem ex diuina miſericordia, vel prouidentia, ſcilicet ad ſanationem, in quantum Deus permittit aliquos cadere in peccatum, vt peccatum ſuum agnoſcentes humilientur, & conuertantur. Sicut *Auguſtinus dicit in lib.* de natura, & gratia. Vnde & excæcatio ex ſui natura ordinatur ad damnationem eius, qui excæcatur: propter quod ponitur etiam reprobationis effectus: ſed ex diuina miſericordia excæcatio ad tempus, ordinatur medicinaliter ad ſalutem eorum, qui excæcantur, ſed hæc miſericordia non omnibus impenditur excæcatis, ſed prædeſtinatis ſolum, quibus omnia cooperantur in bonum, ſicut dicitur *Rom.* 8.

Doue S. Agoſtino tom. 7. de correctione, & gratia *cap.* 9. Talibus Deus diligentibus omnia cooperatur in bonum, vt etiamſi qui eorum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ipſum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores.

Mà dice l'Angelico in 2. *diſt.* 42. *q.* 1. *art.* 2. *Sarebbono queſti tali più dotti, e più allegri ſe non foſſero ricaduti, perche ſebene* denuò infuſa gratia, ceſſat gratiæ priuatio: ſed adhuc tamen aliquis reatus manet, quo homo ad pœnam ſaltem temporalem obligatur, vt ſic iuſtitiæ ſeruetur æqualitas. *E però ogn'vno penſi a caſi ſuoi.*

DO-

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur. *Matthæi 7.*

Tomaſo 1. p. quæſt. 111. art. 1. ad 1. dice che ad fidem duo concurrunt. Primò quidem habitus intellectus quo diſponitur ad obediendum voluntati tendenti in diuinam veritatem, intellectus enim aſſentit veritati fidei non quaſi conuictus ratione, ſed quaſi imperatus à voluntate. Nullus enim credit niſi volens, *vt Auguſt. dicit*. Et quantùm ad hoc, Fides eſt à ſolo Deo. Secundò, requiritur ad Fidem, quòd credibilia proponantur credenti, & hoc quidem fit per hominem, ſecundùm quòd fides eſt ex auditu, vt dicitur *Rom. 10. Et aſſegna di ciò la ſua ragione iui quæſt. 103. art. 6. in corp. Perche il Signor Iddio admetti vn huomo in ſua compagnia, perche dice:* maior perfectio eſt, quod aliquid in ſe ſit bonum, & etiam ſit alijs cauſa bonitatis, quàm ſi eſſet ſolum modo in ſe bonum. Et ideo ſic Deus gubernat res, vt quaſdam aliarum in gubernando cauſas inſtituat. Sicut ſi aliquis Magiſter, diſcipulos ſuos, non ſolum ſcientes faceret, ſed etiam aliorum Doctores. Et ad 2. Dicendum, quòd ſi ſolus Deus gubernaret, ſubtraheretur perfectio cauſalitatis à rebus, vnde non totum melius fieret per vnum, quod fit per multa. Et ad 3. Dicendum, quòd non ſolum pertinet ad perfectionem Regis terreni quod executorem habeat ſuæ gubernationis, ſed etiam ad Regis dignitatem, quia ordine miniſtrorum poteſtas Regis præclarior redditur. *E vero che ſul bel principio del Mondo dice il S. D. 2. 2. quæſt. 5. de Fide art. 1. ad 3.* Quod in ſtatu primæ conditionis non erat auditus ab homine exterius loquente, ſed à Deo interius inſpirante: Sicut & Prophetæ audiebant, ſecundùm illud *Pſalm.* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; *Mà hora ſoggionge iui quæſt. 180. art. 3. ad 4.* Homo ad cognitionem veritatis pertingit dupliciter. Vno modo per proprium ſtudium, alio modo per ea, quæ ab alio accipit. Et ſic quidem quantum ad ea, quæ homo à Deo accipit, neceſſaria eſt oratio ſecundum illud *Sap. 7.* Inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Quantum verò ad ea, quæ accipit ab homine, neceſſarius eſt auditus ſecundum quod accipit ex voce loquentis: *Mà tanto vale come ſe aſcoltaſſero l'iſteſſo Iddio iui q. 2. art. 6. ad 3.* Dicendum, quod minores non habent fidem implicitam in fide maiorum, niſi quatenus maiores adhærent doctrinæ diuinæ. *Hora dunque che coſa c'inſegnano li Sacri eſpoſitori ſopra il cittato Teſto* Omnis arbor &c. *mediante la loro grata attentione hauranno l'inten-*

to di ſaperlo con non poca conſolatione, e profitto. Attenti dunque, e comincio.

E prima per captiuar in queſto diſcorſo la debita attentione: è certo dice S. Tomaſo che ſenza qualche ſpecie impreſſa nella noſtra mente, reſtiamo all'oſcuro, & ignoranti. Quia nulla conceptio mentis fit ſine illis. Et iudicium humanæ mentis fit ſecundùm vim intellectualis luminis. *Che però nota beniſſimo il S. D. ſopra quel teſto dell' Apocaliſſe c. 10. n. 9. done dice S. Giouanni:* Et abij ad Angelum, dicens ei vt daret mihi librum: & dixit mihi, accipe librum, & deuora illum & faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel, quòd tria ſunt propoſita, ſcilicet, vade, accipe, & deuora: Vade per deſideria, & vitæ profectum. Accipe ſcripturæ intellectum. Deuora per ſcitientē affectum: deuorare enim librum, eſt in mente auidè amplexari, ad conſiderandum deuotè, & implendum in re: Vel deuora, ideſt cum affectu pertracta maſticando per inquiſitionē, & ſic transglutiendo, vt nutriaris, quia illud, quod deuoratur comeditur &c.

Hora dunque veniamo al noſtro libro dell'Euangelio, & in particolare al tema propoſto: Omnis arbor &c. *Vgone Cardinale qui dice che queſte parole ſono dette da Chriſto Signor N. contro li otioſi* qui ſeneſcunt, & vagantur per campos licentiæ, & nihil acquirunt ſibi vtile. De talibus dicitur *Ierem.* 22. Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur *Eccl.* 33. Multam enim malitiam docuit otioſitas. *Et Prouerb.* 24. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, quæ ſunt herbæ ſteriles, & nociuæ. *Vuole dunque Iddio che non ſiamo otioſi, e negligenti in queſto mondo, mà ſolleciti, e riſuegliati in operar bene, e virtuoſamente à tempo, e luogo in ordine all' acquiſto della Gloria ſotto pena di eſſerne eternamente eſcluſi, che è il maggior male del mondo, ſi come lo dice qui parimente S. Giouanni Criſoſtomo portato dall' Angelico:* Si quis autem diligenter inueſtigabit, duæ pœnæ ſunt, & excidi, & comburi, qui enim comburitur, & à Regno excidetur omninò, quæ pœna difficilior eſt: Multi autem ſolùm gehennam abhorrent: Ego autem caſum illius gloriæ multò amariorem pœnam, quam ipſius gehennæ ſupplicium eſſe dico. Quod enim parum, vel magnum malum non ſuſciperet Pater, vt videat, & potiatur dulciſſimo filio? Hoc itaque in gloria illa putemus: Non enim aliquis filius ita ſuauis eſt Patri, vt illorum bonorum requies, & diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Intolerabilis quidem pœna eſt, & gehenna; ſed ſi quis decem mille ponat gehennas, nihil tale dicit, quale eſt à beata gloria illa excidere, & odio haberi à Chriſto.

Per non incorrer dunque in tanto gran male ſtiamo ſul caſo di euitar ogni negligenza nell' opere buone. E prendiamone anche le ſue proprie ragioni conforme al ſolito da S. Tomaſo, la cui eloquenza fù ſempre accompagnata con

gran ſapienza, e per conſeguenza molto profitteuole a ſuoi ſeguaci; che però laſciò ſcritto Tullio nel prologo della ſua Rettorica: Me quidem diù cogitantem ratio ipſa in hanc potiſſimum ſententiam ducit, vt exiſtimem Sapientiam ſine eloquentia parum prodeſſe Ciuitatibus: eloquentiam verò ſine Sapientia nimium obeſſe, plurimumque nocuiſſe, prodeſſe nunquam. *Et il far profitto ſoggionge l'Angelico mediante il ſapere conſiſte nel buon'ordine della Dottrina lib. 1. c. Gent. cap. 1. doue dice cosi:* Multitudinis vſus quem in rebus nominandis ſequendum Philoſophus cenſet, communiter obtinuit, vt Sapientes dicantur, qui res directè ordinant, & eas benè gubernant. Vnde inter alia, quæ homines de ſapiente concipiunt à Philoſopho ponitur quòd ſapientis eſt ordinare. Omnium autem ordinandorum ad finem gubernationis, & ordinis regulam ex fine ſumi neceſſe eſt.

Se dunque il fine delle buone opere è cosi ſublime ecco dice il S. D. le mie ragioni di eſſer anzi diligentiſſimi, e ſolleciti di operar ſempre meglio per non perderlo, mà ſicuramente acquiſtarlo.

E ſia la prima che alla viſta, ò ſia conſideratione di quel ſommo bene, che ſperiamo dobbiamo ſcuoter da noi ogni negligenza, e triſtezza 2.2.q. 20.art. 4.ad 3. Dicendum, quod ipſa etiam negligentia conſiderandi diuina beneficia ex acedia prouenit: Homo enim affectus aliqua paſſione, Præcipuè illa cogitat quæ ad illam pertinent paſſionem: Vnde Homo in triſtitijs conſtitutus, non de facili aliqua magna, & iucunda cogitat, ſed ſolum triſtitia, niſi per magnum conatum ſe auertat à triſtibus. *Che però ſoggionge il S. M. 1. 2. q. 95. a. 3.* Præcipit autem lex & ea agere, quæ ad virum pertinent fortem, vt non deſerere locum in acie, non fugere, non abijcere arma &c.

Il che deue tanto più fare, e ſforzarſi ſe non vuol anche cadere nella totale diſperatione iui art. 3. Dicendum quod peccata, quæ opponuntur Virtutibus Theologicis, ſunt ſecundùm ſuum genus grauiora peccatis alijs; Cum enim Virtutes Theologicæ habeant Deum pro obiecto, peccata eis oppoſita important directè, & principaliter auerſionem à Deo: in quolibet autem peccato mortali principalis ratio mali, & grauitas eſt ex hoc quod auertit ſe à Deo; Si enim poſſit eſſe conuerſio ad bonum commutabile ſine auerſione à Deo quamuis eſſet inordinata, non eſſet peccatum mortale: Et ideo illud, quod primò, & per ſe habet auerſionem à Deo, eſt grauiſſimum peccatum inter peccata mortalia: Virtutibus autem Theologicis opponuntur infidelitas, deſperatio, & odium Dei, inter quæ odium, & infidelitas, ſi deſperationi comparentur, inuenientur ſecundùm ſe quidem, ideſt ſecundùm rationem propriæ ſpeciei grauiora; Infidelitas enim prouenit ex hoc quod Homo ipſam Dei veritatem non credit, odium verò Dei prouenit ex hoc, quòd voluntas Hominis ipſi diuinæ

bonitati contrariatur, desperatio autem ex hoc, quod Homo non sperat bonitatem Dei participare; Ex quo patet, quod infidelitas, & odium Dei sunt contra Deum secundùm quod in se est, desperatio autem secundùm quod eius bonum participatur à nobis; Vnde maius peccatum est secundùm se loquendo non credere Dei veritatem, vel odire Deum, quam non sperare consequi gloriam ab ipso.

Sed si comparetur desperatio ad alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior, quia per spem reuocamur à malis, & inducimur ad bona prosequenda; Et ideò sublata spe irrefrenatè Homines labuntur in vitia, & à bonis operibus retrahuntur. Vnde super illud Prouerb. 24. Si desperauerit lapsus in die angustiæ, minuetur fortitudo sua, dicit Glossa, Nihil est execrabilius desperatione; quam qui habet, & in generalibus huius vitæ laboribus, & (quod peius est) in fidei certamine constantiam perdit. *Et Isid. dicit in lib de Summo bono*, Perpetrare flagitium aliquod mors animæ est, sed desperare, est descendere in infernum.

Ma questa disperatione si rimedia col buon'habito delli atti virtuosi che tengono l'anima salda, e risuegliata in ogni caso, poiche come pure dice Christo nel capo istesso di questo Euangelio Non potest arbor bona malos fructus facere, *& indi soggionge, e conclude*: Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur Viro sapienti, qui edificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui edificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.

Importa dunque molto far vn buon habito nelle Virtù, e scacciar la negligenza, se speriamo la salute, e non dobbiamo contentarci delli habiti infusi perche questi soli non superano le difficoltà come dice S. Tomaso 1.2. q. 65. art. 3. ad 2. Habitus moralium virtutum infusarum patiuntur interdùm difficultatem in operando, propter aliquas dispositiones contrarias ex præcedentibus actibus relictas: Quæ quidem difficultas non ita accidit in Virtutibus moralibus acquisitis, quia per exercitium actuum quo acquiruntur, tolluntur etiam contrariæ dispositiones.

E così dice 3. p. quæst. 85. art. 2. ad 3. Quælibet virtus specialis formaliter expellit habitum vitij oppositi: sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subiecto. *Così dunque la diligenza scaccia la negligenza, la quale dice il S. M. 2. 2. q. 54. art. 3.* Prouenit ex quadam remissione voluntatis, per quam contingit quod ratio non solicitatur, vt præcipiat ea, quæ debet, vel eo modo quo debet.

La-

Laonde ſe bene dice il S. D. Opuſc. 9. qu. 88. & 89. Che Non peccat quicumque cogitans Articulos Fidei non mouetur actu fidei : Et quicumque cogitans Dei bonitatem non mouetur actu charitatis: quia aliquando ſpeculatiuè tantum poteſt aliquis conſiderare, vt in diſputationibus accidit: & tamen non mouetur aliquo actu voluntatis ad id quod ſpeculatur.

Ad ogni modo è certo, che in qualche tempo ſiamo obligati à far li detti atti anche in prattica. Quanto alla fede 2. 2. quæſt. 3. art. 2. ſopra quelle parole dell' Apoſtolo ad Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, *doue dice, che tal confeſſione è neceſſaria* ad ſalutem in aliquo loco, & tempore, Quando ſcilicet per dimiſſionem huius confeſſionis ſubtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda, &c. *E quanto alla Charità 2. 2. quæſt. 89. art. 6. ad 3. doue proua*, quod Præceptum Charitatis obligat ſtatim atque puer incipit habere vſum rationis. *Et in tale conformità Aleſſandro VII. Sommo Pontefice trà le altre Propoſitioni dannate queſta è la prima:* Homo vllo vnquam tempore vitæ ſuæ tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis, ex vi Præceptorum Diuinorum ad eas Virtutes pertinentium. *Et è fondato così ſano ſentimento nella dottrina parimente dell' Angelico 1. 2. quæſt. 55. art. 4. in due parole : Poiche* Finis virtutis cum ſit habitus operatiuus eſt ipſa operatio.

Item 1. 2. quæſt. 114. art. 4. Conſiderandum eſt, quòd vita æterna in Dei fruitione conſiſtit : motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni eſt proprius actus Charitatis, per quam omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem : ſecundum quod aliæ Virtutes imperantur à Charitate : & ideò meritum vitæ æternæ primò pertinet ad Charitatem; ad alias autem Virtutes ſecundariò: ſecundum quod earum actus à Charitate imperantur, &c.

Mà dice quello per quanta diligenza ſi adopri, e per quanti habiti virtuoſi acquiſti vn'huomo mai reſta libero dal fomite del peccato. Riſponde il S. Concilio Trident. ſeſſ. 5. Decreto de peccato originali paragr. 5. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc Sancta Synodus fatetur, & ſentit: quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet; quinimo qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, Sancta Synodus declarat, Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit.

Mi diranno oltre le tentationi, e battaglie cagionate dal fomite vi ſono quelle del Mondo, e del Demonio, come è mai poſſibile di vincerle tutte?

Riſponde S. Tomaſo quæſt. 2. de Verit. art. 10. ad 4. Dicendum, quod perfectio, quæ conuenit alicui rei, ſecundum ſuam ſpeciem, ſecundum quodcumque tempus ei conuenit, ſicut homo quolibet tempore, & qualibet ætate eſt perfectus anima rationali: vnde perfectio Charitatis, quæ eſt ſecundum quodcumque tempus, eſt perfectio quę competit Charitati ſecundum eius ſpeciem. Eſt autem de ratione Charitatis, vt Deus ſuper omnia diligatur, & vt nullum creatum ei præferatur in amore: Vnde cum omnis tentatio ex amore alicuius boni creati proueniat, vel ex timore mali contrarij, quod etiam ex amore deriuatur, ex ſua ſpecie hoc habet Charitas, in quolibet ſtatu, quod cuilibet tentationi reſiſtere poſſit, & etiam habet, quod in peccatum mortale per eam homo non inducatur; non autem quod nullo modo tentatione non afficiatur: Hoc enim pertinet ad perfectionem Patriæ.

Mà mi dirà vno ſe il combattere, è cosi profitteuole, e poſſo ſempre vincere mediante la Virtù della Carità, ſarà dunque lodeuole cercar l'occaſioni delle tentationi?

Riſponde il S. D. 2. Sent. diſt. 21. qu. 1. art. 3. in corp. Dicendum, quod tentatio per ſe ordinata eſt ad hominis perditionem: ad ſalutem verò non ordinatur, niſi per accidens; ſcilicet ex hoc, quòd vincitur per auxilium gratiæ diuinæ: Et ideò tentari ſimpliciter non eſt appetendum; ſed tentari, & vincere ſimul acceptum appetendum eſt: ſed quia propter noſtram fragilitatem victoria nimis dubia eſt: ideò ſecurius fugitur, quàm quæratur.

Mi diranno, e perche dunque il Signor'Iddio permette tante tentationi, e maſſime nei più Santi, e Virtuoſi?

Riſponde parimente il S. D. 2. ad Cor. 12. Lect. 2. Quia in bonis eſt maximè materia huius vitij, ſcilicet Superbiæ, quia eius materia eſt bonum, permittit Deus aliquando Electos ſuos impediri ex aliqua ſui parte, vt per infirmitatem, vel per aliquem defectum, & aliquando etiam per peccatum mortale ab huiuſmodi bono; vt ſic ex hac parte humilientur, quod ex illa non ſuperbiant, & homo ſic humiliatus recognoſcat ſe ſuis viribus ſtare non poſſe. Vnde dicitur *Rom. 9.* Diligentibus Deum, &c. Non quidem ex eorum peccato, ſed ex ordinatione Dei. Quia igitur Apoſtolus magnam habebat ſuperbiendi materiam, & quantum ad ſpecialem electionem qua à Domino electus eſt. *Act. 9.* Vas electionis eſt, &c. Et quantum ad

Secre-

Secretorum Dei cognitionem, quia dicit ſe raptum in tertium Cœlum, & in Paradiſum vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui: & quantum ad malorum perpeſſionem: in carceribus plurimis, in infirmitatibus, ter virgis cæſus ſum, &c. &c. 2. *ad Cor.* 11. Et quantum ad Virginalem integritatem: Volo omnes eſſe ſicut, & ego 1. *Cor.* 7. Et quantum ad bonorum operationem, quia ſupra plus omnibus laboraui. Et ſpecialiter quantum ad maximam ſcientiam emicuit, quæ ſpecialiter inflat: Ideo Dominus adhibuit ei remedium, ne in ſuperbiam extolleretur. Et hoc eſt, quod dicit, & ne magnitudo reuelationis mihi factæ extollat me, in ſuperbiam *Eccieſ.* 6. Non te extollas in cognitione animæ tuæ, velut taurus, &c. *Pſal.* 87 Exaltatus autem humiliatus ſum, &c. Et dicit, vt oſtendat ſibi factas fuiſſe reuelationes prædictas, datus eſt mihi, ideſt ad meam vtilitatem, & humiliationem. *Ioh* 30. Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens, &c. Datus eſt, inquam, mihi ſtimulus carnis meæ, crucians corpus meum, per infirmitatem corporis, vt anima ſanetur, quia ad literam dicitur, quod fuit vehementer afflictus dolore iliaco. Vel ſtimulus carnis meæ, ideſt concupiſcentiæ ſurgentis ex carne mea, à qua multum infeſtabatur. *Rom.* 7. Non enim quod volo, &c. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, &c. Vnde Auguſt. dicit, quod erant ei motus concupiſcentiæ: quos tamen diuina gratia refrænabat. Iſte, inquam, ſtimulus eſt Angelus Satanæ, ideſt Angelus malignus: eſt autem Angelus à Deo miſſus, ſeu permiſſus, ſed Satanæ: quia Satanæ intentio eſt, vt ſubuertat: Dei verò, vt humiliet, & probatum reddat. Timeat peccator ſi Apoſtolus, & vas electionis ſecurus non erat.

Notate però ſoggionge il S. M. 3. p. qu. 41. *art.* 2. *ad* 2. *due occaſioni, che vi ſono delle tentationi*: Dicendum, quod duplex eſt tentationis occaſio: vna quidem ex parte hominis: puta cum aliquis ſe peccato propinquum facit, occaſiones peccandi non euitans, & talis occaſio tentationis eſt vitanda, ſicut dictum eſt *Loth. Geneſ.* 19. Ne ſteteris in omni regione circa Sodomam. Alia verò tentationis occaſio eſt ex parte Diaboli, qui ſemper inuidet ad meliora tendentibus, vt Ambroſius dicit; & talis tentationis occaſio non eſt vitanda; vnde dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum, quòd non ſolum Chriſtus ductus eſt in deſertum à Spiritu, ſed omnes filij Dei habentes Spiritum Sanctum; non enim ſunt contenti ſedere otioſi, ſed Spiritus Sanctus vrget eos aliquod magnum apprehendere opus, quod eſt eſſe in deſerto quantum ad Diabolum; quia non eſt iniuſtitia, in qua Diabolus delectatur: Omne etiam bonum opus eſt deſertum quantum ad carnem, & mundum, quia non eſt ſecundum voluntatem carnis, & mundi. Ta-

lem autem occaſionem tentationis dare Diabolo non eſt periculoſum, quia maius eſt auxilium Spiritus Sancti, qui eſt perfecti operis auctor, quàm impugnatio Diaboli inuidentis.

E ſe Adamo ſi laſciò vincere dal Demonio fù, dice l'Angelico 1. *p. qu.* 94. *art.* 4. *ad* 5. Quia ad diuinum auxilium recurſum non habuit. *Di cui pur è certo haueua di biſogno ſe bene era in ſtato primo di gratia, come inſegna l'Angelico* 1. 2. *quæſt.* 109. *art.* 9. Ratione generali propter hoc, quòd nulla res creata poteſt in quemcumque actum prodire, niſi virtute motionis diuinæ. *Sicome al preſente* ratione ſpeciali propter conditionem ſtatus naturæ humanæ: quæ quidem licet per gratiam ſanetur quantum ad mentem; manet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam ſeruit legi peccati, vt dicitur *Rom.* 7.

E così dice S. Agoſtino lib. 14. *de Ciuit. Dei* 17. Ille, *cioè Adamo* non opus habebat eo adiutorio, quod implorant Sancti, cum dicunt. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. *E poco doppo ſoggionge*: Ille nulla tali rixa à ſeipſo aduerſus ſeipſum tentatus in illo beatitudinis loco ſua ſecum pace fruebatur.

Che però ſoggionge S. Tomaſo 2. 2. *qu.* 137. *art.* 4. *ad* 2. Dicit Auguſtinus, quod primo homini datum eſt, non vt perſeueraret, ſed vt perſeuerare poſſet per liberum arbitrium: quia nulla corruptio tunc erat, quæ perſeuerandi difficultatem præberet.

Mi diranno, come potiamo noi credere, che Iddio ſia per darci il ſuo aiuto?

Riſponde S. Tomaſo 3. *contra Gent. cap.* 159. Deus, quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus dare gratiam: Vult enim omnes homines ſaluos fieri.

E ſopra l'Epiſtola Ad Hebr. cap. 12. *lect.* 3. *dice*: Deus vult omnes homines ſaluos fieri: & ideò gratia nulli deeſt, ſed omnibus, quantum in ſe eſt, ſe communicat.

Che però 1. *ad Timoth. lect.* 1. *laſciò ſcritto, per dar confidanza ad ogni vno*: Chriſtus Ieſus eſt Mediator Dei, & hominum, non quorundam, ſed inter Deum, & omnes homines: & hoc non eſſet, niſi vellet omnes ſaluare.

E ſe danna alcuno, è perche quel tale così vuole, mentre vuol perſeuerar nel ſuo peccato qu. 23. *de Verit. art.* 8. *ad* 2. Dicendum, quod quamuis de potentia abſoluta Deus poſſit reuelare ſuam damnationem alicui, non tamen hoc poteſt fieri de potentia ordinaria, quia talis reuelatio cogeret eum deſperare. Et ſi alicui talis reuelatio fieret, deberet intelligi non ſecundum modum prophetiæ prædeſtinationis, vel

præ-

præscientiæ, sed per modum prophetiæ comminationis, quæ intelligitur suppositâ conditione meritorum. Sed dato, quod esset intelligenda secundum prescientiæ prophetiam, adhuc non teneretur ille cui talis reuelatio fieret, velle suam damnationem absolutè, sed secundum ordinem iustitiæ, quo Deus vult persistentes in peccato damnare: Non enim vult Deus ex parte sua aliquẽm damnare, sed secundum id, quod ex nobis est. Vnde velle suam damnationem absolutè, non est conformare voluntatem suam diuinæ, sed voluntati peccati.

E concorda con questa Dottrina quell'altra, che apporta il S. D. in 1. *ad Annibaldum dist.* 41. *qu.* vnica *art.* 3. Dicendum, quod voluntati diuinę de salute Hominis, duplex voluntas opponi videtur, scilicet voluntas de contradictorio, secundum quod vult aliquem non saluare: & voluntas de contrario, secundum quod vult damnare aliquem. Prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte voliti: cum salus gloriæ non sit debitum humanæ naturæ. Non enim requiritur ratio, quare non dem alicui, cui dare non debeo. Sed voluntas damnationis respicit rationem voliti in damnato: cum damnatio ex debito inferatur; Quia finis damnationis est Dei iustitia, detrimentum autem damnationis ex parte nostra sunt opera mala, &c. *E però chi si danna* sibi imputet.

Sicome chi si salua si rallegri hauendolo così meritato mediante i buoni frutti delle opere virtuose. Nam *soggionge il S. M. ad Ephes.* 1. *lect.* 1. effectus prædestinationis sunt duo, scilicet gratia, & gloria: Effectuum autem qui ad gloriam ordinantur, potest ex parte voliti assignari ratio, Puta Petrum coronauit, quia legitimè certauit, &c.

Et 1. p. qu. 23. art. 5, Dicendum est ergo, quod effectus Prædestinationis si consideretur in particulari sic nihil prohibet Prædestinationis esse causam, scilicet aliquem effectum esse causam, & rationem alterius. Posteriorem quidem prioris secundum rationem causæ finalis, priorem verò posterioris secundum rationem causæ meritoriæ, quæ reducitur ad dispositionem materiæ. Sicut si dicamus, quod Deus præordinauit se daturum alicui gloriam ex meritis, & quod præordinauit se daturum alicui gratiam, vt mereretur gloriam. *Con ragione donque dice Christo* Omnis arbor, &c. in ignem mittetur.

Mà come mai si può credere, che l'Anima spirituale possa essere tormentata dal fuaco. Si risponderà nella

S E-

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 1. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1. *ad* 1. Dicendum, quod Timor per ſe, & primò reſpicit malum, quod refugit, quod opponitur alicui bono amato, & ſic per ſe Timor naſcitur ex amore. Secundariò verò reſpicit ad id, per quod prouenit tale malum, & ſic per accidens quandoq; timor inducit amorem, in quantum ſcilicet Homo, qui timet puniri à Deo, ſeruat mandata eius, & ſic incipit ſperare, & ſpes introducit amorem.

Non ſarà dunque fuori di propoſito per affettionar maggiormente l'anima all'opere virtuoſe metterli auanti queſto ſanto Timore di ſapere come in fatti mancando da queſto ſia per eſſer tormentata da quel fuoco infernale, di cui dice S. Giouanni Criſoſtomo Homil. 28. Intollerabilis eſt gehenna: quis neſciat illud ſupplicium intollerabile? *E S. Iſidoro l. de ſummo bono:* Ignis gehennæ lucebit miſeris ad augmentum, vt videant vnde doleant, & non ad conſolationem, ne videant, vnde gaudeant. S. *Gregorio* 4. *Dialog.* Vnus gehennæ ignis videndus eſt, ſed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vniuſcuiuſque enim quantum exigit culpa, tantum illic ſentiet pœnam.

Mà come? lo ſpiega in più modi l'Angelico lib. 4. *contra Gent. cap.* 90. *il cui titolo è:* Quomodo ſubſtantiæ incorporeæ patiantur ab igne. *E Riſponde:* Sed poteſt venire in dubium quomodo Diabolus, qui incorporeus eſt, & Animæ damnatorum ante reſurrectiouem ab igne corporali poſſint pati, à quo patientur in inferno corpora damnatorum, ſicut, & Dominus dicit *Matth.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.

Non igitur ſic æſtimandum eſt, quod ſubſtantiæ incorporeæ ab igne corporeo pati poſſunt, quod earum natura corrumpatur per ignem, vel alteretur, aut qualitercumque aliter tranſmutetur: ſicut nunc noſtra corpora corruptibilia patiuntur ab igne. Subſtantiæ enim incorporeæ non habent naturam corporalem, vt poſſint à rebus corporeis immutari: Neque etiam formarum ſenſibilium ſuſceptiuæ ſunt, niſi intelligibiliter: talis autem ſuſceptio non eſt pœnalis: ſed magis perfectiua, & delectabilis.

Neque etiam poteſt dici, quod patiantur ab igne corporeo afflictionem ratione alicuius contrarietatis ſicut corpora poſt reſurrectionem patientur, quia ſubſtantiæ incorporeæ organa ſenſuum non habent, neque potentijs ſenſitiuis vtuntur.

Patientur igitur ab igne corporeo ſubſtantiæ incorporeæ per modum

dum alligationis cuiuſdam: poſſunt enim alligari Spiritus corporibus, vel per modum formæ, ſicut Anima corpori humano alligatur, vt det ei vitam: Vel etiam abſque hoc, quod ſit eius forma; Sicut Nigromantici virtute Dæmonum Spiritus alligant imaginibus, aut huiuſmodi rebus. Multò igitur magis Virtute diuina Spiritus damnandi igni corporeo, alligari poſſunt: & hoc ipſum eſt eis in afflictionem, quod ſciunt ſe rebus infimis alligatos in pœnam.

Eſt etiam conueniens, quod damnati Spiritus pœnis corporalibus puniantur. Ratione enim peccatum rationalis creaturæ ex hoc eſt, quod Deo obediens non ſubditur, pœna autem proportionaliter debet culpæ reſpondere, vt voluntas per pœnam in contrario eius affligatur, quod diligendo peccauit: Eſt igitur conueniens pœna naturæ rationali peccati, vt rebus ſe inferioribus, ſcilicet corporalibus quodammodo alligata ſubdatur.

Item peccato, quod in Deum committitur non ſolum pœna damni ſed etiam pœna ſenſus debetur (vt in 3. oſtenſum eſt) pœna enim ſenſus reſpondet culpæ quantum ad conuerſionem inordinatam ad commutabile bonum, ſicut pœna damni reſpõdet culpæ quantum ad auerſionem ab incommutabili bono: Creatura autem rationalis, & præcipuè humana anima peccat inordinatè ſe ad corporalia conuertendo: ergo conueniens pœna eſt, vt per corporalia affligatur.

Præterea. Si pœna afflictiua peccato debetur, quam dicimus pœnam ſenſus (vt in 3. oſtenſum eſt) oportet quod ex illo hæc pœna proueniat, quod poteſt afflictionem inferre, nihil autem afflictionẽ infert, niſi in quantum eſt contrarium voluntati: non eſt autem contrarium naturali voluntati rationalis naturæ, quod ſpirituali ſubſtantiæ coniungatur: quinimmò hoc eſt delectabile ei, & ad eius perfectionem pertinens. Eſt enim coniunctio ſimilis ad ſimile, & intelligibilis ad intellectum. nam omnis ſubſtantia ſpiritualis ſecundum ſe intelligibilis eſt. Eſt autem contrarium naturali voluntati ſpiritualis ſubſtantiæ, vt corpori ſubdatur, à quo ſecundum ordinem ſuæ naturæ libera eſſe dicitur: Conueniens igitur eſt, vt ſubſtantia ſpiritualis per corporalia puniatur.

Hinc etiam apparet, quod licet corporalia, quæ de præmijs Beatorum in Scripturis leguntur ſpiritualiter intelliguntur, ſicut dictum eſt de promiſſione ciborum, & potuum; quædam tamen corporalia, quæ ſcriptura peccatoribus comminatur in pœnam corporaliter ſunt intelgenda, & quaſi propriè dicta. Non enim eſt conueniens quod natura ſuperior per vſum inferioris premietur: ſed magis per hoc quod Superiori coniungitur: ponitur autem conuenienter natura ſuperior

per

per hoc quod cum inferioribus deputatur.

Nihil tamen prohibet quædam etiam, quæ de damnatorum pœnis in ſcripturis dicta corporaliter loquuntur ſpiritualiter accipi, & velut per ſimilitudinem dicta: ſicut dicitur *Iſa. vlt.* Vermis eorum non morietur; Poteſt enim per vermem intelligi conſcientiæ remorſus, quo etiam impij torquebuntur: non enim eſt poſſibile, quod corporeus vermis ſpiritualem corrodat ſubſtantiam: neque etiam corpora damnatorum quæ incorruptibilia erunt. Fletus etiam, & ſtridor dentium in ſpiritualibus ſubſtantijs non niſi metaphoricè intelligi poſſunt: quamuis in corporibus damnatorum poſt reſuerectionem nihil prohibeat corporaliter ea intelligi: ita tamen quod per fletum non intelligatur lacrymarum deductio, quia ab illis corporibus nulla reſolutio fieri poteſt, ſed ſolum dolor cordis,, conturbatio oculorum, & capitis, prout in fletibus eſſe ſolet.

Hora eſſendo così torna di nuouo qui S. *Tomaſo col Timore* 2. 2. *qu.* 19. *art.* 9. Dicendum, quod multiplex eſt Timor, vt dictum eſt: timor autem humanus, vt dicit Auguſtinus in lib. de gratia, & libero arbitrio non eſt donum Dei, hoc enim timore Petrus negauit Chriſtum: ſed ille timor, de quo dictum eſt *Matth.* 10. Illum timete, qui poteſt animam, & corpus mittere in gehennam. Similiter etiam Timor ſeruilis non eſt numerandus inter ſeptem dona Spiritus Sancti, licet ſit à Spiritu Sancto, quia vt Auguſtinus dicit in lib. de natura, & gratia poteſt habere annexam voluntatẽ peccandi: dona autem Spiritus Sancti non poſſunt eſſe cum voluntate peccandi, quia non ſunt ſine Charitate; Vnde relinquitur, quod Timor Dei, qui numeratur inter ſeptem dona Spiritus Sancti, eſt Timor filialis ſiue caſtus. *Il quale come dice iui art.* 4. *in corp.* ordinatur in Deum ſicut in finem, & per conſequens pœna non timetur tanquam principale malum.

Et art. 2. *diſtingue parimente la Dottrina in queſto modo*: Dicendum, quod de Timore nunc agimus ſecundum quod per ipſum aliquo modo ad Deum conuertimur, vel ab eo auertimur: cum enim obiectum Timoris ſit malum: quandoque homo propter mala, quæ timet, à Deo recedit; & iſte dicitur Timor humanus, vel mundanus: Quandoque verò homo propter mala, quæ timet, ad Deum conuertitur, & ei inhæret: Quod quidem malum eſt duplex, ſcilicet malum pœnæ, & malum culpæ; Si ergo aliquis conuertatur ad Deum, & ei inhæreat propter timorem pœnæ, erit Timor ſeruilis: Si autem propter timorem culpæ, erit timor filialis: Nam filiorum eſt timere offenſam Patris: Si autem propter vtrumque, eſt Timor initialis, qui eſt medius inter vtrumque timorem.

E chi deſideraſſe eſſer libero da tutti queſti mali? Prendi la Dottrina della N. S. Madre Tereſa ſopra l'vltime parole dell'Oratione Dominicale: Sed libera nos à malo. Amen, *che diſcorre cosi*: Septima petitio eſt, vt nos à malo liberet. Non poſtulamus ab vno, vel altero malo liberari; ſed ab omni eo, quod verè, & propriè obtinet rationem mali, quo bonorum gratiæ, & gloriæ iacturam facimus: Aliqua ſunt mala pœnæ ſicut tentationes, ægritudines, afflictiones, labores, vituperia, &c. quæ tamen propriè mala, niſi prout occaſio quod in peccata prolabamur eſſe ſolent, vocari non poſſunt: Vnde diuitiæ, honores, & cuncta bona temporalia iure meritò mala, (ſunt enim nobis offendendi Deum occaſio) dici poterunt; Ab his omnibus malis, & bonis, quæ nobis cauſa damnationis æternæ ſunt liberari petimus. *E finalmente* Nos ad vitæ incorruptibilis nouitatem perducat.

Ilche parimente ſpiega S. Tomaſo con queſto bell'ordine Opuſc. 3. che è intitolato: Expoſitio Orationis Dominicæ, *doue dice: che* Ab aduerſitatibus, & afflictionibus omnibus huius mundi Deus liberat quadrupliciter. Primò ne ſuperueniat afflictio: ſed hoc rarò contingit; quoniam Sancti in mundo iſto affliguntur; quia vt dicitur 2. *Timot.* 3. Omnes qui volunt piè viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. Sed tamen alicui Deus concedit aliquando, vt nòn affligatur à malo: quando ſcilicet cognoſcit eum impotentem, & non poſſe reſiſtere. ſicut Medicus infirmo debili non dat violentas medicinas. *Apoc.* 3. Ecce dedi coram te hoſtium apertum, quod nemo poteſt claudere, quia modicam habes virtutem. Secundò liberat, quandò in afflictionibus conſolatur. Nam niſi Deus conſolaretur, non poſſet homo ſuſtinere 2. *Corinth.* 1. ſuprà modum grauati ſumus, ſuprà virtutem noſtram. 2. *Cor.* 7. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus. *Pſal.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ latificauerunt animam meam. Tertiò. quia afflictis tot bona facit, quòd tradunt mala obliuioni. *Tob.* 3. Poſt tempeſtatem tranquillum facis. Sic ergo afflictiones, & tribulationes huius mundi non ſunt timendæ, quia facilè tolerantur, & propter conſolationem admixtam, & propter bonitatem. *Apoſt.* 2. *Corinth.* 4. id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, quia ex his peruenitur ad vitam æternam. Quartò, quia tentatio, & tribulatio conuertitur in bonum: Et ideo non dicit libera nos à tribulatione, ſed à malo, quia tribulationes ſunt Sanctis ad coronam, & inde eſt, quòd gloriantur in tribulationibus. *Apoſt. Rom.* 5. non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes,

tes, quòd tribulatio patientiam operatur. *Toh. 3.* In tempore tribulationis peccata dimittis. Liberat ergo Deus hominem à malo, & tribulationibus, eas in bonum conuertendo, quod eſt ſignum maximæ ſapientiæ, quia Sapientis eſt malum ordinare in bonum. Et ideò Spiritus Sanctus per donum ſapientiæ facit nos petere. Et per hoc peruenimus ad beatitudinem ad quam ordinat pax, quia per patientiam pacem habemus: & in tempore proſpero, & aduerſo, & ideò pacifici dicuntur filij Dei, quia ſunt ſimiles Deo, quia ſicut Deo nihil nocere poteſt, ita nec eis, nec proſpera, nec aduerſa. *E tanto baſti, &c. Indi ſoggiongeſi.* Amen, *dice il* S. *D. che* eſt Confirmatio omnium petitionum. *Quali piaccia à* S. *D. M. di concederci à tutti.* Amen.

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

Facite vobis Amicos, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. *Lucæ c. 6.*

AN Tomaſo 3. P. qu. 40. art. 2. propone queſto dubbio: Vtrum Chriſtus auſteram vitam in hoc Mundo ducere debuerit! *E Riſponde:* Dicendum, quod congruum erat Incarnationis fini, vt Chriſtus non ageret ſolitariam vitam, ſed cum hominibus conuerſaretur. Qui autem cum aliquibus conuerſatur, conuenientiſſimum eſt, vt ſe eis in conuerſatione conformet, ſecundum illud *Apoſtoli 1. ad Corinth. 9.* Omnibus omnia factus ſum. Et ideò conuenientiſſimum fuit, vt Chriſtus in cibo, & potu communiter ſe ſicut alij haberet. *Fa vn'obiettione trà l'altre:* Ridiculum videtur, vt aliquis diſtrictiorem vitam incipiat, & ab ea in laxiorem reuertatur; poteſt enim dici contra eum, quod habetur *Lucæ* 14. Hic Homo cepit edificare, & non potuit conſummare: Chriſtus autem diſtrictiſſimam vitam incepit poſt baptiſmum manens in deſerto, & ieiunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Ergo videtur non fuiſſe congruum quod poſt tantam vitæ diſtrictionem ad communem vitam rediret. *Riſponde* Dicendum, quod ſicut Chryſoſt. dicit ſuper Matth. Vt diſcas quam magnum bonum eſt ieiunium, & quale ſcutum eſt aduerſus Dabolum,

& quo-

& quoniam poſt baptiſmum non laſciuiæ,ſed ieiunio intendere oportet, & ipſe ieiunauit, non eo indigens, ſed nos inſtruens : Non autem vltra proceſſit ieiunando quam Moyſes, & Helias ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. *E forſi anche, ſoggionge ne Suppl. qu. 3. a.2. per inſegnarci la moderatione delle noſtre mortificationi, nelle quali* Debet accipi pro menſura conſeruatio ſubiecti, & bonæ habitudinis ſufficientis ad ea, quæ agenda incumbunt. Et propter hoc dicitur *Rom.* 12. Rationabile obſequium veſtrum. *Et indi ſoggionge nel medeſimo Articolo*: Nec tamen incongruum fuit, vt Chriſtus poſt ieiunium, & deſertum ad communem vitam rediret : Hoc enim conuenit vitæ contemplatiuæ, ſecundum quod aliquis contemplata alijs tradit. *Horsù già m'hanno inteſo* Actio Chriſti fuit noſtra inſtructio *dice iui l'Angelico art. 1. ad 3. già non è più tempo di tacere, mà di far la Predica. Attenti dunque, & incomincio.*

Facite vobis amicos, &c. *S. Tomaſo in 1. diſt. 38. quæſt. vnica art. 5. in corpore dice che* Omnis cognitio eſt ſecundum modum cognoſcentis. Cum igitur Deus ſit æternus, oportet quod cognitio eius modum æternitatis habeat, qui eſt eſſe totum ſimul ſine ſucceſſione. Vnde ſicut quamuis tempus ſit ſucceſſiuum, tamen æternitas eius eſt præſens omnibus temporibus, vna, & eadem, & indiuiſibilis, vt nunc ſtant, ita, & cognitio ſua intuetur omnia temporalia (quamuis ſibi ſuccedentia) vt præſentia ſibi, nec aliquid eorum eſt futurum reſpectu ipſius. Sed vnum reſpectu alterius. *E finalmente conclude*: Cum ergo Deus vno æterno intuitu, non ſucceſſiuo, omnia tempora videat, omnia contingentia in temporibus diuerſis ab æterno præſentialiter videt, non tantum, vt habent eſſe in cognitione ſua. Quod tamen in intellectu noſtro non poteſt accidere, cuius actus eſt ſucceſſiuus ſecundum diuerſa tempora. *E cosi conclude 1. p. q. 57. a.3.* Et ideò vnus Dei intuitus fertur in omnia, quæ aguntur per totum tempus, ſicut in præſentia, & videt omnia vt in ſeipſis ſunt. Angelicus autem intellectus, & quilibet intellectus creatus deficit ab æternitate diuina. Vnde non poteſt ab aliquo intellectu creato cognoſci futurum, vt eſt in ſuo eſſe.

E parlando poi della ſcienza dell'Anima di Chriſto S. N. 3. P. qu. 10. art. 2. ad 2. dice, che Anima Chriſti ſcit omnia, quæ Deus in ſeipſo cognoſcit per ſcientiam viſionis : non tamen omnia, quæ Deus in ſeipſo cognoſcit per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ.

Siche ci inſegni Chriſto ò come Dio, ò come Huomo dobbiamo creder alla ſua dottrina chiara, & euidente, che non può ingannar alcuno. Hor come s'intende il ſuo detto Facite vobis amicos, &c. ?

S. Gio. Crisostomo portato qui dall'Angelico in Catena aurea dice, che Si secundum allegoriam accipiamus parabolam, post transmigrationem hinc factam non est tempus operandi: *e così dice*: Vita præsens habet exercitium Mandatorum, futura verò solatium. Si nihil operatus es hic, frustra in futurum curas, sed nec mendicando proficies. Huius indicium sunt Virgines fatuæ, quæ imprudenter à prudentibus mendicauerunt, sed reuersæ sunt vacuæ. Quilibet enim sui conuersationem, vt tunicam induit: Non est autem eam exuere, & ambire cum alio.

Mà perche di simil soggetto già se n'è trattato nella Domenica passata, tanto basti. Nec enim oportet, quod solet dici, vniuersum ebibere mare *dice S. Ireneo lib. 2. cap. 44.* aduersus hæreses.

S. *Gregorio* 18. *moral. dice, che qui si tratta dall'elemosina*; Vt ergo in sua manu homines post mortem quicquam inueniant, ante mortem diuitias suas in pauperum manibus ponant.

Mà perche come accenna il S. D. in 1. *Sent. in Prol. art.* 2. Aliqua cognitio quantò altior est, tantò est magis vnica, & ad plura se extendit: vnde intellectus Dei, qui est altissimus, per lumen quod est ipse Deus, omnium rerum cognitionem habet dist. 1. quæ. 1. ita & cum ista scientia (*cioè la Teologia*) sit altissima, & per ipsum lumen inspirationis diuinæ efficaciam habens, ipsa vnica manens, non multiplicata diuersarum rerum considerationem habet. *Pertanto passiamo ad altre spiegationi.*

Vgone Cardinale tratta qui della diligenza che dobbiamo hauere in guadagnar le Indulgenze. onde sopra quelle parole: Accipe litteras tuas, &c. *dice*: Hæ sunt Indulgentiæ Pontificum. quæ laudantur à Domino.

Mà perche come auisa il S. *D. in* 4. *Sent. dist.* 20. *art.* 3. *qu.* 2. *ad* 2. Quamuis indulgentiæ multum valeant ad remissionem pœnæ; tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmij essentialis; quod in infinitum melius est, quam dimissio pœnæ temporalis *Per tanto sarebbe ancor meglio star su la prima espositione.*

Hor veniamo all'vltima interpretatione.

Dice S. Tomaso opusc. 17. *cap.* 10. Quod Consilium Dei nunquam dissoluitur, secundum illud *Isa.* 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Ex hoc tamen consilio immutabili, sicut datur rebus corruptibilibus esse temporale, quibus sempiternitatem non tribuit; ita quibusdam dat iustitiam temporalem, quibus non largitur perseuerantiæ donum, vt Augustinus dicit in libro de perseuerantia.

Intal

In tal caſo, che rimedio? Raccorrer da qualche Santo. S. Atanaſio quæſt. 162. ſuper illud ad Hæbr. 12. Nos autem habentes impoſitam tantam nubem teſtium, &c. *dice* Nubem teſtium vocat Apoſtolus Sanctos, quia vmbra protectionis ſuæ protegunt nos.

E S. Gio. Criſoſtomo Homil. 42. Sæpè ſolet Dominus propter paucos iuſtos, multis dare ſalutem. Et quid dico propter paucos? Sepè quando nec vnus inuentus eſt in hac vita, propter defunctorum Virtutem viuentium miſeretur, & curam habet: Vnde clamat dicens 4. *Reg.* 19. Protegam Ciuitatem hanc propter me, & proprer Dauid puerum meum: quaſi dicat: Hic auctor erit ſalutis his, qui ſe perdiderunt deſidia.

Ma qui entra ſubito la difficoltà, la cui riſcluzione maggiormente farà comparir la verità dell'Aſſunto, e la propone l'Angelico lib. 4. ſent. ad Annibald. diſt. 45. art. 4. Deus nos magis diligit, & clementior eſt quam aliquis Sanctorum, Sed Mediatores eliguntur per quos alterius dilectio excitetur, & ſic oportet eos eſſe magis amantes, & magis propitios. Ergo non debemus Sanctos interpellare, vt eorum orationibus iuuemur.

Præterea. Quicumque orando impetrat aliquid, quodammodo illud meretur: Sed Sancti non ſunt in Statu merendi. Ergo nos ſuis orationibus aliquid impetrando non iuuant. *Riſponde però.*

Sed contra eſt, quod habetur 2. *Macab. c. vlt. de Hieremia*: Hic eſt qui multum orat pro Populo, & pro vniuerſa ſancta Ciuitate Hieremias Propheta Domini.

Præterea. Sancti ex charitate dum viuunt, & pro alijs orant, & merito charitatis exaudiuntur. Sed eorum Charitas in Patria perficitur. Ergo ibi magis, & efficacius pro nobis orant.

Ma ſentiam o il Corpo dell'Articolo. Reſpondeo dicendum, quod cuiuſdam Hæretici, qui Vigilantius dicebatur, error fuit, quod Sancti poſt hanc vitam nec noſtras orationes cognoſcunt, nec pro nobis orant, quod Hieronymus reprobat in quadam Epiſtola ſic dicens: Si Apoſtoli, & Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare prò alijs quando pro ſe adhuc debet eſſe ſoliciti, quantò magis poſt Coronas victorias, & triumphos? Vnde dicendum eſt, quod ex hoc ipſo quod vident Verbum, & in Verbo omnia, quæ eos decent, noſtras orationes, & neceſſitates cognoſcunt, & vrgente Charitate qua feruent pro nobis orant, & impetrant.

Riſponde poi alli Argomenti. Ad primum dicendum, quod non eſt propter defectum diuinæ Charitatis, quod Sanctos interpellamus ad orandum; ſed Diuinæ Sapientiæ ordo hoc exigit, vt alij per alios iuuentur.

Ad

Ad ſecundum dicendum, quod licet Sancti nunc non mereantur in Patria, meruerunt tamen in hac vita, & eorum orationes exaudirentur.

Vel dicendum, *ſoggionge ne' Supplementi quæſt. 73. art. 3. ad 4* quod oratio ex alio meretur, & ex alio impetrat. Meritum enim conſiſtit in quadam adæquatione actus ad finem propter quem eſt, qui ei quaſi merces redditur. Sed orationis impetratio innititur liberalitati eius, qui rogatur; propter quod quandoque ex liberalitate eius, qui rogatur impetrat oratio, quod non meruit vel ille, qui rogat, vel ille pro quo rogatur. Et ita quamuis Sancti non ſint in ſtatu merendi, tamen non ſequitur, quod non ſint in ſtatu impetrandi.

Mà dice quello. Sancti per omnia conformãt voluntatẽ ſuam voluntati diuinæ: Ergo non volunt, niſi quod ſciunt Deum velle: ſed nullus orat, niſi quod Deus vult: ergo non orant, niſi proeo, quod ſciunt Deũ velle: ſed hoc, quod Deus vult, fieret etiam ipſis Sanctis non orantibus: ergo eorum orationes non ſunt efficaces ad aliquid impetrandũ.

Riſponde iui il S. D. dicto art. 3. ad 5. Dicendum, quod ſicut ex auctoritate Gregorij inducta patet, Sancti, & Angeli non volunt niſi, quod in diuina voluntate conſpiciunt, & ita etiam nihil aliud petunt: Nec tamen oratio eorum eſt infructuoſa, quia ſicut dicit Auguſtinus in lib. de prædeſtinatione Sanctorum, orationes Sanctorum Prædeſtinatis proſunt, quia fortè prædeſtinatum eſt, vt intercedentium orationibus ſaluentur, & ita etiam Deus vult, vt orationibus Sanctorum impleatur illud, quod Sancti vident eum velle. *Chi dunque ha buona confidanza di predeſtinatione, e ſpera di douer entrar in quelli eterni tabernacoli procuri hauer i ſuoi Auuocati*.

Mà dice quell'altro. Si eos ad orandum pro nobis interpellare debemus, hoc non eſt, niſi quia ſcimus eorum orationem eſſe Deo acceptam: ſed quanto aliquis eſt ſanctior inter Sanctos, tanto eius oratio eſt magis Deo accepta: ergo ſemper deberemus ſuperiores Sanctos pro nobis interceſſores conſtituere ad Deum, & nunquam minores.

Riſponde iui art. 2. ad 2. Dicendum, quod quamuis Sancti ſuperiores ſint magis Deo accepti, quam inferiores, vtile tamen eſt etiam Minores Sanctos interdum orare, & hoc propter quinque rationes. Primò ex hoc, quod aliquis quandoque habet maiorem deuotionem ad minorem Sanctum, quam ad Sanctum maiorem; ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus. Secundò propter faſtidium tollendum, quia aſſiduitas vnius rei faſtidium parit; Per hoc autem, quod diuerſos Sanctos oramus, quaſi in ſingulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertiò, quia quibuſdam Sanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis præcipuè patrocinari, ſicut Sancto Antonio

ad ignem

ad ignem infernalem. Quartò, vt omnibus honor debitus exhibeatur à nobis. Quintò, quia plurium orationibus quandoque impetratur quod vnius oratione non impetraretur. *E però è ottimo il conſeglio di Chriſto* Facite vobis amicos, &c.

Eſſempio di ciò habbiamo dalla N. S. Madre Tereſa come ſi lege nella ſua Vita Cap. xiij. la quale ſi preſe per ſuoi Auuocati il N. S. P. Alberto, S. Cirillo, tutti i Santi del noſtro Ordine, tutti gli Angeli, de quali particolarmente dice S. Tomaſo Opuſc. 10. ad Magiſtrum Io. art. 9. che omnia beneficia exteriora habemus per Angelos mouentes corpora cœleſtia. *Et art. 10. apporta l'autorita di S. Agoſtino in 1. de doctr. Chriſt. oue dice*: In præcepto, quo debemus diligere proximum, & Sancti Angeli continentur, à quibus tanta nobis officia impenduntur miſericordiæ, *l'Angelo ſuo Cuſtode, li Patriarchi, S. Giuſeppe, Santa Maria Madalena, li Dieci milla Martiri, San Gio. Battiſta, SS. Pietro, e Paolo, S. Gio. Euangeliſta, e S. Agoſtino, S. Domenico, S. Girolamo, il S. Rè Dauide, S. Franceſco, S. Andrea, S. Bartolomeo, S. Giob, S. Gregorio, S. Chiara, S. Maria Egittiaca, S. Catarina di Siena, S. Catarina Martire, S. Steffano, S. Hilarione, S. Sebaſtiano, S. Orſola, S. Anna, S. Eliſabetta d'Vngaria, il Santo del Meſe, S. Angelo, e ſopra tutti il Noſtro Redentore, e la Glorioſa Vergine ſua Madre, conforme dice il Scrittore con queſte parole*: Deiparæ Mater, & ipſemet Redemptor Chriſtus Ieſus inter reliquos hic Diuos ideò non cõſpicitur (*cioè in quel Catalogo manuſcritto de' ſuoi Auuocati*) quod minime eſſet opus hoc, vtpotè clariſſimum, iudicare. Nam in Deiparam Virginem peculiari quodam ſtudio, & ardentiſſimo rapiebatur: atque id iam à tenella ætate. Vt enim primi narratum eſt libri initio, matre decedente, ipſa etiam num paruula, coram quadam Beatiſs. Matris afflictorum effigie ſupplex proſtrata, ſibi petijt, vt Matris poſthac eſſet loco. Atque hic in ipſam affectus etiam, vna cum ætate, accreuit, quòd maternam illius nunquam non benignitatem experiretur. Teneriore etiam quodam in D. Ioſephum fuit affectus, eq; libris eius paſſim apparet, quo guſtu, ac ſenſu, qua gratitudine de ipſo loquatur, & quam ſedulò nemini non Diui huius cultũ perſuadere contendat. Horum Duorum feſtis in ferijs particularem quandam pietatem præſeferebat, & has maxima iucunditate celebrabat, &c.

E riferiſce il medeſimo Scrittore nel 1. lib. della Vita della medeſima Cap. ix. queſte parole della Santa: Intellexi ſingulari me in Deiparam Matrem, & Sponſum eius Ioſephum terri affectu, obſequioque debere: Cum enim in extremum ſæpius interitum ipſa ruerem, illorum patrocinio factum eſt, vt quæ pænè excideram, ſalutem mihi Deus clementiſſimus reddiderit.

All'-

All'autorità della Santa aggiongiamo quella della Chiesa, della quale dice l'Angelico. Quodlibeto 9. art. 16. Si consideretur diuina Prouidentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu Sancto dirigit: vt non erret, sicut ipse promisit *Io. 14.* Quod Spiritus aduenies doceret omnem veritatem, de necessarijs scilicet ad salutem; certum est, quod iudicium Ecclesiæ vniuersalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibile est.

Mentre dunque vediamo l'vso di Santa Chiesa nelle Letanie Maggiori per tutti i bisogni vniuersali, e le Minori per i Moribondi, che porge a' Santi dobbiamo credere, che siano vtili à chi le dice. Così S. Tomaso 2. 2. quæst. 83. art. 4 in c. Dicendum: quod oratio porrigitur alicui dupliciter: vno modo quasi per ipsum implenda: alio modo sicut per ipsum impetranda, Primò quidem modo soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam, quam solus Deus dat, secundum illud *Psal. 83.* Gratiam, & gloriam dabit Dominus: Sed secundo modo orationem porrigimus Sanctis Angelis, & Hominibus, non vt per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed vt eorum precibus, & meritis orationes nostræ sortiantur effectum. Et ideò dicitur *Apoc. 8.* quod ascendit fumus aromatum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo. *Et Iob 5.* Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Et hoc etiam patet ex ipso modo quo Ecclesia vtitur in orando: Nam à Sancta Trinitate petimus, vt nostri misereatur. Ab alijs autem Sanctis quibuscumque petimus, vt orent pro nobis.

Et art. 11. ad 4. Dicendum, quod Deus vult inferiora per omnia superiora iuuari, & ideò oportet non solum superiores, sed etiam inferiores Sanctos implorare: alioquin esset solius Dei misericordia imploranda: Contingit tamen quandoque quod imploratio inferioris Sancti efficacior est, vel quia deuotiùs imploratur, vel quia Deus vult eius sanctitatem declarare.

E però questi tali santi, che preghiamo li chiamiamo con i loro proprij nomi: ibi ad 5. Dicendum, quod quia sancti viuentes mereruntur, vt pro nobis orarent, ideo inuocamus eos nominibus quibus hic vocabantur, quibus etiam nobis magis innotescunt; Et iterum, propter fidem resurrectionis insinuandam, sicut legitur *Exod. 3.* Ego sum Deus Abraham, &c.

Mi diranno Quando ha da cominciar in noi questa oratione? Risponde il S. D. 3. P. quæst. 39. art. 5. in corp. Post baptismum necessaria est Homini iugis oratio, ad hoc quod Cœlum introeat: Licet enim per

Baptismum

Baptiſmum remittantur peccata, remanet tamen fomes peccati nos impugnans interiùs, & Mundus, & Dæmones, qui impugnant exteriùs. Et ideò ſignanter dicitur *Lucæ* 3. Quòd Ieſu baptizato, & orante apertum eſt Cœlum; quia ſcilicet fidelibus neceſſaria eſt oratio poſt Baptiſmum.

Et in 4. *Sent. diſt.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 7. *quæſtiunc.* 2. *ad* 3. *ſoggionge anche queſta bella ragione*. Dicendum, quod opera noſtra non ſunt ſufficientia à ſeipſis ad obtinendum omne illud quo indigemus: Et ideò oportet quòd illud quod nobis deeſt, ex diuina miſericordia ſupleatur, & hanc oratio pulſat: Et ideò orationis meritum exigitur ad ſupplendum defectus omnium aliorum noſtrorum meritorum: Vnde *Gregorius in Moral. dicit*: Multum vtique apud Deum hæc ſummè ſibi neceſſariò congruunt, vt & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio.

Con l'Oratione adunque noſtra appreſſo dei Santi, e con quella de Santi appreſſo à Dio potiamo ſperare ogni bene, e ſpirituale, e temporale 2. 2. *quæſt.* 17. *art.* 4. *in corp.* Spes reſpicit Beatitudinem æternam ſicut vltimum finem, diuinum autem auxilium ſicut primam cauſam inducentem ad Beatitudinem. Sicut ergo non licet ſperare aliquod bonum præter Beatitudinem ſicut vltimum finem, ſed ſolum ſicut id, quod eſt ad finem Beatitudinis ordinatum, ita etiam non licet ſperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura, ſicut de prima cauſa mouente in Beatitudinem. Licet autem ſperare de aliquo homine, vel de aliqua Creatura, ſicut de agente Secundario, & inſtrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcumque bona conſequenda in Beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad Sanctos conuertimur.

Ma che marauiglia che i Santi in Cielo con le loro Preghiere ci ottenghino dal Signor Iddio le gratie, quando anche in terra le loro Sacre Reliquie operano effetti marauiglioſi. Miraculum, *dice S. Tomaſo* 1. *p. quæſt.* 105. *art.* 7. *&* 8. Eſt opus extraordinarium, & rarum præter legem ordinariam Dei, & ſupra omnem virtutem cauſarum naturalium: *E queſti miracoli ſoggionge Opuſc.* 34. *doue tratta* de occultis operibus naturæ, *ſeguono*, vel operatione diuina, vel bonorum Angelorum. Quòd enim ad vmbram Petri Apoſtoli ſanarentur infirmi, vel ad tactum Reliquiarum alicuius Sancti aliqua ægritudo pellatur, non fit per aliquam formam his corporibus inditam: ſed ſolum per operationem diuinam, quæ his corporibus vtitur ad tales effectus. *Sicome anche tall'hora con ſimili effetti cagiona per mezzo del Sacro Euangelo appeſo al collo* 2. 2. *q.* 96. *art.* 4. Verbum Dei non eſt minoris efficaciæ, quàm Reliquiæ Sanctorum: Sed Reliquijs vtimur ad ſalutem: ergo pari modo, imò maiori ad eandem licet vti verbo Dei ſcripto, ſiue Euan-

gelio. *E se chi fa tali applicationi è buon Seruo di Dio, anche coopera all' intento del bene, che si desidera con le benedittioni, che vi aggionge vsate dalli Ministri di S. Chiesa; Perche, come per compita instruttione accennai il S. M. 3. p. qu. 19. art. 4. ad 2.* Duplex est benedictio: vna, quæ est ab ipso homine puro, sicut merente per proprium actum, & talis potest fieri à quolibet Sancto, in quo Christus habitat per gratiam: Alia est benedictio, qua homo benedicit, vt benedictionem, quæ est ex merito Christi, instrumentaliter alicui applicet.

E dunque ben' accertato l'auiso di Christo Facite vobis amicos &c. *E chi lo riceue è segno del diuin fauore ibi quæst. 83. art. 15. ad 1.* Dicendum, quod Oratio sine gratia gratum faciente meritoria non est, sicut nec aliquis alius actus virtuosus: Et tamen etiam Oratio, quæ impetrat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono, quia ipsum orare est quoddam donum Dei, vt *Augustinus dicit in lib.* de perseuerantia.

E però chi fà oratione ò à Dio, ò ai Santi, credendo nel loro aiuto è gratia speciale come dice S. Agostino lib. 1. contra duas Epistolas Pelagian. c. 3. mentre dice: Datur ergo potestas vt filij Dei fiant, qui credunt in eum: quæ potestas nisi detur à Deo, nulla esse potest ex libero arbitrio.

Anzi che il solo pensare di farla è da Dio; poiche come dice S. Paolo 2. ad Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. *Le quali parole spiega S. Tomaso 1. p. quæst. 23. art. 5. in questo modo:* Fuerunt ergo alij qui dixerunt quod merita præexistentia in hac vita sunt ratio, & causa effectus prædestinationis. Posuerunt enim Pelagiani, quod initium benè faciendi sit ex nobis, consummatio autem à Deo. Et sic ex hoc contingit quod alicui datur prædestinationis effectus, & non alteri: quia vnus initium dedit se præparando, & non alius. Sed cuntra est, quod *dicit Apostolus 2. ad Cor. 3.* Quòd non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: nullum autem anterius principium inueniri potest, quam cogitatio. Vnde non potest dici, quòd aliquod in nobis initium existat quod sit ratio effectus prædestinationis.

Che però Isaiæ 65. dice l'istesso Iddio Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui ijs qui me non interrogabant *Doue il S. Conc. Trid. sess. 6. c. 5.* Declarat præterea Sancta Synodus ipsius iustificationis exordium in adultis, à Dei per Iesum Christum gratia præueniente sumendum esse.

E così chi è spinto all' Oratione gran fede deue hauere nel diuino soccorso essendo Iddio omnipotente, e misericordioso. 2. 2. quæst. 83. art. 15. ad 3. Dicendum, quod Oratio innititur principaliter Fidei, non quantum ad efficaciam merendi (quia sic innititur principaliter Charitati)

tati) ſed quantum ad efficaciam impetrandi; quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiæ diuinæ, & miſericordiæ, ex quibus Oratio impetrat quod petit.

Hor ſento ſubito vno che dice: Se i Santi ci aprono la porta del Cielo, io d' hor auanti li dichiaro tutti miei Auuocati, e del reſto voglio attender a pigliarmi bel tempo, perche mentre per mezzo loro poſſo ſaluarmi tanto mi baſta?

A' queſto ſi riſponderà nella

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 17. art. 2. Oportet effectum eſſe cauſæ proportionatum, & ideò bonum, quod propriè, & principaliter à Deo ſperare debemus, eſt bonum infinitum, quod proportionatur virtuti Dei adiuuantis. Nam infinitæ virtutis eſt proprium ad infinitum bonum perducere. Hoc autem bonum eſt vita æterna, quæ in fruitione ipſius Dei conſiſtit. Non enim minus aliquid ab eo ſperandum eſt, quam ſit ipſe, cum non ſit minor eius bonitas, per quam bona Creaturæ communicat, quàm eius eſſentia. Et ideò proprium, & principale obiectum ſpei eſt Beatitudo æterna.

Quam Oratio petit *ſoggionge 2. 2. quæſt. 83. art. 15. in corpore* Efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit: Vnde *Auguſtinus dicit in lib.* de verbis Domini, Non nos hortaretur vt peteremus, niſi dare vellet: *Et Cryſoſtomus dicit*, Nunquam oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant, ſua pietate inſtigat.

Notate però ſoggionge il S. M. quæſt. 20. art. 4. in c. Quod quia obiectum ſpei eſt bonum arduum poſſibile adipiſci vel per ſe, vel per alium, dupliciter poteſt in aliquo ſpes deficere de Beatitudine obtinenda: Vno modo quia non reputat eam vt bonum arduum; Alio modo quia non reputat eam vt poſſibilem adipiſci vel per ſe, vel per alium: Ad hoc autem quod bona ſpiritualia non ſapiant nobis quaſi bona, vel non videantur nobis quaſi magna bona præcipuè perducimur per hoc, quod affectus noſter eſt infectus amore delectabilium corporalium.

Hor ſuppoſto queſto come vuol colui viuer immerſo tutta la vita nei peccati, e poi nel fine ſperar nel patrocinio de Santi ſe già per queſti titoli ha perſo la ſperanza?

E però dice S. Giouanni Criſoſtomo Homil. 1. in 1. ad Theſſ. Si nos in virtutis ſtudio ſeduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis; Si verò deſides fuerimus, nemo nos iuuare poterit.

Pregaua già il Profeta Ezechiele la Maestà di Dio per la Città di Gerusalemme con gran gemiti Heu! Heu! Heu! Domine Deus, ergo ne disperdes omnes reliquias domus Israel effundens furorem tuum super Ierusalem? *Ezech. 9. vers. 8. E subito gli vien risposto da Dio*: Iniquitas domus Israel, & Iuda magna est nimis valdè, & repleta est terra sanguinibus, & Ciuitas repleta est auersione: Dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. *Come se dicesse, dice S. Gio. Crisostomo*: Non tui contemptu: sed propter multa illorum peccata, supplicationem tuam non accipio.

Deue dunque ogn' vno con la diuotione de Santi accompagnar la buona vita, & imitatione delli medesimi se vuole il loro patrocinio perche come dice l' Angelico in 4. Sent. dist. 5. quæst. 2. art. 2. quæstiunc. 2. ad 2. In Oratione orans est sicut principale agens, non solum sicut instrumentale: Et ideò requiritur ad efficaciam orationis quod ex opere operante effectum sortiatur, non solum ex opere operato, sicut est in Sacramentis: Et ideò malorum orationes infructuosæ sunt quantum ex eis est. *Sebene soggionge* Possunt esse fructuosæ alijs, pro quibus orant, propter eorum deuotionem; Vel in quantum orant in persona Ecclesiæ.

Fa à proposito di ciò quella risposta che dà il S. D. 2. 2. quæst. 85. art. 16. ad 1. Done sono quelle due autorità lo. 9. Scimus quia peccatores Deus non audit. *Prouerb. 28.* Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. *Alle quali così risponde*: Dicendum, quod sicut *Augustin. dicit super Ioan. tract. 44.* Illud verbum est Cæci adhuc inuncti, ideſt, nondum perfectè illuminati; & ideò non est ratum. *Et indi soggionge al nostro proposito* Potest tamen verificari si intelligatur de Peccatore in quantum est peccator. Per quem etiam modum Oratio eius dicitur execrabilis.

Ma sentiamo la dottrina del corpo dell' Articolo. Dicendum, quod in peccatore duo sunt considerandа, scilicet natura quam diligit Deus, & culpa quam odit: Si ergo peccator orando aliquid petit in quantum peccator, ideſt secundum desiderium peccati, in hoc à Deo non auditur ex misericordia: sed quandoque auditur ad vindictam, dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata; Deus enim quædam negat propitius, quæ concedit iratus.

Hor sentiamo l'altra parte. Orationem verò peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit, non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur. Sed ex pura misericordia. Obseruatis tamen quatuor conditionibus, vt scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, piè, & perseueranter.

Sarà tanto dunque che il Peccatore mette impedimento, e vuol perseuerar nel male non può sperare il suffraggio de Santi ibi art. 7. ad 2. Dicendum, quòd contingit quandoque, quòd Oratio pro alio facta non impetrat etiamsi fiat piè, & perseueranter, & de pertinentibus ad salutem, propter impedimentum, quod est ex parte eius pro quo oratur, secundùm illud *Hierem.* 15. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non erit Anima mea ad Populum istum.

Il qual impedimento non pare sia altro che l'impenitenza fino alla morte ibi art. 7. ad 3. Dicendum, quòd etiam pro peccatoribus orandum est vt conuertantur, & pro iustis vt perseuerent, & proficiant. Orantes tamen non pro omnibus peccatoribus exaudiuntur, sed pro quibusdam: exaudiuntur enim pro prædestinatis, non autem pro præscitis ad mortem: Sicut etiam correctio, qua fratres corrigimus, effectum habet in prædestinatis, non in reprobatis, secundùm illud *Eccl.* 7. Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit: Et ideò dicitur 1. *Ioan.* 5. Qui scit fratrem suum peccare peccato non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccantis peccato non ad mortem.

Onde se vno vuol perseuerar in peccato fino alla morte è chiaro che fino a quel punto mette l'ostacolo alla gratia, la quale non può coesistere nel medesimo instante col peccato 2. 2. quæst. 24. art. 12. doue dice: Sicut lumen statim cessaret esse in aere per hoc, quod aliquod obstaculum poneretur illuminationi Solis: ita etiam Charitas statim deficit esse in Anima per hoc, quod aliquod obstaculum (*cioè il peccato attuale*) ponitur influentiæ Charitatis à Deo in animam.

E cosi dice il S. D. quæst. 13. de malo art. 2. in corp. Conuerti ad bonum creatum sicut ad finem, facit auersionem ab incommutabili bono, quod debet esse vltimus finis, eo quod non possunt esse plures vltimi fines.

Et in 4. dist. 16. quæst. 2. art. 1. ad 1. dice: Peccatum quodlibet potest dimitti, vel remitti quoad duo, scilicet quantum ad culpam, & quantum ad reatum: Non autem potest esse secunda remissio sine prima; quia quandiù manet culpa, manet debitum pœnæ. Culpa autem in deordinatione voluntatis consistit. Vnde non potest culpa remitti, nisi reordinetur voluntas: quod esse non potest quandiù in ipsa deordinatione manet, aliàs duo oppositа essent simul vera.

Et 3. P. quæst. 86. art. 2. in corp. Offensa dicitè opponitur gratiæ; ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quòd repellit eum à gratia sua.

Di più 1. 2. quæſt. 72. art. 5. in corp. Duplex eſt inordinatio: vna per ſubtractionem principij ordinis: Alia, quæ etiam ſaluato principio ordinis, fit inordinatio circa ea, quæ ſunt poſt principium. Sicut in corpore animalis quandoque quidem inordinatio complexionis procedit vſque ad deſtructionem principij vitalis; & hæc eſt mors; quandoque verò, ſaluo principio vitæ, fit deordinatio quædam in humoribus; & tunc eſt ægritudo. Principium autem totius ordinis in moralibus eſt finis vltimus, qui ita ſe habet in operatiuis, ſicut principium indemonſtrabile in ſpeculatiuis, vt dicitur in 7. *Ethic.* Vnde quando anima deordinatur per peccatum vſque ad auerſionem ab vltimo fine, ſcilicet Deo, cui vnimur per Charitatem, tunc eſt peccatum mortale: quando verò fit deordinatio citra auerſionem à Deo, tunc eſt peccatum veniale.

E ſe quel tale muore in peccato mortale che può ſperare? Riſponde il S. M. iui quæſt. 87. art. 4. in corpore: Quæcumque peccata auertunt à Deo, Charitatem auferentia, quantum eſt de ſe inducunt reatum æternæ pœnæ.

Et quæſt. 88. art. 1. Peccatum mortale dicitur ad ſimilitudinem morbi, qui dicitur mortalis ex eo, quòd inducit defectum irreparabilem per deſtitutionem alicuius principij. Principium autem ſpiritualis vitæ, quæ eſt ſecundùm virtutem, eſt ordo ad vltimum finem, qui quidem ſi deſtitutus fuerit, reparari non poteſt per aliquod principium intrinſecum, ſed ſolum per virtutem diuinam.

La quale anche talvolta maggiormente ſi ritira dal peccatore, e lo laſcia nella ſua durezza, e cecità 1. 2. quæſt. 79. art. 3. doue dice in corp. art. che Deus proprio iudicio lumen gratiæ non immittit illis, in quibus obſtaculum inuenit: Vnde cauſa ſubtractionis gratiæ eſt non ſolum ille, qui ponit obſtaculum gratiæ, ſed etiam Deus, qui ſuo iudicio gratiam non apponit: & per hunc modum Deus eſt cauſa excæcationis, & aggrauationis aurium, & obdurationis cordis: quæ quidem diſtinguuntur ſecundùm effectus gratiæ, quæ & perficit intellectum dono Sapientiæ, & affectum emollit igne Charitatis. Et quia ad cognitionem intellectus maximè deſeruiunt duo ſenſus, ſcilicet viſus, & auditus, quorum vnus deſeruit inuentioni, ſcilicet viſus; alius diſciplinæ, ſcilicet auditus: ideò quantum ad viſum ponitur excæcatio, quantum ad auditum aurium, aggrauatio; quantum ad affectum, obduratio.

Onde S. Iſidoro lib. 2. de ſummo bono. Nonnulli ita deſpiciuntur à Deo, vt deplorare mala non poſſint, etiamſi velint. *E S. Gregorio libro vndecimo moralium cap. 15.* Hinc eſt enim quod Cain, & diuina

voce

voce admoneri potuit, & mutari non potuit: quia exigente culpæ malitia iam intus Deus cor reliquerat.

E S. Agostino Serm. de verbis Domini *parlando del Peccatore indurato, dice:* Cum vult non potest: quia quando potuit, non voluit: ideo per malum velle perdidit bonum posse.

Le quali parole così interpreta S. Tomaso 3. P. quæst. 86. art. 1. ad 2. Dicendum, quod illud verbum Augustini sic intelligendum est: Tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit, scilicet de facili: secundùm quod dicitur illum non posse sanari, qui non potest de facili sanari.

Quindi S. Bernardo in libro de Gratia & lib. arb. Conatus nostri, & cassi sunt, si non adiuuentur, & nulli si non excitentur. *Onde San Gregorio vn' altra volta Homil. 9. in Ezech.* Nos, *dice*, præuenit, vt velimus; & volentes subsequitur, ne inaniter velimus.

Ilche dichiara il S. Conc. Trid. sess. 6. cap. 4. con queste parole Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Deo per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponantur.

Doue parimente concorda S. Agostino lib. de gratia Christi cap. 24. doue dice: Legant ergo, & intelligant, intueantur, atque fateantur non lege, atque doctrina insonante forinsecus, sed interna, atque occulta, mirabili, atque ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum non solùm veras reuelationes, sed etiam bonas voluntates.

Horsù finiamo il Discorso chi vuol perseuerar nel peccato fino alla morte è mal seguo per lui. Noi preghiamo il Signor Iddio ci faccia perseuerar in gratia che l'accertaremo meglio P. 2. quæst. 109. art. 10. Dicendum, quòd perseuerantia tripliciter dicitur. Quandoque enim significat habitum mentis, per quem homo firmiter stat, ne remoueatur ab eo, quod est secundùm virtutem per tristitias irruentes, vt sic se habeat perseuerantia ad tristitias, sicut continentia ad concupiscentias, & delectationes, *vt Philosoph. dicit 7. Ethic.*

Alio modo potest dici Perseuerantia habitus quidam secundùm quem homo habet propositum perseuerandi in bono vsque ad finem. Et vtroque istorum modorum perseuerantia simul cum gratia infunditur, sicut & continentia, & cæteræ virtutes.

Alio

Alio modo dicitur perſeuerantia continuatio quædam boni vſque ad finem vitæ. Et ad talem perſeuerantiam habendam, homo in gratia conſtitutus non quidem indiget aliqua alia habituali gratia, ſed diuino auxilio ipſum dirigente, & protegente contra tentationum impulſus. Sicut ex præcedente quæſtione apparet. Et ideò poſtquam aliquis eſt iuſtificatus per gratiam, neceſſe habet à Deo petere prædictum perſeuerantiæ donum, vt ſcilicet cuſtodiatur à malo vſque ad finem vitæ: multis enim datur gratia, quibus non datur perſeuerare in gratia.

Et in tal modo eſſendo già amico di Dio, e dei Santi potrà più facilmente ſperarne l'aiuto deſiderato per entrar nelli eterni tabernacoli, poiche come dice l'Angelico 2. 2. quaſt. 71. art. 1. His potiſſimè conſulendum eſt, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus conſtrictius ſibi quaſi quadam ſorte iunguntur. *Sicome all' oppoſito ſoggiunge iui art. 2. in corp.* Non decet, vt alterius iuſtitiæ Patronus exiſtat, qui in ſeipſo iuſtitiam contempſit.

Laonde à queſto propoſito Origene Homil. 2. in Pſalm. 37. Quomodo nos audiet Deus, cum nos ipſum non audiamus? Quomodo faciet ille quod volumus, cum nos quod ille vult non faciamus? Vult nos tales eſſe Deus, vt quaſi Dij cum eo loquamur.

Et ecco la ragione dice S. Tomaſo in 3. Sent. diſt. 27. quæſt. 2. art. 2. Dicendum, quod finis humanæ vitæ eſt fælicitas: vnde ſecundùm diuerſas vitas etiam diſtinguuntur diuerſæ fælicitates. Qui autem ſunt extra vitam ciuilem, ad fælicitatem ciuilem non poſſunt peruenire: Sed quia nobis promittitur quædam fælicitas, in qua erimus Angelis æquales, vt patet *Matth. 22.* quæ non ſolum vires hominis, ſed etiam Angelorum excedit, qui per gratiam ad hanc perducuntur, ſicut & nos, ſoli autem Deo eſt naturalis: Ideò oportet ad hoc quod ad fælicitatem illam diuinam homo perueniat, quod diuinæ vitæ particeps fiat.

E così à proportione, di quella de Santi. Che però conclude S. Giouanni Criſoſtomo His itaque cognitis nec Sanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proijciamus.

Et eccone vn' altra ragione ſoggiunge parimente l' Angelico Opuſc. 2. Compend. Theologiæ: Quia igitur diuina prouidentia rebus ſingulis ſecundùm earum modum prouidet, Creatura autem rationalis per liberum arbitrium eſt domina ſui actus præ cæteris creaturis, neceſſe eſt vt ei ſingulari modo prouideatur quantum ad duo. Primò quidem quantum ad adiumenta operis, quæ ei dantur à Deo. Secundò quantum ad ea quæ pro ſuis operibus ei redduntur. Quia verò vltimus finis Creaturæ rationalis facultatem naturæ ipſius excedit, ea verò

quæ

quæ ſunt ad finem debent eſſe fini proportionata, ſecundùm rectum prouidentiæ ordinem, conſequens eſt, vt Creaturæ rationali etiam adiutoria diuinitùs conferantur, non ſolùm quæ ſunt proportionata naturæ, ſed etiam quæ facultatem naturæ excedunt. Vndè ſuprà naturalem facultatem rationis imponitur homini diuinitùs lumen gratiæ, per quod interiùs perficitur ad virtutem, & quantum ad cognitionem, dùm eleuatur mens hominis per lumen huiuſmodi ad cognoſcendum ea quæ rationem excedunt, & quantum ad actionem, & affectionem, dùm per lumen huiuſmodi affectus hominis ſupra creata omnia eleuatur ad Deum diligendum & ſperandum in ipſo, & ad agendum ea quæ talis amor requirit. *Siche con l'aiuto de' Santi, conuiene anche noi far le noſtre parti.*

Dice quello. O quanto importa eſſer nato ſotto buon Pianeta! Di queſto tale tanto ſi potrà formar buon giudicio. Riſponde ſimilmente il S. D. Opuſc. 26. de iudicijs Aſtrorum ad fratrem Reginaldum. Quia petiſti vt tibi ſcriberem, an liceret iudicijs Aſtrorum vti, petitioni tuæ ſatisfacere volens, ea quæ à Sacris Doctoribus ſuper hoc traduntur, ſcribere curaui. In primis ergo oportet te ſcire, quòd virtus cœleſtium corporum ad immutanda corpora inferiora ſe extendit. Dicit enim *Auguſtinus* 5. *de Ciuit. Dei.* Non vſquequaque abſurdè dici poteſt, ad ſolas corporum differentias afflatus quoſdam Sydereos peruenire. Et ideò ſi aliquis iudicij Aſtrorum vtatur ad prænoſcendum corporales effectus, puta tempeſtatem, & ſerenitatem aeris: ſanitatem vel infirmitatem corporis, vel vbertatem, & ſterilitatem frugum, & ſimilia quæ ex corporalibus, & naturalibus cauſis dependent, nullum videtur eſſe peccatum. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obſeruatione vtuntur corporum cœleſtium: Sicut agricolæ ſeminant, & metunt certo tempore, quod obſeruatur ſecundum motum Solis. Nautæ nauigationem vitant in plenilunio, vel etiam in lunæ defectu. Medici circa ægritudines criticos dies obſeruant, qui determinantur ſecundùm curſum Solis, & Lunæ. Vndè non eſt inconueniens, ſecundùm aliquas alias occultiores ſtellarum obſeruationes circa corporales effectus vti Aſtrorum iudicio. Hoc autem omnino tenere oportet, quòd voluntas hominis non eſt ſubiecta neceſſitati Aſtrorum. Alioquin periret liberum arbitrium: quo ſublato non deputarentur homini neque bona opera ad meritum, neque mala ad culpam. Et ideò certiſſimè tenendum eſt cuilibet Chriſtiano, quod ea quæ ex voluntate hominis dependent, qualia ſunt humana opera, non ex neceſſitate Aſtris ſubduntur. Et ideò dicitur *Hier.* 10. A ſignis Cœli nolite metuere quæ Gentes timent. *Siche con l'appoggio de Santi ſtà in noſtro arbitrio aggionger le opere meritorie, con quelle accreſcer il merito, e gionger alla*

vita eterna 1. 2. q. 114. art. 9. ad 3. Dicendum quod quoliber actu meritorio meretur homo augmentum gratiæ, ſicut & gratiæ conſummationem quæ eſt vita æterna. *Qual Dio ci conceda. Amen.*

✠†✠✠✠✠✠;✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

Cum appropinquaret Ieſus Ieruſalem, videns Ciuitatem fleuit ſuper illam. *Lucæ cap. 19.*

Ebene è vero ciò, che dice la legge. Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus l. Nemo. C. de Sententia, & interlocutione omnium Iud. *Si dichiara però che* procedit in malis exemplis, & in practica erronea Iudiciorum; vt per Archidiac. *in c. vlt. 20. diſtinct.* Et per Albericum *in l. 1.* in fine de origine iuris. Secus autem eſt ſi exempla Iudiciorum rationabilia ſint, quia talibus iudicatur, vt ait *Decius in c. 1. de Conſtitu. in p. l. n. 85.* Et vbi eſt eadem ratio, ibi idem Ius eſſe debet l. Illud ff. ad l. Aquiliam cum ſimilibus. *Hor che buon' Eſſempio ci ſi rappreſenta hoggi nel corrente Euangelo per noſtra inſtruttione? Il pianto di Chriſto Signor noſtro:* Videns Ciuitatem fleuit ſuper illam: *Che però S. Tomaſo 3. P. quæſt. 15. art. 8. doue tratta dell' ammiratione di Chriſto nella fede, che mostrò il Centurione dice* in corpore Articuli *che Chriſto* Aſſumpſit hunc affectum ad noſtram inſtructionem, vt ſcilicet doceat eſſe mirandum quod etiam ipſe mirabatur. Vnde *dicit Auguſt. in 1.* ſuper Geneſim contra Manichæos: Quod mirabatur Dominus, nobis mirandum eſſe ſignificat, quibus adhuc opus eſt ſic moueri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis Magiſtri, *il quale c'inſegna in più modi la vera Sapienza, come dice S. Tomaſo ſopra quel teſto di Daniele al c. 13. portato dal S. D. Opuſc. 72.* Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. *Doue così l'eſpone:* In viſione Prophetica, quæ vſque

ad

ad tempus ſtatutum ſignari, & claudi præcipitur, docemur in Chriſto omnes theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ eſſe abſconditos, donec ſe manifeſtauerit electis: Vnde tunc non erit multiplex ſcientia, cum medium fuerit vnum & ſufficiens ad alia cognoſcenda, ſecundum enim numerum mediorum inuenitur numerus ſcientiarum, medium enim eſt eſſentia diuina, cui omnes beati ſine medio creaturæ coniungentur: vnde vni non aderit alio mediante, quòd vnus alium doceat: Vnde Hierem. ſcriptum eſt. In illa die, non docebit vir fratrem ſuum, & proximum ſuum dicens: Cognoſce Dominum; à minore enim vſque ad maximum, omnes cognoſcent me, dicit Dominus, & hoc in plena luce perficietur, quæ nihil tenebrarum, & errorum patitur: vnde propter huius luminis virtutem, nulla opinio locum habebit, ſed erit vna ſcientia omnium certiſſima, quæ erit gloria beatorum. In hoc enim gloriabitur qui gloriatur ſcire, & noſce Deum. Prædictum igitur lumen dupliciter nobis in via communicatur. Vno modo modicè & quaſi ſub paruo radio. Et hoc eſt lumen naturalis intellectus: quod eſt quædam participatio illius lucis æternæ: multum tamen diſtans, & ab illa deficiens. Vnde propter nimiam diſtantiam eſt quaſi vmbra, cui modicum luminis eſt admixtum. Et ideò in hominibus ratio inuenitur quaſi vmbra intelligentiæ: Et inde eſt quòd ſunt diuerſæ opiniones apud homines propter defectum plenæ lucis in cognoſcendo, qui tamen penitus auferetur, cum illa lux radiare ceperit.

Alio modo communicatur nobis in abundantia quadam, & quaſi in quadam Solis præſentia vbi acies mentis noſtræ reuerberatur: quia ſupra nos eſt, & ſuper ſenſum hominis quod nobis oſtenſum eſt: Et hoc eſt lumen fidei quod nullam patitur opinionem infra ſuos terminos. Totum enim certiſſimum eſt quod fides habet: Ex quacumque enim parte ad fidem acceditur omnis intellectus captiuatur in obſequium Chriſti. *In cui come ſoggionge il S. M. opuſc. 2. cap. 216.* Oportet confiteri duas eſſe ſapientias ſecundum duas naturas: Sapientiam ſcilicet increatam, quæ ei competit ſecundum quòd eſt Deus: & ſapientiã creatam, quæ ei competit ſecundum quod eſt homo, *la quale ſoggionge* conueniens fuit abipſo incarnationis principio perfectam poſſe diſſe.

Hor che inſegnamento ci addita queſto Pianto di Chriſto? Attenti, che la Predica ce lo dirà.

Mà prima voglio far vna Proteſta. Dice S. Ambrogio lib. de Noe, & Arca cap. 11. Stultus ſibi ſoli ſtultus eſt. Sapiens autem ſibi, & plurimis ſapit. *Et il ſaper per ſe ſteſſo, e per li altri è molto più perfetto, che il ſaper per ſe ſolamente ſoggionge l' Angelico 3. p. quaſt. 13. art. 1. ad 3.* Sicut plus eſt lucere, & illuminare, quam ſolum lucere: *Però notate dice il S.*

D. iui che non sempre è necessario, che chi hà la scienza speculatiua di vna cosa habbi ancora la prattica, sicome lo proua dell' Anima di Christo, la quale dice Habet quidem speculatiuam scientiam creandi (scit enim qualiter Deus creat) sed non habet huius rei scientiam practicam, quia non habet scientiam creationis factiuam. *Così voglio dire in risiretto che l'Assunto presente non è per prattica ch'io sappi, che quest'Vditorio sia nel caso simile per cui si spargono simili lacrime, perche hò buon concetto di tutti quelli che mi ascoltano, e voglio credere, che ogn' vno habbi conseruato sino al presente l'innocenza battesimale. E però sarà solamente per speculatiua, e per pura cautela conforme al detto commune* Fælix quem faciunt aliena pericula cautum. *Et anche per conseruarci più humili, & obligarci à raccorrer sempre al diuino aggiuto che ci mantenghi in buon stato;* Cum enim *dice S. Agostino lib. de* anima, & Spiritu *cap.* 52. cognoscimus quàm proni simus ad malum, & quàm inualidi ad bonum, contemnimus nos, & ascendimus supra nos, *e diciamo col Salmista Psal.* 120. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi, &c.

E per quanti fauori habbi vn'anima contemplatiua dal Signore Iddio, deue sempre conseruare il santo timore. Che però S. Tomaso riflettendo à quei due testi della S. Scrittura cioè il primo dell' Apoc. cap. 1. vers. 17. Posuit dextera m suam super me dicens Noli timere: Ego sum Primus, & Nouissimus. *Et il secondo Prou. 28. V. 14.* Beatus homo qui semper est pauidus, *dice:* Non dissuadet timorem simpliciter, & omninò, quia bonum est, & expediens contemplatiuo resilire à Diuina magnitudine in propriam paruitatem, quod est timere timore reuerentiæ; sed dissuadet timorem nimium, ex quo mentis turbatio surgere potest, tranquillitatem mentis impediens.

A noi adesso perche dunque pianse Christo?

Non fu certo per alcuna legerezza perche come dice S. Tomaso 2. 2. quæst. 89. art. 10. in corp. & ad 3. Cum inducitur diuinum testimonium debetur ei maxima reuerentia. *E sarebbe far torto alla sua dignità. Si come* Non indiget dictum hominis confirmatione, nisi quia de eo dubitatur: Hoc autem derogat dignitati personæ, vt dubitetur de veritate eorum, quæ dicit, *come anche di quello che fà è così à fortiori di Christo il quale dice di se stesso* Ego sum via veritas, & vita.

Delle quali parole non dobbiamo dubitarne essendo registrate nel Sacro Euangelo à cui si deue dar ogni credito come dice la N. S. Madre che da quelle resta più persuasa che da qualsiuoglia libro per nominato che fosse l' Autore De via perfectionis *cap.* 21. Equidem semper mirè erga sacra Euangeliorum verba affecta fui, ac magis me illa ad recollectionem promouerunt, quàm multi benè compositi libri; & sanè, cum ipsemet eorum Auctor non satis approbatus erat, non multum ad eos legendos

dos propendebam. Postquam ergo ad hunc Sapientiæ Magistrum me applicui, aliquam forsitan is me considerationem docebi, quæ vobis non displiceat.

Vnde in conformità di questo sentimento della S. Maestra scrisse S. Cirillo nostro portato qui da S. Tomaso sopra quelle parole: Quia si cognouisses & *tu dice di quelli Hebrei* Non enim erant digni percipere diuinitùs inspiratas scripturas, quæ narrant Christi mysterium: Quoties enim legitur Moyses velamen obnubilat cor eorum. Et quia non sunt intuiti Veritatem, indignos se fecerunt salute, quæ manat à Christo.

Attendiamo dunque noi che siamo illuminati con la luce della vera fede al senso del proposto Misterio.

Se parliamo conforme al senso litterale dice S. Gregorio portato parimente qui dall'Angelico che Illa Hierosolymorum subuersio describitur, quæ à Vespasiano, & Tito Romanis Principibus facta est. *Ma se si parla secondo il senso mistico, soggionge il S. M. Che:* Redemptor noster per electos suos plangere non cessat cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse considerat, qui si damnationem suam, quæ eis imminet agnouissent, semetipsos cum lacrymis electorum plangerent *Sicche al parere di questo Santo Dottore si piange il stato miserabile d'vn'anima caduta dalla santità di prima, & indi data* in reprobum sensum.

Sottoscriue il medesimo sentimento Origene cittato iui similmente dal S. D. Non nego igitur & illam Hierusalem propter habitatorum scelera fuisse destructam: Sed quæro ne forte ad hanc Hierusalem fletus iste pertineat. Si enim post mysteria Veritatis aliquis peccauerit, plangetur. Nemo enim gentilis fletur, sed ille qui fuit Hierusalem, & esse cessauit, qui post multam continentiam, post aliquot annos castitatis victus fuit, & blandimentis carnis illectus patientiam, pudicitiamque amisit.

Di questi parimente parla S. Agostino lib. Soliloqu. c. 29. Vidimus multos. Domine, ex Patribus nostris, quod vtique sine magno tremore non recolo, sine multo timore non confiteor, ascendisse primitus quodammodo vsque ad Cœlos, & inter Sydera nidum suum collocasse, postmodum autem cecidisse vsque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus Stellas de Cœlo cecidisse ab impetu ferientis caudæ Draconis.

E tante cadute di tante stelle significano tanti peccati diuersi 3. p. qu est. 88 *art.* 1. Dicendum, quod in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio à Deo, & conuersio ad bonum creatum. Quicquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundùm se consideratum est commune omnibus peccatis mortalibus, quia per quodlibet peccatum mortale homo auertitur à Deo, vnde & per consequens macu-

la, quæ

la, quæ eſt per priuationem gratiæ, & reatus pœnæ æternæ communia ſunt omnibus peccatis mortalibus. Et ſecundùm hoc intelligitur id, quod dicitur *Iacobi* 3. Qui offendit in vno factus eſt omnium reus. Sed ex parte conuerſionis peccata mortalia ſunt diuerſa, & interdum contraria. Vnde quia auerſio in peccato mortali ex conuerſione quodammodo cauſatur, recipiunt ea quæ ſunt ex parte auerſionis quodammodo diuerſitatem per comparationem ad diuerſas conuerſiones ſicut ad diuerſas cauſas: ita quod ſit alia auerſio, & alia macula, & alius reatus prout conſurgit ex alio, & alio actu peccati mortalis.

E da vn ſol peccato mortale ne poſſono anche ſeguir molti altri, ſicome dice il S. D. 3. con. Gent. cap. 109. Ex prima inordinatione voluntatis, quæ fuit in Dæmone conſequutum eſt multiplex peccatum in voluntate ipſius. *E la prima inordinatione ſu dice c.* 110. In hoc qnod proprium bonum non retulit in diuinum bonum: Sicut in nobis peccatũ eſt ex hoc quod bona inferiora, ſcilicet corporis appetimus abſq; ordine rationis.

E di qui è che à ſimili diſordini riſpondono due pene cioè di danno, e di ſenſo quæſt. 5. *de malo art.* 2. Pœna proportionatur culpæ: & ideò peccato actuali mortali, in quo inuenitur auerſio ab incommutabili bono, & conuerſio ad bouum commutabile, debetur, & pœna damni, ſcilicet carentia viſionis diuinæ reſpondens auerſioni, & pœna ſenſus reſpondens conuerſioni.

Ma come è mai poſſibile che vn' Anima ſublimata all' amicitia diuina facci queſti tracolli?

Riſponde il S. M. 2. 2. *quæſt.* 14. *art.* 4. *in corp.* Poteſt aliquis peccare ex certa malitia abijciendo per contemptum ea per quæ homo retrahitur à peccato, quod propriè eſt peccare in Spiritum Sanctum, ſicut dictum eſt, & hoc plerumque præſupponit alia peccata: quia dicitur *Prouerb.* 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Poteſt tamen contingere, quòd aliquis in primo actu peccati in Spiritum Sanctum peccet per contemptum, tum propter libertatem arbitrij, tum etiam propter multas diſpoſitiones præcedentes, vel etiam propter aliquod vehemens motiuum ad malum, & debilem affectum hominis ad bonum: Et ideò in Viris perfectis hoc vix aut nunquam accidere poteſt, quod ſtatim à principio peccent in Spiritum Sanctum: Vnde *dicit Origenes in* 1. *Periarchon*. Non arbitror, quod aliquis ex his qui in ſummo perfectionis gradu conſtiterunt, ad ſubitum euacuetur, aut decidat; Sed paulatim, ac per partes eum decidere neceſſe eſt.

Ma come s'intende queſto per partes? *Dice pure il S. Conc. Tridentino Seſſ.* 6. *cap.* 1. Licet enim in hac mortali vita, quantumuis Sancti, & ulti in leuia ſaltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur

peccata cadant, non propterea desinunt esse iusti; nam iustorum illa vox est & humilis, & verax, Dimitte nobis debita nostra?

Item S. Tomaso 2. 2. quæst. 24. de Charitate *art.* 10. De amicitia *dixit Philosophus in* 8. *Ethic.* quod multas amicitias inapellatio soluit, idest non appellare amicum, vel non colloqui ei. Sed hoc ideò est, quia conseruatio vniuscuiusque rei dependet ex sua causa; causa autem virtutis acquisitæ est actus humanus: vnde cessantibus actibus humanis, virtus acquisita diminuitur, & tandem totaliter corrumpitur. Sed hoc in Charitate locum non habet, quia Charitas non causatur ab humanis actibus, sed solum à Deo. Vnde relinquitur, quod etiam cessante actu, propter hoc nec diminuitur, nec corrumpitur.

Amplius ibidem. Charitas est circa finem vltimum, veniale autem peccatum est quædam inordinatio circa ea, quæ sunt ad finem. Non autem diminuitur finis ex hoc, quod aliquis inordinationem aliquam committit circa ea, quæ sunt ad finem: Sicut aliquando contingit, quod aliqui infirmi multum amantes sanitatem, inordinatè se habent circa dietæ obseruationem: sicut etiam in speculatiuis scientijs falsæ opiniones circa ea, quæ deducuntur ex principijs, non diminuunt certitudinem principiorum.

Similiter etiam veniale peccatum non meretur diminutionem Charitatis. Cum enim aliquis delinquit in minori, non meretur detrimentum pati in maiori. Deus enim non plus se auertit ab homine, quam homo auertat se ab ipso. Vnde qui inordinatè se habet circa ea, quæ sunt ad finem, non meretur detrimentum pati in Charitate, per quam ordinatur ad vltimum finem. Vnde consequens est, quod Charitas nullo modo diminui possit, directè loquendo.

Come dunque può seguir questa diminutione? Io soggionge ini subito dicendo: Potest tamen indirectè dici diminutio Charitatis, dispositio ad corruptionem ipsius, quæ fit vel per peccata venialia, vel etiam per cessationem ab exercitio operum Charitatis.

Mi chi volesse meglio intendere questa dottrina, la spiega il S. D. p. 2. *quæst.* 88. *art.* 3. *in corp.* Dicendum quòd dispositio est quodammodo causa, vnde secundùm duplicem modum causæ est duplex dispositionis modus: Est enim causa quædam mouens directè ad effectum, sicut calidum calefacit: Est etiam causa indirectè mouens remouendo prohibens, sicut remouens columnam dicitur remouere lapidem superpositum: Et secundùm hoc actus peccati dupliciter ad aliquid disponit: Vno quidem modo directè, & sic disponit ad actum similem secundùm speciem; & hoc modo primò & per se, pecca-

peccatum veniale ex genere non disponit ad mortale ex genere, cum differant specie.

Sed per hunc modum peccatum veniale potest disponere per quandam consequentiam ad peccatum, quod est mortale ex parte agentis: Augmentata enim dispositione, vel habitu per actus peccatorum venialium, in tantum potest libido peccandi crescere, quòd ille, qui peccati finem suum constituet in peccato veniali; nam vnicuique habenti habitum, in quantum huiusmodi finis est operatio secundùm habitum; & sic multoties peccando venialiter disponetur ad peccatum mortale.

Alio modo actus humanus disponit ad aliquid, remouendo prohibens: & hoc modo peccatum veniale ex genere potest disponere ad mortale peccatum ex genere: qui enim peccat venialiter ex genere prætermittit aliquem ordinem, & ex hoc quod consueuit voluntatem suam in minoribus debito ordini non subijcere, disponitur ad hoc quod etiam voluntatem suam non subijciat ordini vltimi finis, eligendo id quod est peccatum mortale ex genere.

Et art. 4. ad 1. spiegando quelle parole di S. Agostino Quòd minima si negligantur, occidunt, *dice*: Augustinus loquitur in illo sensu, quod peccata venialia dispositiuè causant mortale.

Et q. 7. de malo in risposta ad 11. spiegando quel detto di S. Bernardo: In via Dei non procedere est retrocedere, *dice:* Dicendum, quod aliquis procedit in via Dei, non solum quando ipsa Charitas augetur in actu, sed quando disponit ad augmentum Charitatis. Sicut puer non actu crescit toto tempore augmenti, sed quandoque crescit in actu, quandoque disponitur ad augmentum. Et similiter aliquis retrocedit in via Dei non solum per diminutionem Charitatis, sed etiam per hoc, quod retardatur à proficiendo, vel etiam per hoc, quod disponitur ad casum, quorum vtrumque fit per veniale peccatum.

Et ad 17. Dicendum, quod feruor potest accipi dupliciter. Vno modo secundùm quod importat intensionem inclinationis amantis in amatum, & talis feruor est essentialis Charitati, & non diminuitur per veniale peccatum. Alio modo dicitur feruor Charitatis secundùm quod redundat in motus dilectionis, etiam in inferiores vires, & quodammodo non solum cor, sed etiam caro exultet in Deum. Et talis feruor diminuitur per veniale peccatum absque diminutione Charitatis.

Item 1. 2. *quæst.* 85. *art.* 2. Dicendum, quod prædicta inclinatio intelligitur vt media inter duo, fundatur enim sicut in radice in natura rationali, & tendit in bonum virtutis sicut in terminum, & finem.

Dupli-

Dupliciter ergo potest intelligi eius diminutio: vno modo ex parte radicis, alio modo ex parte termini; Primo quidem modo non diminuitur per peccatum, eo quod peccatum non diminuit ipsam naturam; sed diminuitur secundo modo, in quantum scilicet ponitur impedimentum pertingendi ad terminum.

La qual Dottrina parimente spiega 3. P. quæst. 87. art. 2. Dicendum, quòd sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter: vno modo per priuationem eius, quòd requiritur ad decorem, puta debiti coloris, aut debitæ proportionis membrorum: Alio modo per super inductionem alicuius impedientis decorem, putà luti, aut pulueris. Ita etiam Animæ inducitur macula, vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale; alio modo per inclintionem affectus inordinatam ad aliquid temporale, & hoc fit per peccatum veniale.

Non è da tralasciarsi quell'altra spiegatione, che accenna qu. 7. de malo art. 2. ad 4. Dato quod difficile mobile esset differentia constitutiua, adhuc ratio non sequeretur; quia quod aliquis habitus fiat de facili mobilis, potest contingere dupliciter. Vno quidem modo per se, quia scilicet non habet esse ita perfectum in subiecto: & sic quidquid diminueret hoc, quod est difficile mobile circa habitum, diminueret ipsum habitum. Alio modo per accidens, eo scilicet, quod inducitur dispositio ad contrarium. Vt si dicamus, quod forma aquę per susceptionem caloris fiat minus difficile mobilis; & tamen constat, quod forma substantialis non diminuitur. Et per hunc modum Veniale diminuit hoc, quod est difficile mobile circa charitatem. Vil delicet non quia auferat aliquid ei intrinsecum, seù quia disponit ad peccatum mortale, quo charitas euacuatur.

Et ad 16. Dicendum, quòd actus potest diminui dupliciter. Vno modo quantum ad facilitatem agendi, vt scilicet Homo non possit tantum agere; & sic quod diminuit actum, diminuit principium habitus, quod est forma. Alio modo quantum ad exequutionem actus; & sic non oportet, quod id quod diminuit actum, diminuat formam. Non enim diminuit grauitatem lapidis columna, quæ retinet ipsum, ne cadat deorsum, nec diminuit virtutem grestiuam Hominis, qui ligat ipsum. Et per hunc modum veniale diminuit actum charitatis, non autem primo modo.

Si deue dunque far molto conto, e gran ponderatione non solo de' peccati mortali, ma anche de' veniali; che però S. Bernardo Serm. de conuers. D. Pauli dice: Nemo dicat in corde suo, leuia sunt ista, non est magnum, si in his minimis, & venialibus peccatis maneamus. Hæc

enim, dilectissimi, est impœnitentia, & blasphemia in Spiritum Sanctum irremissibilis.

E la N. S. Madre De via perfectionis cap. 12. Contingit Animam omnes quas merendi habuerat occasiones amittere, & manere debiliorem, & ostium velut aperiri, vt Diabolus postea aliquid deterius ei instillet, & inspiret.

E se mi diranno soggionge la Santa cap. xvi. in fine: Non siamo Sancti. Risponde: Non sinat Deus, vt, si quando aliquid imperfecti commiserimus, dicamus; Non sumus Angeli, non sumus Sanctæ. Cogitate, esto iam Sanctæ non simus, nihilominus valdè bonum esse, cogitare, posse nos, si ad hoc connitamur, Deo auxiliarem manum à parte sua apponente, & nos iuuante, esse sanctas. Nolite timere, vt ipse in culpa sit, ac deficiat, si ipsæ in culpa non simus, & deficiamus quin firmiter præsumamus, ac speremus, mediante eius gratia nos id posse adipisci.

Auertite però vna cosa importante soggionge la Mistica Maestra iui Cap. XLI. Verum vbi anima solidam quandam in se determinationem sentiet Deum ob nullam omnino rem creatam offendendi, esto postea subinde labatur (sumus enim fragiles, nulloque modo ipsi nobis fidere possumus: imò quando solidius, & firmiùs propositum faciemus, minus tunc nobis fidere oportet, à solo quippe Deo fiducia, & confidentia nostra omnis veniat oportet) non propterea animum deponere, aut deijcere debemus; sed quamprimum veniam offensæ petere procuret. Quando enim id quod dixi, in nobis sentiemus tam anxij, & scrupulosi esse non debemus; Dominus quippe nobis fauendo aderit, Quin, & ipsa nos consuetudo ad eum non offendendum non parum iuuabit, &c.

Hor se il peccato veniale dispone al mortale si potrebbe vn poco hauer qualche più chiara notitia del peccato mortale per fuggir tanto più il veniale? Si. E sarà ciò il soggetto delln

SECONDA PARTE.

S. *Tomaso* 1. *quast.* 42. *art.* 6. *in c. parlando del Timore dice*: Dicendum, quòd obiectum timoris est malum: vnde illud quod facit ad augmentum mali, facit ad augmentum timoris: malum autem augetur non solum secundum speciem ipsius mali: sed etiam secundum circumstantias, inter cæteras autem circumstantias diuturnitas, vel etiam perpetuitas magis videtur facere ad augmentum mali: Ea enim quæ sunt in tempore secundum durationem temporis quodammodo mensu-

mensurantur: Vnde si pati aliquid in tempore ranto est malum, pati idem in duplo tempore apprehenditur, vt duplatum: & secundùm hanc rationem pati idem in infinito tempore, quod est perpetuò pati, habet quodāmodo infinitum augmentum; mala autem quæ postquam aduenerint, non possunt habere remedium, vel non de facili, accipiuntur, vt perpetua, vel diuturna: & ideò maximè redduntur timenda.

Hor che male più terribile, e da temere che il peccato mortale? Sentiamo la Nostra Dottora nel suo Castello dell'Anima cap.2. Velim consideretis, quàm informe, & triste spectaculum erit. Splendidum hoc, & pulchrum adeo Castellum, hanc Orientalem gemmam, hanc vitę arborem, in ipsis viuis vitæ aquis (Deo inquam) plantatam, in mortale aliquod crimen prolapsam videre. Nullæ sunt tenebræ adeò tenebrosæ, nulla caligo tam caliginosa, & atra, vt talis anima his non sit tetrior, & obscurior. Plura hac de re scire non curetis, quam quod, etsi idem Sol, qui antea ita ipsam illustrahat, & insigniebat, adhuc in Animæ illius centro sit, ita tamen ibi sit, quasi non esset, nihil scilicet vt de illius lumine ipsa participate possit, esto ad illius Maiestate fruendum, adhuc tam apta, & idonea sit, quam vitrum crystallinum, vt in Sole splendeat. Proinde nulla omninò res illam iuuat: atque inde fit, vt, quæcumque bona opera hoc in peccati mortalis statu facit, nihil omnino ei ad cœlestem gloriam consequendam, conducant: Nam, quod a principio illo, quod est Deus, (à quo virtus nostra habet, quod sit virtus) non procedant, sed ab illo nos sequestremus, oculis illius grata esse nō potest, cùm illius qui lethale peccatum committit, intentio demum sit, non tam Deo, quam Dæmoni gratificari, & placere, qui sicut ipsamet tenebra est, ita, & misera anima tota fit tenebra, & caligo.

E poco doppo. Audiui virum quendam spiritualem dicentem, non tam mirari se ea quæ quis in peccato mortali existens faciebat, quàm ea quæ non faceret. Pro sua nos Deus misericordia à tanto malo liberet: quandiu enim hic viuimus, nihil est quod hoc mali nomine queat appellari, quàm hoc vnum, eo quod mala æterna, nullum vnquam finem habitura, nobis adferat. Hoc est, Carissimæ, quod nos timere oportet, hoc quod nostris in orationibus à Deo petere: nisi enim ipse custodierit Ciuitatem, in vanum laborabimus eam custodiendo, cum ipsa simus vanitas.

Dicebat insuper illa Persona de qua supra, duo se emolumenta è gratia, quam sibi Dominus hoc indicando præstiterat, collegisse: Primò, maximum quendam timorem, ne quando eum nunquam offende-

ret: vnde nunquam non eum rogabat, ne in peccatum labi sineret, præsertim cum tam terribilia ex eo videret damna pullulare. Deinde speculum quoddam ad humilitatem, cum videret, omne quod agimus bonum, suum non à nobis ipsis, sed à fonte illo iuxta quem hæc animarum nostrarum arbor plantata est, & à Sole illo, qui operibus nostris calorem afflat, principium habere. Aiebat tandem, ita sibi clarè hoc repræsentatum esse, vt, cùm aut ipsa aliquod bonum faceret, aut fieri ab alio videret, ad illus mox principium recurreret, atque liquidò perspiceret, hoc sine auxilio nihil penitus nos posse; indeque sibi proueniret, quòd statim in Dei laudes prorumperet, & vt p'urimum sui ipsius, in bono, quod ageret, non recordaretur, illiusq; etiam obliuiscceretur.

Mà sentiamo parimente l'Angelico per hauer maggiori motiui di schiuar questo gran male del peocato mortale con nostro maggior merito, poiche com egli insegna nella 2. 2. *qu.*79. *art.* 1. *ad* 2. Dicendum, quòd declinare à malo, secundum quod ponitur pars iustitię, non importat negarionem puram, quod est non facere malum: Hoc enim non meretur palmam, sed solum vitat pœnam. Importat autem motum voluntatis repudiantis malum, vt ipsum nomen declinationis ostendit: & hoc est meritorium, præcipuè quando aliquis impugnatur, vt malum faciat, & resistit.

E se la volontà resiste, resiste poi onche l'appetito inferiore, e cosi tutto l'Huomo resta sicuro, e libero dal peccato, & ecco la ragione del S. D. qu. 25. *de verit. art.*4. Subduntur autem appetiuæ inferiores scilicet irascibilis, & concupiscibilis rationi triplicirer. Primò quidem ex parte ipsius rationis: cum enim eadem res sub diuersis conditionibus considerari possit, & delectabilis, & horribilis reddi, ratio opponit sensualitati mediante imaginatione rem aliquam sub ratione delectabilis, vel tristabilis, secundùm quod ei videtur: & sic sensualitas mouetur ad gaudium, vel tristitiam.

Secundò ex parte voluntatis: in viribus enim ordinatis ad inuicem, & connexis ita se habet, quod motus intensus in vna earum, & præcipuè in superiori redundat in aliam. Vnde cum motus voluntatis per electionem intenditur circa aliquid, irascibilis, & concupiscibilis sequuntur motum voluntatis: vnde dicitur in 3. de anima, quod appetitus mouet appetitum, superior scilicet inferiorem, sicut Sphæra Sphæram in corporibus cœlestibus.

La qual dottrina anche più chiaramente spiega 1. *p. qu.* 81. *art.* 3. *con queste parole*: Appetitus sensitiuus in alijs quidem animalibus natus est moueri ab æstimatiua virtute: sicut ouis æstimans iupum

inimi-

inimicum, timet. Loco autem æſtimatiuæ virtutis eſt in Homine vis cogitatiua, quæ dicitur à quibuſdam ratio particularis, eo quod eſt collatiua intentionum indiuidualium: Vnde ab ea natus eſt moueri, & dirigi in Homine ſecundùm rationem vniuerſalem: vnde in ſyllogiſticis, & vniuerſalibus propoſitionibus concluduntur concluſiones ſingulares. Et ideo patet quod ratio vniuerſalis imperat appetitui ſenſitiuo, & hic appetitus eſt ei obediens. Hoc etiam quilibet experiri poteſt in ſeipſo: applicado enim aliquas vniuerſales conſiderationes mitigatur ira, aut timor, aut aliquid huiuſmodi, vel etiam inſtigatur.

E può ſueglarſi tanto il timore che come dice il S. M. 1. 2. quæſt. 44. art. 3. ad 3. Quod quia in timore calor deſerit cor à ſuperioribus ad inferiora tendens, ideo timentibus maximè tremit cor, & membra, quę habent aliquam connexionem ad pectus, vbi eſt cor; vnde timentes maximè tremunt in voce propter vicinitatem vocalis arteriæ ad cor. Tremit etiam labium inferius, & tota inferior mandibula propter continuationem ad cor: Vnde & dentium ſtrepitus ſequitur, & eadem ratione brachia, & manus tremunt. Vel etiam, quia huiuſmodi membra ſunt magis mobilia; propter quod, & genua tremunt timentibus.

Hor doue con piu veaità ſi deuono caggionar tutti queſti effetti, che nel timore del gran male, che recca il peccato mortale?

P. 2. qu. 94. art. 3. ad 2. Natura Hominis poteſt dici illa, quę eſt propria hominis. & ſic omnia peccata in quantum ſunt contra rationem, ſunt contra naturam.

Vnde ad Rom. cap. 8. lect. 1. *lo proua col teſtimonio d'Iſaia c. 24.* Mutauerunt ius, diſſipauerunt pactum ſempiternum. *Doue ſoggionge S. Tomaſo:* Eſt autem conſiderandum, quod dupliciter eſt aliquid contra naturam hominis: vno modo contra naturam differentiæ conſtitutiuæ hominis, quæ eſt rationale: & ſic omne peccatum dicitur eſſe contra naturam hominis.

Item 2. 2. quæſt. 10. art. 3. Omne peccatum formaliter conſiſtit in auerſione à Deo.

Et quæſt. 118. art. 5. Omne peccatum ex hoc ipſo, quod eſt malum, conſiſtit in quadam corruptione, ſeu priuatione boni. *E doppo dice,* Quod corruptio, vel priuatio boni formaliter ſe habet in peccato. conuerſio autem ad bonum commutabile, materialiter.

Item quæſt. 126. art. 6. In peccato, *dice,* duo attenduntur: ſcilicet conuerſio ad commutabile bonum, quæ materialiter ſe habet in peccato: & auerſio à bono incommutabili, quæ eſt formalis, & completiua ratio peccati.

Item

Item 3. P. quæſt. 86. art. 4. ad 1. Culpa mortalis vtrumque habet. Et auerſionem à Deo; & conuerſionem ad bonum creatum: ſed auerſio à Deo eſt ibi ſicut formale, conuerſio autem ſicut materiale.

Mà diamo anche il luogo ad alcuni SS. Padri. S. *Dionisio cap.* 4. *de diu. nom.* Malum, quemadmodum ſæpè diximus, infirmitas, imbecillitas, ac priuatio eſt.

S. *Baſilio Homil.* 9 *nelle ſue Conſtitutioni Monaſtiche cap.* 3. Vitium nihil eſt aliud, quam Virtutis defectio.

Niſſeno Orat. Catechetica cap. 5. Non poſſumus cogitare aliam vitij generationem, quam Virtutis abſentiam.

Et cap. 7. Vitium omne, & improbitas in boni priuatione ſuam habet formam, & characterem: cum per ſe non ſit, neque conſideretur in eo, quod conſiſtat, nullum enim malum per ſe ſitum eſt extra liberam arbitrij electionem, ſed ita denominatur ex eo, quod non ſit bonum.

S. *Gio. Damaſceno lib.* 2. *de fide cap.* 4. Neque enim aliud eſt malum, quàm boni priuatio.

S. *Agoſtino tract.* 1. *in Ioannem ſopra quelle parole*, Sine ipſo factum eſt nihil, ideſt, *dice*, peccatum, quia peccatum nihil eſt, & nihil fiunt homines cum peccato.

Item S. *Tomaſo ſopra quelle parole del Salmo* 50. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, *cosi dice*: Videtur autem Deum iudicem contemnere, qui non timet peccare propter iudicium eius. Et ſimiliter contemnit Deum, vt teſtem, qui peccat in oculis eius.

In conformità del qual detto ſoggionge quæſt. 28. *de Veritate art.* 2. Quicumque rem aliquam digniorem indigniori poſtponit iniuriam ei facit: & tanto amplius, quantò res eſt dignior: quicumque autem in re temporali finem ſibi conſtituit, quod facit omnis mortaliter peccans, ex hoc ipſo quantum ad affectum ſuum præponit creaturam Creatori, diligens plus creaturam, quam Creatorem.

Item 1. 2. quæſt. 72. art. 5. Quando anima deordinatur per peccatum vſque ad auerſionem ab vltimo fine, ſcilicet Deo, cui vnimur per charitatem; tunc eſt peccatum mortale: ſicut in corporibus deordinatio mortis, quę eſt per remotionē principij vitæ eſt irreparabilis ſecundum naturam. Vnde ſicut in ſpeculatiuis qui errat circa principia imperſuafibilis eſt. Et ſimiliter in operationibus qui peccando auertitur ab vltimo fine, quantum eſt ex natura peccati, habet lapſum irreparabilem.

E cosi è come ſe già foſſe dannato 1. 2. *quæſt.* 85. *art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quod etiam in damnatis manet naturalis inclinatio ad Virtutem

tem in actum, contingit, quia deest gratia secundùm diuinam iustitiam, sicut etiam in Cœco remanet aptitudo ad videndum in ipsa radice naturæ, in quantum est animal naturaliter habens visum: sed non reducitur in actum, quia deest causa, quæ reducere possit formando organum, quod requiritur ad videndum.

Così chi è caduto in peccato mortale li manca la gratia, senza la quale non può rileuarsi da esso lib. 3. cant. Gent. cap. 157. Per peccatum enim mortale homo ab vltimo fine auertitur. In vltimum autem finem homo non ordinatur, nisi per gratiam. Per solam igitur gratiam homo potest a peccato resurgere.

Adhuc. Offensa nonnisi per dilectionem tollitur. Sed per peccatũ mortale homo offensam Dei incurrit. Dicitur enim, quod Deus peccatores odit in quantum vult eos priuare vltimo fine, quem his quos diligit præparat: Non ergo homo potest à mortali peccato resurgere, nisi per gratiam, per quam fit quædam amicitia inter Deum, & hominem. Hinc est, quod dicitur *Isa. 43.* Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. *Et in Psal. 83. 3.* Remisisti iniquitatem plebis tuæ: Operuisti omnia peccata eorum.

Ma quello che si deue anche sapere, è soggionge iui il S. M. c. 169. Che caduto già l'huomo in peccato mortale non si ferma in quel solo, mà và cadendo in altri: Etsi enim ad aliquod momentum ab aliquo peccati actu particulari possit abstinere propria potestate. Si tamen diù sibi relinquitur, in peccatum cadet, per quod gratiæ impedimentum præstatur. Cùm enim mens hominis à statu rectitudinis declinauerit, manifestum est quod recessit ab ordine debiti finis. Illud igitur, quod deberet esse in affectu præcipuum, tamquam vltimus finis, efficitur minus dilectum illo, ad quod mens inordinatè conuersa est sicut in vltimum finem. Quadocumque igitur occurrerit aliquid conueniens inordinato fini repugnans fini debito, eligetur nisi reducatur ad debitum ordinem, vt finem debitum omnibus præferat, quod est gratiæ effectus. Dum autem eligitur aliquid, quod repugnat vltimo fini, impedimentum præstat gratiæ, quæ dirigit in finem: vnde manifestum est, quod post peccatum non potest homo abstinere ab omni peccato; nisi per gratiam ad debitum ordinem reducatur.

Præterea. Cum mens inclinata fuerit ad aliquid non se iam habet æqualiter ad vtrumque oppositorum, sed magis ad illud ad quod fuit inclinata. Illud autem ad quod mens magis se habet eligit, nisi per rationis discussionem ab eo quadam solicitudine abducatur. Vnde, & in repentinis signum interioris habitus præcipuè accipi potest, Non est autem possibile mentem hominis continuè in ea vigilantia

esse

esse, vt per rationem discutiat quicquid debet velle, vel agere; vnde consequitur quod mens aliquando eligat id, ad quod est inclinata inclinatione manente. Et ita si inclinata fuerit in peccatum, non stabit diu quin peccet, impedimentum gratiæ præstans, nisi ad statum rectitudinis reducatur.

Mi dirai. Vediamo continuamente, che il Signor'Iddio riduce per la sua gratia i peccatori dal stato del peccato alla sua pristina amicitia. Dunque se bene hic, & nunc *io pecco, posso ben anche sperare il medesimo.*

Risponde parimente iui il S. D. cap. 161. Licet autem ille qui peccat impedimentum gratiæ præstet: Et in quantum ordo rerum exigit gratiam non deberet recipere: Tamen quia Deus præter ordinem rebus inditum operari potest, sicut cum cœcum illuminat, vel mortuum resuscitat, interdum ex abundantia bonitatis suæ etiam eos, qui impedimentum gratiæ præstant auxilio suo præuenit auertens à malo, & conuertens ad bonum. Sed sicut non omnes cœcos illuminat, nec omnes languidos sanat; vt & in illis quos curat opus virtutis eius appareat, & in alijs ordo naturæ seruetur: ita non omnes, qui gratiam impediunt auxilio suo præuenit, vt auertantur à malo, & conuertantur ad bonum, sed aliquos in quibus vult suam misericordiam apparere, ita quod in alijs iustitiæ ordo manifestetur. Hinc est quod Apostolus dicit *Roman.* 9 Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Cum autem Deus homines qui in eisdem peccatis detinentur, hos quidem præueniens conuertat: illos autem sustineat, siuè permittat secundùm ordinem rerum procedere, non est ratio inquirenda quare hos conuertat, & non illos: Hoc autem ex simplici eius voluntate dependet, sicuti ex simplici eius voluntate processit, quod cum omnia fierent ex nihilo, quædam facta sunt alijs digniora. Et sicut ex simplici voluntate procedit artificis, vt ex eadem materia similiter disposita quædam vasa formet ad nobiles vsus, & quædam ad ignobiles. Hinc est quod Apostolus dicit *Ad Rom.* 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. *E però*

Qui stat videat ne cadat, &c.

LAVS DEO.

DO-

Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Lucæ cap. 18.

Vnque sarà pur vero che il Peccatore con vn batter si il petto, con vn Deus propitius esto mihi peccatori *si giustifichi, e riconcili con Dio? Verissimo. E chi può mai dubitar di questo? mentre lo dice Christo la cui dottrina è confermata con tanti miracoli? Che però S. Tomaso nella 3. P. quæst. 43. art. 1. trattando* Vtrum Christus debuerit facere miracula *risponde*: Dicendum, quòd diuinitus conceditur homini miracula facere propter duo. Primò quidem, & principaliter ad confirmandam Veritatem quam aliquis docet: quia enim ea quæ sunt fidei humanam rationem excedunt, non possunt per rationes humanas probari; sed oportet quòd probentur per argumentum diuinæ virtutis, vt dum aliquis facit opera, quæ solus Deus facere potest, credantur ea, quæ dicuntur esse à Deo, sicut cum aliquis defert literas annulo Regis signatas creditur ex voluntate Regis processisse quod in illis continetur. Hoc autem circa Christum erat hominibus manifestandum quòd eius supernaturalis doctrina esset à Deo. Et ideo conuenientissimum fuit, vt miracula faceret. Vnde ipse dicit *Io.* 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et *Io.* 5. Opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa sunt, quæ testimonium perhibent de me. *Sicome soggiunge* 2. 2. *quæ.* 5. *art.* 2. de fide: Si aliquis Propheta prænunciaret in Sermone Domini aliquid futurum, & adhiberet signum mortuum suscitando, ex hoc signo conuinceretur intellectus videntis, vt cognosceret manifestè hoc dici à Deo, qui non mentitur, licet illud futurum, quod prædicitur, in se euidens non esset. Vnde quodlibet 2. *art.* 6. *ad* 4. *dice*: Contingere non potest, quòd aliquis falsam doctrinam annuncians vera miracula faciat, quæ nisi in virtute diuina fieri non possunt; sic enim Deus esset falsitatis testis, quod est impossibile. *Mentre dunque l'Incarnata Sapienza c'insegna stamane che con l'humiltà il Peccatore ottiene da Dio il perdono delle sue colpe, e si giustifica dobbiamo*

credere che fia così. Mà ſe oltre all' autorità di Chriſto ne deſiderano anche vdir *proue più diſtinte, attendino con ſanta patienza che hor hora le apporto.*

Diſſe già il Demonio alli noſtri primi Padri colà nel Paradiſo terreſtre. In quocunque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum *Gen. 3. n. 5.*

Doue S. Tomaſo Opuſc. 2. c. 183. dice: Vt in tranſgreſſionem præcepti facilius inclinaret Diabolus, illa promiſit, quæ homo natutaliter appetit, ſcilicet vitationem ignorantiæ dicens: Aperientur oculi veſtri, & perfectionem ſcientiæ, cum dixit: Scientes bonum, & malum: Homo enim ex parte intellectus naturaliter fugit ignorantiam, & ſcientiam appetit.

E perche dunque ſecero male à crederli?

Riſponde il S. D. con quell' altro paſſo di ſcrittura: Dic vt lapides iſti panes fiant *Lucæ 4. n. 4.* Magnum documentum, vt homo nihil faciat ad arbitrium Diaboli. Nihil vnquam Sapiens Dux debet facere ad arbitrium ſui hoſtis, etiamſi bonum videatur. Et ideo Dominus lapides in panes commutare noluit, quia ille ſuggerebat. *Così nell'altro caſo &c.*

Mi diranno. Talvolta può vno reſtar perpleſſo ſe il ſoggetto ſia di Dio, ò del Demonio. Riſpondo. Ariſtotile nella ſua Politica l. 3. c. 11. dice che Ægrotantes Medici ulios ad ſe Medicos vocant, & Magiſtri Paleſtræ, alios Magiſtros, quaſi nequeant verum diſcernere, qui de proprijs iudicant, & in affectu conſtituti ſunt. *Così dice il S. M. deue ſar ogn' vno nella vita ſpirituale. Raccorrer dalli Sapienti 2. 2. quæſt. 45. art. 5. doue parimente con Ariſtotile 1. Metaph. c. 2. inſegna che ad* Sapientem pertinet conſiderare cauſam altiſſimam, per quam certiſſimè de alijs iudicatur, & ſecundùm quam omnia ordinari oportet.

Se alcuno adunque non intende bene queſti ſenſi nel corrente Euangelo, raccorriamo parimente dal noſtro Sapientiſſimo Angelico.

E prima voglio apportarli qui vna dottrina importante del medeſimo S. M. lib. 2. contra Gentiles *cap. 162. il cui titolo è* Quod Deus nemini eſt cauſa peccandi, *e procede in tal modo:* Quamuis autem quoſdam Peccatores Deus ad ſe non conuertat, ſed in peccatis ſecundùm eorum merita eos relinquat: non tamen eos ad peccandum inducit: Homines enim peccant per hoc quòd deuiant ab ipſo quod eſt vltimus finis. Cum autem omne agens agat ad proprium finem vt ſibi conuenientem, impoſſibile eſt quòd Deo agente aliquis auertatur ab vltimo fine, qui Deus eſt. Impoſſibile igitur eſt quòd Deus aliquos peccare faciat.

Item bonum cauſa mali eſſe non poteſt: Sed peccatum eſt hominis malum; contrariatur enim proprio hominis bono quod eſt viuere

nere ſecundùm rationem. Impoſſibile eſt igitur quod Deus ſit alicui cauſa peccandi.

Præterea. Omnis Sapientia, & bonitas hominis deriuatur à Sapientia, & bonitate diuina: Sicut quædam ſimilitudo ipſius: repugnat autem Sapientiæ, & bonitati humanæ quod aliquem peccare faciat. Igitur multo magis repugnat diuinæ.

Adhuc. Peccatum omne ex aliquo defectu prouenit proximi agentis, non autem ex influentia primi agentis: Sicut peccatum claudicationis prouenit ex diſpoſitione tibiæ, non autem ex virtute motiua, cum tamen ex ea ſit quidquid de perfectione motus in claudicatione apparet: proximum autem agens peccati humani eſt voluntas: Eſt igitur defectus peccati ex voluntate hominis, non autem ex Deo, qui eſt primus agens à quo tamen eſt quicquid ad perfectionem actionis pertinet in actu peccati. Hinc eſt quòd dicitur *Eccl.* 15. Non dicas, ille me ſupplantauit; non enim neceſſarij ſunt ei homines impij. Et infra nemini mandauit impiè agere; Et nemini dedit ſpatium peccandi. *Et Iacobi* 1. dicitur: Nemo cum tentatur dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt.

Inueniuntur tamen quædam in Scripturis, ex quibus videtur quod Deus ſit aliquibus cauſa peccandi. Dicitur enim *Exodi* 10. Ego induraui cor Pharaonis, & Seruorum illius. Et *Iſa.* 6. Excæca cor Populi huius, & aures eius aggraua ne forte videant oculis ſuis, & conuertantur, & ſanem eos. *Et Iſa.* 63. Errare nos feciſti de vijs tuis, induraſti cor noſtrum ne timeremus te. Et *Rom.* 1. dicitur: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum vt faciant quæ non conueniunt. Quæ omnia ſecundùm hoc intelligenda ſunt, quòd Deus aliquibus non confert auxilium ad vitandum peccatum quod alijs quibuſdam confert. Hoc autem auxilium eſt non ſolum infuſio gratiæ, ſed etiam exterior cuſtodia per quam occaſiones peccandi homini ex diuina prouidentia tolluntur, & prouocantia ad peccatum comprimuntur. Adiuuat etiam Deus hominem contra peccatum per naturale lumen rationis, & alia naturalia bona quæ homini confert. Cum ergo hæc auxilia aliquibus ſubtrahit pro merito ſuæ actionis, ſecundùm quod eius iuſtitia exigit dicitur eos obdurare, vel excæcare, vel aliquid eorum quæ dicta ſunt.

Hor mi diranno. E in che modo l'huomo ſolo è quello che pecca? Riſpondeil S. D. quæſt. 3. de malo *art.* 12. *in corp.* Dicendum, quòd ſicut *Philoſophus dicit in* 3. *Ethic.* Aliqui poſuerunt quòd nullus voluntariè eſt malus. Contra quos *Philoſophus ibidem dicit*; Quòd irrationabile eſt dicere, quod aliquis velit adulterium committere, & non ve-

lit esse iniustus. Cuius ratio est quia voluntarium dicitur aliquid non solum si voluntas feratur in illud primò, & per se sicut in finem, sed etiam si feratur in illud, vt ad finem, sicut etiam infirmus non solum vult consequi sanitatem, sed etiam vult bibere medicinam amaram, quam aliàs nollet, ad hoc vt sanitatem consequatur: Et similiter Mercator proijcit merces in mare voluntariè, ne depereat nauis. Si ergo contingat, quòd aliquis intantum velit aliqua delectatione frui, puta adulterio, vel quocumque huiusmodi appetibili, vt non refugiat incurrere deformitatem peccati, quam percipit esse coniunctam ei, quòd vult, non solum dicetur velle illud bonum, quod principaliter vult, sed etiam ipsam deformitatem, quam pati elegit, ne bono cupito priuetur: Vnde adulter & delectationem vult quidem principaliter, sed secundariò vult deformitatem: Sicut ponit Augustinus exemplum *in lib.* de Sermone Domini in Monte: Quod aliquis propter amorem alicuius ancillæ voluntariè sustinet duram seruitutem Domini eius.

Sed hoc quòd aliquis intantum velit aliquod bonum commutabile, quod non refugiat auerti à bono incommutabili, potest contingere dupliciter: Vno modo ex eo quod nescit illi bono commutabili talem auersionem esse coniunctam: & tunc dicitur ex ignorantia peccare: Alio modo ex aliquo interius inclinante voluntatem in bonum illud: Inuenitur autem aliquid in alterum inclinari dupliciter: vno modo quasi ab alio passum, sicut cum lapis proijcitur sursum: alio modo per formam propriam, & tunc ex seipso inclinatur in illud; sicut cum lapis cadit deorsum: Et similiter voluntas inclinatur in bonum commutabile, cui adiungitur deformitas peccati, quandoque quidem ex aliqua passione: & tunc dicitur ex infirmitate peccare: Aliquando autem ex aliquo habitu, quando per consuetudinem, inclinari in tale bonum est ei iam versum quasi in habitum, & naturam; & tunc ex proprio motu absque aliqua passione inclinatur ad illud: Et hoc est peccare ex electione siue ex industria, aut ex certa scientia, aut etiam ex malitia.

E l'ometterla potrebbe anche arriuar à peccato mortale 2. 2. quæſt. 33. art. 2. ad 3. Prætermittitur fraterna correctio cum peccato mortali, quando ſcilicet formidatur iudicium vulgi, & carnis excruciatio, vel peremptio; dum tamen hæc ita dominantur in animo, quod fraternæ Charitati præponantur: & hoc videtur contingere, quando aliquis præſumit de aliquo delinquente probabiliter, quòd poſſet eum à peccato retrahere, & tamen propter timorem, vel cupiditatem prætermittitur.

Mà qui entra vna bella curioſità, ſe ſia lecito trattar con Infedeli, ò pure dobbiamo ſfugirli mentre ſi legge nel Deuteronomio cap. 7. Non inibis cum eis fœdus, neque ſociabis cum eis connubia. *A queſto ſi riſponderà nella*

SECONDA PARTE.

S. *Tomaſo 2. 2. quæſt. 19. a. 7. in corp.* Cum ſapientia ſit cognitio diuinorum, aliter conſidratur à nobis, & aliter à Philoſophis. Quia enim vita noſtra ad diuinam fruitionem ordinatur, & dirigitur ſecundum

dùm quandam participationem diuinæ naturæ, quæ eſt per gratiam, Sapientia ſecundùm nos, non ſolum conſideratur, vt eſt cognoſcitiua Dei, ſicut apud Philoſophos: ſed etiam vt eſt directiua humanæ vitę, quæ non ſolum dirigitur ſecundùm rationes humanas, ſed etiam ſecundùm rationes diuinas, vt patet per Auguſtinum 12. de Trinit. *E da queſte ragioni diuine coclude*: Oportet ſumere principium, vt homo Deum reuereatur, & ſe ei ſubijciat. Sic enim conſequenter in omnibus ſecundùm Deum regulabitur.

Hor come dunque dobbiamo oſſeruar la detta regola, che il Signoe'Iddio dà nel citato Teſto.

Andiamo dal S. D. nella 2. 2: *quæſt.* 10. *art.* 9. Dicendum, quòd communio alicuius perſonę interdicitur fidelibus dupliciter: Vno modo in pęnam illius, cui cõmunio fidelium ſubtrahitur: Alio modo ad cautelam eorũ, quibus interdicitur, ne alijs communicent: Et vtraq; cauſa ex verbis Apoſtoli accipi poteſt 1. *ad Cor.* 5. Nampoſtquã ſententiã excõmunicationis protulit, ſubdit pro ratione, Neſcitis, quia modicũ fermentũ totam maſſam corrũpit: Et poſtea rationem ſubdit ex parte pęnæ per iudicium Eccleſiæ illatæ cum dicit, Non ne de his, quæ intus ſunt vos iudicatis? Primò ergo modo non interdicit Eccleſia fidelibus communionem infidelium, qui nullo modo fidem Chriſtianam ſuſceperunt, ſcilicet Paganorum, vel Iudæorum; quia non habent de eis iudicare ſpirituali iudicio, ſed temporali, in caſu, cum inter Chriſtianos commorantes aliquam culpam committunt, & per fideles temporaliter puniuntur. Sed iſto modo, ſcilicet in pœnam, interdicit Eccleſia fidelibus communionem illorum infidelium, qui à fide ſuſcepta deuiant, vel corrumpendo fidem, ſicut hæretici; Vel etiam totaliter à fide recedendo, ſicut Apoſtatæ, in vtroſque enim horum excommunicationis ſententiam profert Eccleſia.

Sed quantùm ad ſecundùm modum videtur eſſe diſtinguendum ſecundùm diuerſas conditiones perſonarum, & negotiorum; Si enim aliqui fuerint firmi in fide, ita quod ex communione eorum cum infidellibus conuerſio infidelium magis ſperari poſſit, quàm fidelium à fide auerſio, non ſunt prohibendi infidelibus communicare, qui fidem non ſuſceperunt, ſcilicet Paganis, vel Iudæis, & maximè ſi neceſſitas vrgeat. Si autem ſint ſimplices, & infirmi in fide, de quorum ſubuerſione probabiliter timeri poſſit, prohibendi erunt ab infidelium communione, & præcipuè ne magnam familiaritatem cum eis habeant, vel abſque neceſſitate cum eis communicent:

Et ad 3. *Stende anche la Dottrina in tal caſo.* Dicendum, quòd magis eſt probabile, quòd Seruus, qui regitur imperio Domini, con-

uertatur ad fidem Domini fidelis, quam è conuerſo : Et ideo non eſt prohibitum, quin fideles habeant ſeruos infideles : Si tamen Domino periculum immineret ex communione talis ſerui, deberet eum à ſe abijcere, ſecundùm illud mandatum Domini *Matth.* 18. Si pes tuus ſcandalizauerit te, abſcinde eum, & proijce abs te.

Doue S. Chriſoſtomo portato da S. Tomaſo in Catena Non autem hoc de membris corporalibus dicit; ſed de amicis, quos in ordine neceſſariorum habemus. Nihil enim ita nociuum, vt conuerſatio mala.

Rab. ibi Scandalum quippe ſermo Græcus eſt, quod nos offendiculum, vel ruinam, & impactionem pedis dicere poſſumus. Ille ergo ſcandelizat fratrem qui ei dicto, factoue minus recto occaſionem ruinæ dederit.

E S. Girolamo portato iui parimente. Igitur omnis truncatur affectus, & vniuerſa propinquitas amputatur: ne per occaſionem pietatis vnuſquiſque credentium ſcandalis pateat. Si, inquit, ita eſt tibi coniunctus, vt manus, pes, & oculus, & eſt vtilis, atque ſolicitus, & acutus ad perſpiciendum, ſcandalum autem tibi faciat, & propter morum diſſonantiam te pertrahat in gehennam: melius eſt, vt propinquitate eius careas, & emolumentis carnalibus, quàm dum vis lucrifacere Cognatos, & neceſſarios, cauſam habeas ruinarum. Nouit enim vnuſquiſque credentium quid ſibi noceat, vel in quo ſolicitetur animus, ac ſæpè tenetur. Melius eſt enim vitam ſolitariam ducere, quàm ob vitæ præſentis neceſſaria, vitam æternam perdere. *E ſe ciò dice de Parenti, tanto più delli altri.*

Mi diranno come và dunque che dice iui Chriſto Signor noſtro Neceſſe eſt, vt veniant ſcadala. *Qunque non ne potiamo far di meno di ſtar con ſimil Gente, e patir i loro ſcandali.*

Riſponde S. Gio. Criſoſtomo citato iui ſimilmente dal S. D. Cum autem dicit, Neceſſe eſt, non deſtruit libertatem arbitrij, neque neceſſitati aliquarum rerum ſupponit, ſed quod omnino futurum eſt prædicit. Scandala quidem ſunt prohibitiones rectæ viæ, non autem prædictio Chriſti ſcandala inducit, neque quia prædixit, propter hoc fit, ſed quia omnino futurum erat, propter hoc prædixit.

Mà di qui ſegue vn'altro bel dubio dice il S. Si omnes arguantur, & nullus ſit, qui ſcandala afferat, non ne mendacij arguetur hic Sermo? *Riſponde*. Nequaquam, quia enim præuidit inemendatos futuros homines eſſe, propter hoc dixit. Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, ideſt omnino venient: Si autem corrigendi non eſſent, non dixiſſet.

Gloſſ. Vel neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, quia ſunt neceſſaria, ideſt, vtilia, vt qui per hoc probati ſunt, manifeſti fiant.

Chriſoſt.

Chryſoſt. Scandala enim erigunt homines,& acutiores eos faciunt, & eum qui cadit velociter erigunt, in quantùm ſcilicet ingerunt ſolicitudinem.

Orig. Vel venientia Scandala ſunt Angeli Sathanæ, nec tamen putes ſecundùm naturam, vel ſubſtantiam eſſe huiuſmodi ſcandala; ſed libertas arbitrij in quibuſdam genuit ſcandalum, volens ſuſcipere pro virtute laborem. Non poteſt autem eſſe verum bonum,niſi habeat impugnationē mali. Sic ergo neceſſe eſt venire ſcandala, ſicut neceſſe eſt ſuſtinere malitiā cęleſtiū,quia magis irritantur,quātò magis Verbum Chriſti in ominibus inualeſcens, expellit ab eis malignas virtutes.

Quindi ſoggionge iui: Origenes ait. Non ſunt Diſcipuli Chriſti de hoc mundo; vnde non poteſt eis eſſe à ſcandalis Væ: nam etſi multa ſunt ſcandala,non tangunt eum, qui non eſt de mundo. Si autem adhuc eſt de hoc mundo, propterea qnòd diligit mundum,& quę ſunt in mundo, tanta ſcandala comprehendent eum, quantis eò fuetat obligatus in mundo.

Et 2. 2. qu.43. art.5. ad 3. Dicendum, quòd perfecti viri ex infirmitate carnis incidunt interdum in aliqua peccata venialia, non autem ex aliorum dictis, vel factis ſcandalizantur ſecundùm veram ſcandali rationem: ſed poteſt eſſe in eis quædam appropinquatio ad ſcandalum, ſecundum illud *Pſal.* 72. Mei pene moti ſunt pedes.

Ma diciamo anco tutto il corpo dell'Articolo, che è molto importante. Dicendum, quòd ſcandalum paſſiuum importat quandam commotionem animi à bono in eo, qui ſcadalum patitur; nullus autem commouetur, qui rei immobili firmiter inhæret. Maiores autem ſiue perfecti ſoli Deo inhærent, cuius eſt immutabilis bonitas; quia etſi inhæreant ſuis Prælatis,non inhærent eis,niſi in quantū illi inhærent Chriſto,ſecundùm illud 11. *ad Cor.*4. Immitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Vnde quantūcūque videant alios inordinatè ſe habere dictis, velfactis,ipſi à ſua rectitudine non recedūnt,ſecundum illud *Pſal.*124. Qui confidunt in Domino,ſicut Mons Syon,non commouebitur in æternum qui habitat in Ieruſalem. Et ideo in his,qui perfectè Deo adhęrent per amorem,ſcandalum non inuenitur,ſecundùm illud *Pſal.* 618. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.

Di che ne apporta anche vn'altra ragione intrinſeca iui art. 1. Dicendum, quòd ſicut Hieronymus dicit,Quod Grecè ſcandalum dicitur, nos offenſionem, vel ruinam, vel impactionem pedis poſſumus dicere. Contingit enim quòd quandoque aliquis obex ponitur alicui in uia corporali, cui inpingens diſponitur ad ruinam: & talis obex dicitur ſcandalum: & ſimiliter in proceſſu uiæ ſpiritualis contingit aliquem

diſponi ad ruinam ſpiritualem per dictum, uel factum alterius, in quantùm ſcilicet aliquis ſua admonitione, uel inductione aut exemplo alterum ttahit ad peccandum: Et hoc propriè dicitur ſcandalum: Nihil autem ſecundùm propriam rationem diſponit ad ſpiritualem ruinam, niſi ſecundùm quòd habet aliquem defectum rectitudinis; quia id quod eſt perfectè rectum magis munit hominem contra caſum, quàm ad ruinam inducat.

Che però ci laſciò ſcritto la N. S. Madre De via perfectionis cap. 21. Date operam, vt ſemper mundã hebeatis conſcientiam, & humilitatem: quidquid Mundi huius eſt omnimodis contemnite; firmiter denique credite quidquid Sancta Mater noſtra Eccleſia credendum proponit Et hoc ſifeceritis, certæ eſtote per bonam uos uiam incedere. Nolite, ut ante monui, timere ea in quibus nulla timoris ſubeſt occaſio.

Et eccone ſubito la ragione dell'Angelico 2. 2. *quuſt.* 19. *art.* 8. *ad* 2. Dicendum, quòd Timor initialis non timet pœnam, ſicut proprium obiectum; ſed in quantùm habet aliquid de timore ſeruili adiunctum, qui ſecundùm ſubſtantiam manet quidem cum charitate, ſeruilitate remota, ſed actus eius manet quidem cum charitate imperfecta in eo, qui non ſolùm mouetur ad benè agendum ex amore iuſtitiæ, ſed etiam ex timore pœnæ. Sed iſte actus ceſſat in eo, qui habet Charitatem perfectam, quæ foras mittit timorem habentem pœnam, vt dicitur 1. *Io.* 4.

E ſe vi veſta alcun timore è ſolo filiale: iui art. 10. *ad* 3. Dicendum, quòd timor filialis non importat ſeparationem, ſed magis ſubiectionem ad Deum. Separationem autem refugit à ſubiectione ipſius: ſed quodammodo ſeparationem importat per hoc, quòd non præſumit ſe ei adæquare, ſed ei ſe ſubijcit, quæ etiam ſeparatio inuenitur in charitate, in quantùm diligit Deum ſupra ſe, & ſupra omnia: Vnde amor charitatis augmentatus reuerentiam timoris non minuit, ſed auget. *Et* 1. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1. *nell'Argomento*, Sed contra, *apporta l'autorità di S. Agoſtino in lib.* 83. *quæſtionum doue dice*: Nulli dubium eſt non aliam eſſe metuendi cauſam, niſi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum. Omnis ergo timor cauſatur ex hoc quòd aliquid amamus. Amor igitur eſt cauſa timoris, *Che però queſto timore ſoggionge il S. M.* 2. 2. *qu.* 19. *art.* 9. Eſt numerandus inter ſeptem dona Spiritus Sancti, quæ non ſunt ſine charitate, vt dictum eſt. *E tanto baſti.*

DO

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Beati oculi, qui vident, qui vos videtis.

Lucæ cap. 10.

Quanto importa il ſapere, e l'eſſer intelligente, poiche come dice S. Tomaſo 1.p. q.14. art.4. in corp. Intelligere eſt perfectio,& actus intelligentis. *Et è tale perfettione, che in Dio* eſt eius ſubſtantia : Vnde dicit Auguſtinus lib.7. de Trinit. Deo hoc eſt eſſe, quòd ſapientem eſſe: *Mà che ? Parlaua Chriſto alli Hebrei, e pure gli diceuano* Demonium habes. *Lucæ 11: n.15. E ſe le ſue parole erano ſapienza diuina, come poteuano dir cosi ? Riſponde il S. D.* Conſuctudo rudium eſt, quòd cum talia audiunt quæ ipſi non capiunt, diabolica,ac deliramenta reputant. Vnde Origenes : Demonium illum habere dicebant Iudæi propter eius Sermones tranſcendentes capacitatem humanam, quibus Deum Patrem ſuum aſſerebat,ſe deſcendiſſe de Cælo,& cætera huiuſmodi, *Horsù non credo che alcuno di loro,che ſono qui preſenti ſia tale. E però molto volõtieri ogn'vno ſentrà ciò che dice nel corrente Euangelio Chriſto Signor Noſtro* Beati oculi, &c.

S. Giouanni Criſoſtomo portato qui da Vgon Card. dice,che Philoſophi de Deo quærere contendentes, nihil aliud ſe inueniſſe confeſſi ſunt, niſi quòd incognoſcib:lis eſt Deus,ſicut qui innauigabilem Oceanum vſurpat nauigare, dum non poteſt tranſire, neceſſe eſt, vt per eandem viam reuertatur. Sic illi ab ignorantia ceperunt,& in ignorantiã finierunt. *Ad ogni modo dice S. Paolo* 1. *Cor. c.* 1. Quia non cognouit Mundus per ſapientiam Deum,placuit Deo per ſtultitiam Prædicationis ſaluos facere credentes, *communicandoli col lume della fede non ſolo la cognitione di ſe ſteſſo,mà ancora facẽdoli per mezzo dell'oſſeruãza della legge Euangelica capaci della ſua Beatifica viſione, che però dice Chriſto.* Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. *doue il detto Vgone in ſenſo miſtico cosi eſpone :* Beati oculi,qui vident, quæ vos videtis modo in Gloria per ſpeciem: Vnde Regina Saba 3. *Reg.* 19. dixit Salomoni. Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. *Cosi anche l'intende S. Teofilo portato qui parimente in Catena da S. Tomaſo* : Quia ſuperius dixerat, Nemo nouit quid ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare, beatificat Diſcipulos

quibus

quibus Pater per eum reuelatur: vnde dicitur: Et conuerſus ad Diſcipulos dixit: Beati oculi, qui vidēt, quæ vos videtis: *Mà non ſolo dice il medeſimo Santo, dichiara Chriſto Beati quelli, che già vedono Dio: Mà di più* Beatificat eos, & omnes ſimpliciter, qui eum fide reſpiciunt, *Che è vna gran conſolatiene per noi che profeſſiamo tal Fede: Onde diſtinguete dice l'Angelico in c.21. Io. lect.1. vna beatitudine dall'altra, poiche* Duplex eſt beatitudo: vna eſt rei quæ conſiſtit in munere diuino, de quo quantò alicui plus conceditur tantò beatior eſt. Et ſic quantùm ad hoc beati ſunt oculi qui vident, quia hoc eſt munus gratiæ. Alia eſt beatitudo ſpei quæ conſiſtit in merito: vnde ſecundùm hanc tantò quis beatior eſt, quantò poteſt plus mereri. Plus autem meretur qui credit, & non vidit, quàm qui videns credit. *Come già diſſe Chriſto* S. N. Beati, qui non viderunt, & crediderunt.

E di queſta ſeconda Beatitudine ſarà il preſente Diſcorſo. Attenti, & incomincio.

E prima ſuppongo vn'aniſo importante, che dà S. Tomaſo Opuſc. V. c.2. ad Cantorem Antiochenum. Quòd in Diſputationibus contrà infideles de Articulis fidei non ad hoc conari debes, vt fidem rationibus neceſſarijs probes. Hoc enim ſublimitati fidei derogaret: cuius veritas non ſolum humanas mentes, ſed etiam Angelorum excedit. A nobis autem creduntur quaſi ab ipſo Deo reuelata: quia tamen quod à ſumma veritate procedit falſum eſſe non poteſt: nec neceſſaria ratione impugnari valet, quod falſum non eſt: fides noſtra neceſſarijs rationibus ſicut probari non poteſt: quia humanam mentem excedit: ita improbari neceſſaria ratione non poteſt propter ſui veritatem. Ad hoc igitur debet tendere Chriſtiani diſputatoris intentio in articulis fidei non vt fidem probet: ſed vt fidem defendat. Vnde, & Beatus Petrus non dicit: parati ſemper ad probationem; ſed ad ſatisfactionem: vt ſcilicet, rationabiliter oſtendatur non eſſe falſum quod fides Catholica confitetur.

A noi adeſſo: Beati oculi, &c. *Sant'Agoſtino ſuper Ioannem dice:* Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet pulchritudinis ſpecies, & tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis, vel decoris, ex illa procedit, ſic ex fidei humilitate quicquid meriti, quicquid beatitudinis Anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamento procedit.

Et eccone ſubito la ragione di S. Tomaſo 2. 2. *qu.4. art.5.* Cum enim credere ſit actus intellectus aſſentientis vero ex imperio voluntatis, ad hoc quòd iſte actus ſit perfectus, duo requiruntur, quorum vnum eſt, vt infallibiliter intellectus tendat in ſuum obiectum, quod eſt verum. Aliud autem eſt, vt infallibiliter voluntas ordinetur ad vltimum

mum finem, propter quem assentit vero; Et vtrumque inuenitur in actu fidei formatæ: Nam ex ratione ipsius fidei est, quòd intellectus semper feratur in verum: quia fidei non potest subesse falsum. Ex Charitate autem quæ format fidem habet Anima, quòd infallibiliter voluntas ordinetur in finem bonum.

Che la nostra Fede sia infallibile lo proua poi il S. D. in più luoghi, e prima nella 2. 2. quæst. 1. art. 1. doue tratta espressamente Vtrum obiectum fidei sit veritas prima, *e dice che* si in fide consideremus formalem rationem obiecti, nihil est aliud quam veritas prima. Non enim fides, de qua loquimur, assentit alicui vero, nisi quia est à Deo reuelatum.

Item *quæst. 5. art. 3.* Formalis ratio obiecti fidei est veritas prima secundùm quod manifestatur in Scripturis Sacris, & Doctrina Ecclesiæ.

Et ne assegna la ragione quæst. 174. art. 6. ad 3. dicendo che singulis temporibus, scilicet Ecclesiæ, non defuerunt aliqui prophetiæ spiritum habentes, non quidem ad nouam Doctrinam Fidei depromenda, sed ad humanorum actuum directionem.

La quale non può hauer maggior sicurezza che mediante vna Fede euidentemente credibile come dice il S. D. iui quæst. 7. art. 4. ad 2. Dicendum, quòd ea, quæ subsunt Fidei, dupliciter considerari possunt. Vno modo in speciali, & sic non possunt esse simul visa, & credita, sicut dictum est: Alio modo in generali, scilicet sub ratione communi credibilis, & sic sunt visa ab eo, qui credit; non enim crederet, nisi videret ea esse credenda, vel propter euidentiam signorum, vel propter aliquid huiusmodi.

L'istessa Dottrina apporta più diffusamente 1. contra Gent. c. 6. Hæc enim Diuinæ Sapientiæ secreta ipsa Diuina Sapientia dignata est hominibus reuelare; Quæ doctrinæ, & inspirationis veritatem conuenientibus argumentis ostendit, dum ad confirmandum ea, quæ naturalem cognitionem excedunt, opera visibiliter ostendit, quæ totius naturæ superant facultatem, videlicet in mirabili curatione languorum, mortuorum suscitatione, cœlestium corporum mirabili immutatione; Et quod est mirabilius, humanarum mentium inspiratione, vt idiotæ, & simplices dono Spiritus Sancti repleti summam sapientiam, & facundiam in instanti consequerentur. Quibus inspectis prædictæ probationis efficacia, non armorum violentia, non voluptatum promissione, & quod est mirabilissimum, inter persequutorum tyrannidem innumerabilem turbam, non solum simplicium, sed etiam Sapientissimorum Hominum ad Fidem Christianam conuocauit. In qua omnem humanum intellectum exceden-

cedentia prædicantur, voluptates carnis cohibentur, & omnia quæ in mundo ſunt, haberi contemptui docentur. Quibus mortalis animus aſſentire, & maximum miraculum eſt, & manifeſtum Diuinæ inſpirationis opus.

E poco doppo ſoggionge. Hæc autem tam mirabilis mundi conuerſio ad fidem Chriſtianam indicium certiſſimum eſt præteritorum ſignorum, vt ea vlterius iterari neceſſe non ſit, cum in ſuo effectu appareant euidenter. Eſſet autem omnibus ſignis mirabiliùs, ſi ad credendum tam ardua, & operandum tam difficilia, & ad ſperandum tam alta mundus abſque mirabilibus ſignis à ſimplicibus hominibus inductus fuiſſet. Quamuis non ceſſet Deus etiam noſtris temporibus ad confirmationem Fidei per Sanctos ſuos mirabilia operari.

Siche chi crede la noſtra fede non è leggero di mente mà molto ſauio, e prudente 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 9. *ad* 3. Dicendum, quòd ille qui credit, habet ſufficiens inductiuum ad credendum; inducitur enim authoritate Diuinæ Doctrinæ miraculis confirmatæ; Et quod plus eſt, interiori inſtinctu Dei inuitantis. Vnde non leuiter credit, cum habeat ſufficiens inductiuum ad credendum.

Che però dice il S. M. iui quæſt. 1. *art.* 3. Fidei non poteſt ſubeſſe falſum. *E lo proua in corp. Articuli così.* Dicendum, quòd nihil ſubeſt alicui potentiæ, vel habitui, aut etiam actui, niſi mediante ratione formali obiecti; ſicut color videri non poteſt niſi per lucem, & concluſio fieri non poteſt niſi per medium demonſtrationis. Dictum eſt autem, quod ratio formalis obiecti Fidei eſt veritas prima, vnde nihil poteſt cadere ſub Fide, niſi inquantum ſtat ſub veritate prima, ſub qua nullum falſum ſtare poteſt: ſicut nec non ens ſub ente, nec malum ſub bonitate. Vnde relinquitur, quòd Fidei non poteſt ſubeſſe aliquod falſum.

E però non ſi può dire che Iddio ſia buggiardo; Ilche ſi proua maggiormente ſupponendo la Dottrina, che dà il S. M. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 7. *doue riſolue* quod ratio mendacij ſumitur à formali falſitate, ſecundùm; hoc ſcilicet, quòd aliquis habet voluntatem falſum enuntiandi vnde & mendacium nominatur ex eo, quòd contra mentem dicitur.

Ilche non può attribuirſi à Dio che è l'iſteſſa Verità, e ſenza ſimulatione parla quæſt. 111. *art.* 1. Ad virtutem veritatis pertinet, vt quis talem ſe exhibeat exterius per ſigna exteriora, qualis eſt: Signa autem exteriora non ſolum ſunt verba, ſed etiam facta. Sicut ergo veritati opponitur, quòd aliquis per verba exteriora aliud ſignificet, quàm quod habet apud ſe, quod ad mendacium pertinet; ita etiam opponitur, quòd aliquis per aliqua ſigna factorum, vel rerum aliquid

quid ſignificet contrarium eius, quod in eo eſt, quod propriè ſimulatio dicitur. Vnde ſimulatio propriè eſt mendacium quoddam in exteriorum ſignis factorum conſiſtens. Non refert autem, vtrum aliquis mentiatur verbo, vel quocumque alio facto, vt ſupra habitum eſt, *cioè quæſt. 110. art. 1. doue in riſpoſta ad 2. cosi dice:*

Dicendum, quod ſicut *Auguſt. dicit in lib. 2. de Doctrina Chriſt ia. na cap. 3.* Voces præcipuum locum tenent inter alia ſigna. Et ideò cùm dicitur, quòd mendacium eſt falſa vocis ſignificatio, nomine vocis intelligitur omne ſignum. Vnde ille, qui aliquid falſum nutibus ſignificare intenderet, non eſſet à mendacio immunis.

Ma mi diranno in S. Luca c. vlt. ſi dice di Chriſto S. N. che Finxit ſe longius ire: fictio autem ſimulatio quædam eſt, vt de ſe liquet: Si ergo ſimulatio mendacium eſt, ſequitur quod Deus ſaltem in natura aſſumpta fuerit de facto mentitus, & falſa loquutus.

Riſponde vbi ſupra in reſponſ. *ad 1.* Dicendum, quod ſicut *Auguſtinus dicit in lib. 2. de quæſtionibus Euangelij cap. 51.* Non omne quod fingimus, mendacium eſt; ſed quando aliquid fingimus, quod nihil ſignificat, tunc eſt mendacium. Cum autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis. Et ſubiungit exemplum de figuratis loquutionibus, in quibus fingitur quædam res, non vt aſſeratur ita eſſe, ſed eam proponimus vt figuram alterius, quam aſſerere volumus. Sic ergo Dominus in Euangelio finxit ſe, longius ire, quia compoſuit motum ſuum quaſi volentis longius ire, ad aliud figurate ſignificandum, ſcilicet quod ipſe ab eorum fide longè erat, *vt Gregorius dicit homil. 23. in Euang. vel vt Auguſt. dicit in lib. 2. quæſt. Euang. cap. vlt.* Quia cum longius receſſurus eſſet aſcendendo in Cœlum, per hoſpitalitatem quodammodo retinebatur in terra.

Che però implica che Iddio dica il falſo: onde ſi legge nei Numeri cap. 23. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur.

E l'Apoſtolo S. Paulo ad Hebr. 6. Interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.

Doue l'Angelico lect. 4. Sciendum, quod in his, quæ à Deo procedunt, duo ſunt conſideranda, ſcilicet ipſe proceſſus rerum, & conſilium Dei, à quo talis proceſſus cauſatur. Conſilium Dei eſt omninò immobile *Iſa. 41.* Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Sed diſpoſitio eſt benè mutabilis. Nam Dominus aliquando pronunciat aliquid ſecundùm quod exigit proceſſus, & ordo rerum, ſicut patet *Iſaiæ 31.* Diſpone domui tuæ quia morieris tu, & non viues: Habebat enim curſus infirmitatis, quod ex illa morere-

tur. Et tunc prophetia eſt comminationis. Quandoque verò pronunciatur aliquid ſecundùm quòd reſpicit conſilium Dei æternum; & ſuper hoc nunquam pœnitet, neque illud retrahit. Tamen ſciendum eſt, quod quandocumque Dominus promittit aliquid ſub iuramento, eſt prophetia oſtenſiua prædeſtinationis, quæ eſt oſtenſiua diuini conſilij. Et iſta promiſſio penitus immutabilis eſt.

Laonde ſe il Signor Iddio riuelaſſe à qualcheduno la ſua Predeſtinatione, ſarebbe tal riuelatione infallibile, come ſi caua da quel Canone del S. Concilio Tridentino ſeſs. 6. Can. 16. doue dice: Si quis magnum illud vſque in finem perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta, & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, anathema ſit.

Che però ſoggionge S. Agoſtino lib. 1. de Symbol. in principio eſſendo Dio omnipotente ne può ingannar alcuno, ne eſſer ingannato: Deus omnipotens eſt, & cum ſit omnipotens falli non poteſt, mori non poteſt.

E doppo: Quàm multa non poteſt, & omnipotens eſt? Et ideò omnipotens, quia iſta non poteſt. Nam ſi mori poſſet, non eſſet omnipotens: Si mentiri, ſi fallere, ſi falli, ſi iniquè agere, non eſſet omnipotens. Quia ſi hoc in eo fuiſſet, non fuiſſet dignus, qui eſſet omnipotens.

E cosi in Dio non può cadere alcun diffetto: Che però ſopra quel paſſo di S. Giouanni: Io. 1. Sine ipſo factum eſt nihil *dice S. Tomaſo lect.* 2. Sicut ars non eſt principium, ſeu cauſa alicuius defectus in artificiatis, ſed per ſe eſt cauſa perfectionis eorum, & formæ, ita & Verbum, quod eſt ars Patris plena rationum viuentium, non eſt cauſa alicuius mali, vel inordinationis in rebus, & præcipuè mali culpæ, quod habet perfectam rationem mali. *E cosi ne meno del male dell' errore, ò ſia falſità.*

Si come dice il S. D. 2. 2. quæſt. 3. art. 9. Fides primò, & principaliter in ſpeculatione conſiſtit, in quantum ſcilicet inhæret Primæ Veritati. Sed quia Prima Veritas eſt etiam vltimus finis, propter quem operamur, inde etiam eſt, quod Fides ad operationem ſe extendit, ſecundùm illud *ad Galat.* 5. Fides per dilectionem operatur. Vnde etiam oportet, quòd donum Sapientiæ (*che corriſponde alla Fede*) primò quidem, & principaliter reſpiciat ſpeculationem, in quantum ſcilicet homo ſcit quid fide tenere debeat; Secundariò autem ſe extendit ad operationem, ſecundùm quod per ſcientiam credibilium, & eorum quæ ad credibilia conſequuntur, dirigimur in agendis.

E la noſtra dirrettione deue concordar con la diuina perche come ſoggionge poi quæſt. 171. *art.* 6. Dicendum, quod prophetia eſt quædam cogni-

tio

tio intellectui Prophetæ impressa ex reuelatione Diuina per modum cuiusdam Doctrinæ. Veritas autem cognitionis est eadem in Discipulo, & in Docente; quia cognitio addiscentis est similitudo cognitionis Docentis.

Dal che conclude: Oportet igitur eandem esse veritatem propheticæ cognitionis, quæ est cognitio Diuina, cui impossibile est subesse falsum.

Non solo assoluto: *mà ne meno probabile in 3. dist. 31. quæ st. 2. art. 1. quæstiunc. 1. ad 4. doue dice*: Opinio & scientia quamuis sint de eodem, non tamen secundùm idem medium, sed secundùm diuersa; & ideò possunt esse simul: Sed Fides, & Visio Patriæ sunt de eodem, & secundùm idem medium, quia Fides assentit Veritati Primæ propter se, & similiter Visio Gloriæ: & ideò perfectio vnius non patitur imperfectionem alterius.

Et è tanta la sua perfettione che supera di gran longa ogni raggione naturale per chiara, & euidente che sia 2. 2. quæ. 4. art. 8. ad 2. Dicendum, quod cæteris paribus, visio est certior auditu. Sed si ille, à quo auditur, multùm excedit visum videntis, sic certior est auditus, quam visus. Sicut aliquis paruæ scientiæ magis certificatur de eo, quod audit ab aliquo scientifico, quàm de eo, quod sibi secundùm suam rationem videtur. Et multò magis homo certior est de eo, quod audit à Deo, qui falli non potest, quàm de eo, quod videt propria ratione, quæ falli potest.

E di qui conclude l'Angelico quodlib. 9. art. 16. che per esser guidato il Papa dalla luce del Spirito S. non puol errare nelle decisioni spettanti alla fede. Dicendum, quod aliquid potest iudicari possibile secundùm se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenitur. Dico ergo, quòd iudicium eorum, qui præsunt Ecclesiæ, potest errare in quibuslibet si Personæ eorum tantum respiciantur. Si verò consideretur Diuina Prouidentia, quę Ecclesiam suam Spiritu Sancto dirigit, vt non erret, sicut ipse promisit *Io.* 14. quod Spiritus aduenies doceret omnem veritatem, de necessarijs scilicet ad salutem, certum est quod iudicium Ecclesię vniuersalis errare in his, quę ad Fidem pertinent, impossibile est. Vnde magis standum est Sententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de Fide, quam in iudicio profert, quàm quorumlibet Sapientum Hominum nioni.

E ciò che dice il S. D. del Papa, lo afferma Sisto V. in sua Constitutione anche de Cardinali *che eleggono il Sommo Pontefice*: In illa Sacra electione censendi sunt verè Interpretes voluntatis diuinæ, cuius spiritu sicut vniuersum Ecclesiæ corpus regitur ita maximè hoc totum eiusmodi electionis opus diuino instinctu absolui certissimum est.

Et 2. 2. quæſt. 1. art. 9. ad 5. l'afferma parimente S. Tomaſo della Chieſa: Dicendum quòd ſi dicatur (*cioè nel Simbolo*) in Sanctam Eccleſiam Catholicam, hoc eſt intelligendum ſecundùm quod Fides noſtra refetur ad Spiritum Sanctum, qui ſanctificat Eccleſiam, vt ſit ſenſus, Credo in Spiritum Sanctum ſanctificantem Eccleſiam: Sed melius eſt, & ſecundùm communem vſum, vt non ponatur in, ſed ſimpliciter dicatur, Sanctam Eccleſiam Catholicam, ſicut etiam Leo Papa dicit.

Hora ſe è così dunque con ragione ci dice Chriſto S. N. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis *perche mediante queſta vita della Santa Fede ſi arriua alla viſta della Maeſtà di Dio per il merito che ſeco porta la Fede 2. 2. qu. 2. art. 9.*

Prima nell' Argomento ſed contra quòd *ad Hebr.* 11. dicitur quòd Sancti per fidem adepti ſunt repromiſſiones, quod non eſſet, niſi credendo mererentur. Ergo ipſum credere eſt meritorium.

E nel corpo dell' Articolo: Dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, actus noſtri ſunt meritorij, in quantum procedunt ex libero arbitrio moto à Deo per gratiam. Vnde omnis actus humanus, qui ſubijcitur libero arbitrio, ſi ſit relatus in Deum, poteſt meritorius eſſe. Ipſum autem credere eſt actus intellectus aſſentientis veritati Diuinæ ex imperio voluntatis à Deo motæ per gratiam; & ſic ſubiacet libero arbitrio in ordine ad Deum: Vnde actus fidei poteſt eſſe meritorius.

Maſſime ſe e con tal fermezza che eſcludi ogni timore di ogni penſiero contrario: ſicome lo ſpiega la N. S. Madre Tereſa nel cap. 30. della ſua vita con queſte parole: Veniebant ad me trepidantes, & dicebant, periculoſa eſſe tempora, ac futurum fortaſſe, vt aliqui me falsò apud Sacros Inquiſitores deferrent. Hoc verò riſum mihi mouit: Hac enim in parte nunquam timui. Paratam namque me ſentiebam pro Fidei Articulorum defenſione mille mortis genera ſubire potius, quam vt aliquid quiſpiam in me vidiſſet, quod vel cum minima Eccleſiæ cerimonia, vel aliqua Sacrorum Voluminum veritate pugnaſſet. Quare monebam eos, horum ne timore tangerentur: Non exiguam enim Animæ meæ Crucem futurum, ſi vel minimum in eadem latuiſſet, ob quod Fidei me Inquiſitores oportuiſſet timere: Addebam me inſuper, ſi aliqua eius ſubeſſet rei mihi ſuſpicio, vltrò ipſos adituram, & mei ipſius apud illos accuſatricem fore &c.

Et lib. 4. cap. 26. In rebus Fidei (vt mihi quidem apparet) maiorem me præferre video conſtantiam; nam omnibus ſola lutheranis vim facere poſſe videor, ſuoſque ipſis errores euidenter patefacere. Et ſane tot Animarum iacturam non niſi dolenter aſpicio, & miſereor.

Eſsendo che come dice l'Apoſtolo ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit.

Doue S. Tomaſo lect. 2. Nullus poteſt Deo placere, niſi accedat ad ipſum. *Iacob.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. *Pſal.* 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed nullus accedit ad Deum, niſi per Fidem, quia Fides eſt lumen intellectus. Ergo nullus poteſt Deo placere, niſi per Fidem. Accedentem autem per Fidem oportet credere Domino. Sicut enim videmus in quolibet motu naturali, oportet quod mobile ex motu duo intendat, ne motus ſit fruſtra, ſcilicet aliquem certum terminum, & certam cauſam quare moueatur. Sic etiam in motu, quo aliquis accedit ad Deum, terminus motus eſt ipſe Deus, vnde dicit: Oportet credere accedentem, quia eſt. Quod dicit propter eius æternitatem. *Exodi* 3. Qui eſt miſit me. Secundò quod ſciat quod Deus habet prouidentiam de rebus. Aliter enim nullus iret ad ipſum, ſi non ſperaret aliquam remunerationem ab ipſo: Vnde dicit: Et inquirentibus ſe remunerator ſit.

Vnde 2. 2. *quaſt.* 2. *art.* 7. *in riſpoſta al* 3. *ſoggionge*: Si qui tamen ſaluati fuerunt, quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt ſaluati abſque Fide Mediatoris, quia etſi non habuerunt Fidem explicitam, habuerunt tamen Fidem implicitam in Diuina Prouidentia, credentes Deum eſſe liberatorem hominum ſecundùm modos ſibi placitos.

Hor mi diranno come ſi deue intendere il ſecondo detto dell' Angelico che eſſendo la Carita forma della Fede vnitamente con eſſa ci porta à Dio? la riſpoſta ſarà per la

SECONDA PARTE.

Primieramente dobbiamo ſupporre ciò che dice S. Tomaſo nel cap. 1. *del* 3. *Opuſc. ciuè*: Eſt autem conſiderandum, quod in aliqua cognitione deſiderium hominis requieſcere poteſt, cum homo naturaliter ſcire deſideret, qua cognita, eius deſiderium quietatur: Sed in cognitione fidei deſiderium hominis non quieſcit. Fides enim imperfecta eſt cognitio. Ea enim creduntur quæ non videntur. Vnde Apoſtolus eam vocat Argumentum non apparentium *ad Hebr.* 11. Habita igitur fide, adhuc remanet animæ motus ad aliud, ſcilicet ad videndam perfectè Veritatem, quam credit, & aſſequendum ea per quæ ad veritatem huiuſmodi poterit introduci.

Nec ſufficit, *ſoggionge ad Hebr.* 10. *n.* 22. ad illa verba, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, qualiſcumque fides, ſed requiritur fides plena, quod fit duobus modis, ſcilicet, & quantum ad materiam

teriam fidei, vt credamus omnia quæ proponuntur ad credendum, & quod ſit fides formata, quod eſt per Charitatem. *Il che reſta hora da vedere.*

L'Angelico de principijs naturæ *cap. 2. dice che* quælibet cauſarum dicitur multis modis. Dicitur enim aliquid cauſa per prius, aliquid cauſa per poſterius. Sicut dicitur quod Ars & Medicus ſunt cauſa ſanitatis, ſed Ars eſt Cauſa per prius, & Medicus per poſterius.

Cosi ſoggionge 2. 2. quæſt. 4. art. 3. ad primum Charitas dicitur eſſe forma Fidei in quantum informat actum ipſius. Nihil autem prohibet vnum actum à diuerſis habitibus informari, & ſecundum hoc ad diuerſas ſpecies reduci o1 dine quodam.

Come dunque ſono ordinate inſieme la Fede, e la Carità riſponde iui in corpore Articuli. Dicendum, quod ſicut ex Superioribus patet, actus voluntarij ſpeciem recipiunt à Fine, qui eſt voluntatis obiectum; id autem à quo aliquid ſpeciem ſortitur ſe habet ad modum formæ in rebus naturalibus: Et ideò cuiuslibet actus voluntarij forma quodammodo eſt finis, ad quem ordinatur: tum quia ex ipſo recipit formam: tum etiam, quia modus actionis oportet, quod reſpondeat proportionabiliter fini. Manifeſtum eſt autem ex prædictis quod actus fidei ordinatur ad obiectum voluntatis, quod eſt bonum, ſicut ad finem; Hoc autem bonum quod eſt finis fidei, ſcilicet Bonum Diuinum, eſt proprium obiectum Charitatis: Et ideò Charitas dicitur forma fidei, in quantum per Charitatem: actus fidei perficitur, & formatur.

Ilche proua anche il S. D. lib. 3. contra Gent. cap. 115. Manifeſtum eſt enim quod vnuſquiſque legislator ad ſuum finem principaliter per leges homines dirigere intendit, ſicut Dux exercitus ad victoriam, & Rector Ciuitatis ad pacem. Finis autem quem Deus intendit, eſt ipſemet Deus: lex igitur Diuina hominem principaliter in Deum ordinare intendit.

Et indi nel Capitolo ſeguente ſoggionge: Quia verò intentio Diuinæ legis ad hoc principaliter eſt vt Homo Deo adhæreat: Homo autem potiſſimè adhæret Deo per amorem: neceſſe eſt, quod intentio Diuinæ legis principaliter ordinetur ad amandum.

Quod autem per amorem homo maximè Deo adhæreat manifeſtum eſt: Duo enim ſunt in homine quibus Deo poteſt adhærere, intellectus ſcilicet, & voluntas: nam ſecundùm inferiores Animæ partes Deo adhærere non poteſt, ſed inferioribus rebus. Adhæſio autem quæ eſt per intellectum completionem recipit per eam, quæ eſt voluntatis, quia per voluntatem homo quodammodo quieſcit in eo, quod intellectus apprehendit.

Et

Et p. p. quæſt. 33. art. 2. ad 2. Dicendum, quod ſecundùm *Philoſoph. in 2.* de anima Denominatio rei maximè debet fieri à perfectione, & fine. Finis autem Præcepti eſt Charitas *2. Tim. c. 1.*

E così ſoggionge nella P. 2. quæſt. 114. art. 4. Sola Charitas, cuius eſt reſpicere finem, coniungit actus aliarum virtutum cum vltimo fine. Et ex imperio, & ordinatione Charitatis debent huiuſmodi actus habere, quod ſint meritorij vltimi finis, ſcilicet vitæ æternæ.

Di qui è che dice il Santo Maeſtro nella P. 2. quæſt. 66. art. 6. Quod Charitas eſt maxima inter Virtutes Theologicales. *E prima lo proua con l'autorità dell' Apoſtolo 1. ad Corinth. 13.* Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc, maior autem horum eſt Charitas.

E nel corpo dell' Articolo. Dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, magnitudo virtutis ſecundùm ſuam ſpeciem conſideratur ex obiecto. Cum autem Virtutes Theologicæ reſpiciant Deum ſicut proprium obiectum, non poteſt vna earum dici maior altera ex hoc, quod ſit circa maius obiectum, ſed ex eo, quod vna ſe habet propinquius ad obiectum, quam alia: Et hoc modo Charitas eſt maior alijs. Nam aliæ important in ſui ratione quandam diſtantiam ab obiecto. Eſt enim Fides de non viſis: Spes autem de non habitis; Sed amor Charitatis eſt de eo, quod iam habetur. Eſt enim amatum quodammodo in amante, & etiam amans per affectum trahitur ad vnionem amati, propter quod dicitur *1. Io. 4.* Qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

E ſe alcuno dira che cauſa eſt potior effectu; Sed Fides, & Spes ſunt cauſa Charitatis. Dicitur enim *Matth. 1. in Gloſ.* Quod Fides generat Spem, & Spes Charitatem. Ergo Fides, & Spes ſunt maiores Charitate.

Riſponde. Dicendum, quod cauſa perficiens eſt potior ſuo effectu, non autem cauſa diſponens: Sic enim calor ignis eſſet potior, quam Anima, ad quam diſponit materiam, quod patet eſſe falſum. Sic autem fides generat Spem, & Spes Charitatem, ſecundùm ſcilicet quod vna diſponit ad alteram.

Quindi ſoggionge quæſt. 14. de Verit. art. 5. ad 3. Dicendum, quod modus, quo Charitas dicitur forma Virtutum, appropinquat ad modum illum, quo exemplar formam dicimus; quia id quod eſt perfectionis in Fide, à Charitate deducitur, ita quod Charitas habeat illud eſſentialiter, fides verò, & cæteræ virtutes participatiuè.

Et quæſt. 4. ibi art. 6. in riſpoſta ad 9. Quando ſuperior vis perfecta eſt, ex eius perfectione relinquitur aliqua perfectio in inferiori, & ſic cum Charitas eſt in voluntate, eius perfectio aliquo modo redundat

dat in intellectu, & ſic Charitas non ſolum actum Fidei, ſed ipſam Fidem informat.

Per la ſtima grande che ſà del ſuo oggetto 1. 2. q. 26. art. 3. Dicendum, quod quatuor nomina inueniuntur ad idem quodammodo pertinentia, ſcilicet Amor, Dilectio, Charitas, & Amicitia: differunt tamen in hoc, quod amicitia ſecundùm Philoſophum *in 8. Ethic.* eſt quaſi habitus: Amor autem, & dilectio ſignificantur per modum actus, vel paſſionis: Charitas autem vtroque modo accipi poteſt; differenter tamen ſignificatur actus per iſta tria. Nam Amor communius inter ea eſt: Omnis enim dilectio, vel Charitas eſt amor, ſed non è conuerſo: Addit enim dilectio ſupra amorem electionem præcedentem vt ipſum nomen ſonat. Vnde dilectio non eſt in concupiſcibili, ſed in voluntate tantum, & eſt in ſola rationali natura: Charitas autem addit ſupra amorem, perfectionem quandam amoris, in quantum id quod amatur, magni prætij æſtimatur, vt ipſum nomen ſignificat.

Ilche s'intende della Carità di Dio Opuſc. 4. §. Sic ergo, *doue dice il S. D. che* nullus verè gaudium habet, niſi exiſtens in Charitate quicumque enim aliquid deſiderat non gaudet, nec lætatur, nec quietatur donec illud adipiſcatur. Et accidit in rebus temporalibus, quod non habitum appetatur, & habitum deſpicitur, & tædium generat. Sed non ſic eſt in ſpiritualibus: imò qui Deum diligit, habet ipſum: Et ideò animus diligentis, & deſiderantis Deum quietatur in eo. Qui enim manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur *1. Io. 4.*

Item efficit pacem perfectam. Accidit enim in rebus temporalibus, quod frequenter deſiderantur, ſed ipſis habitis, adhuc animus deſiderantis non quieſcit, imò vno habito; aliud appetit, *Iſa.* 57. Cor autem impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.

Item ibid. Non eſt pax impijs, dicit Dominus: Sed non ſic accidit in Charitate circa Deum; Qui enim Deum diligit, pacem perfectam habet. *Pſalm.* 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum: Et hoc ideò eſt, quia ſolus Deus ſufficit ad implendum deſiderium noſtrum: Deus enim maior eſt corde noſtro, ſicut dicit *Apoſtolus*. Et ideò dicit *Auguſtinus in 1. Confeſ.* Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.

E però dice il S. D. p. p. quæſt. 33. art. 2. ad ſecundùm dicendum quod ſecundùm *Philoſ. in 2. de anima* Denominatio rei maximè debet fieri à fine finis autem præcepti eſt Charitas.

E con-

E concorda con tal ſentimento la N. S. Madre De via perfectionis cap. 42. Et quod nam quæſo, Chariſſimæ, in hac vita bonum reperimus, cùm tam magno, excellentique careamus bono; & ab ipſo abſentes ſimus? Libera me Domine ab hac vmbra mortis, &c.

E doppo: Libera me iam Domine, Deus meus ab omni malo, ac me digneris ad ea perducere loca, quæ omnigenis redundant bonis. Quid nam, obſecro, hic amplius expectent illi, quibus iam ex parte manifeſtaſti, quid ſit Mundus, quique viuam earum habent Fidem, quæ ipſis à Patre tuo æterno reſeruata ſunt?

Quindi in vna ſua relatione riferita nel capo xxvi. della ſua vita dice: Aliàs mihi impetus adeò ingentes aduenium, vnà cum omnium rerum propter Deum abnegatione, vt eos propellere nequeam, vitaq; mea iam iam finienda videatur: adeò vt tunc exclamare, & Deum inuocare compellar, & inauditus quidam me occupet furor. Interdum nec conſiſtere quidem, aut conſidere loco valeo: ita ſcilicet anguſtiæ, & impetus me occupant. Hæc porrò mihi pœna ingruit, vt tamen eam non procurem; & tam ſuauis quidem eſt, vt ab eadem ne liberari quidem Anima vellet quandiù viuit. Quas verò tunc ſentio anguſtias eæ ſunt, vt ad mortem inferendam ſatis eſſe quæant, & ita viuere videar, vt ijſdem obſiſtere non valeam: Cum vnica Dei videndi ratio, ac remedium ſit mors, & hanc ipſa mihi nequeo accelerare. Hinc Anima putat omnes omninò Homines maxima conſolatione perfundi, ſe verò ſolam mœrore proſterni; Nec non omnes remedium ſuis in malis, ſe ſola excepta inuenire. Hoc porrò adeò ipſam diuexat, vt, niſi raptu aliquo Dominus occurreret, per quem omnia placantur, & ſedantur, Animaq; in magna quadã manet quiete, atq; etiam delinita, & contenta, interdum videndo aliquid eorum, quæ deſiderat, non rarò etiam aliud quid audiens, nihil tamen ſimile, hac ſoſpes egredi pœna omninò non poſſet.

Quandoque feruentia mihi Deo famulandi incidunt deſideria, & quidem hinc tam vehementi impetu, vt verbis ea exponere non valeam; illinc verò non minori cum dolore, vbi video, quàm parum per me ad alios dimanare fructus queat. Tum quidẽ veriſimile mihi fit, nullũ dari laborem, nec quidquam graue poſſe, non mortem, non martyrium, quod non gratanter, facileque perpetiar. Atque hæc etiam, nulla præuia conſideratione, ſed in momento mihi incidunt, quo tota immutor, vt neſciam, vnde mihi tantum roboris, animique accedat. Tum inclamare velle mihi videor, & omnibus declarare, quanti referat in rebus eos friuolis voluptatem non locare; quamque ingens ſit bonum nobis Deus conceſſurus, ſi ad ipſum nos diſpoſuerimus. Tam vehe-

mentia, inquam, hæc ſunt deſideria, vt me ipſa deſtruam, & annihilem, & velle videar, quod commodè exequi nequeo. Videtur porrò corpus, & ſexus hic vinctam tenere me, vt ad nihil prorſus in Dei obſequio vtilis ſim. Si enim talia me impedimenta non retinerent, res admodum eximias præſtarem, quoad quidem vires ſinunt. Hinc cum impediri me videam, vt Deo in nulla vtilis eſſe poſſim re, adeò hanc pœnam ſentio. vt exprimere non poſſim. Hæc in dulcedine, recollectione, & conſolatione diuina terminaeur.

E doppo anche ſoggionge: Illa quę habere me dixi Dei amandi, ſeruiendi, videndique deſideria à nulla cõſideratione ſecundantur, vti ante fiebat, cùm deuota mihi admodum eſſe videbar, cùm item lachrymas aſſiduè fundebam, ſed ab inflammatione quadam, & feruore adeo intenſo, & nimio, vt (iterum repeto) niſi raptu aliquo (in quo nimirum anima contenta eſſe, & quieſcere videtur) mihi Deus ſuccurreret, & occurreret, protinus ex hac vita emigratura viderer.

Mi diranno come mai poteua la Santa amar tanto Dio non hauendo, che la cognitione imperfetta, & aſtrattiua di Dio, può forſi alcuna coſa amarſi più che non ſi conoſce?

Riſponde S. Tomaſo 1. 2. *quæſt.* 27. *a.* 2. *ad* 2. Dicendum, quòd aliquid requiritur ad perfectionem cognitionis, quod non requiritur ad perfectionem amoris: cognitio enim ad rationem pertinet, cuius eſt diſtinguere inter ea, quæ ſecundùm rem ſunt coniuncta, & componere quodammodo ea, quæ ſunt diuerſa, vnum alteri comparando: & ideò ad perfectionem cognitionis requiritur, quòd homo cognoſcat ſigillatim quidquid eſt in re: ſicut partes, & virtutes, & proprietates. Sed amor eſt in vi appetitiua, quæ reſpicit rem, ſecundùm quod in ſe eſt: Vnde ad perfectionem amoris ſufficit, quod res prout in ſe apprehenditur, ametur. Ob hoc ergo contingit, quòd aliquis plus ametur, quàm cognoſcatur: quia poteſt perfectè amari, etiamſi perfectè non cognoſcatur: ſicut maximè patet in ſcientijs, quas aliqui amant propter aliquam ſummariam cognitionem, quam de his habent, puta quod ſciunt Rhetoricam eſſe ſcientiam, per quam homo poteſt perſuadere; Et hoc in Rhetorica amant: & ſimiliter eſt dicendum circa amorem Dei.

Mà vn'altro bel dubio. Come tanta familiarità che haueua la Santa con Dio d'eſtaſi, di ratti generaua in lei tanto amore verſo Dio, la douela famigliarità trà gl'huomini cagiona diſpreggio?

Riſponde l'Angelico Ioan. 4. *lec.* 6. Dicendum, quòd conſueta conuerſatio cum hominibus, & nimia familiaritas reuerentiam minuit, & contemptum parit: Et ideo quos familiares magis habemus, minus

reuereri

reuereri conſueuimus, & quos familiares habere non poſſumus, magis reputamus? Cuius contrarium contingit de Deo: Nam quantò aliquis Deo per amorem, & contemplationem familiarior efficitur, tantò eum excellentiorem reputans magis reueretur, & ſeipſum minorem reputat: Et huius ratio eſt, quià in homine, cum ſit infirmæ, & fragilis naturæ, quando enm alio diù conuerſatur, cognoſcit in eo eliqua infirma, & ex hoc diminuitur reuerentia eius ad eum; Sed cum Deus ſit immensè perſectus, quantò plus homo in cognitione eius proficit, tantò magis perfectionis eius excellentiam admiratur, & ex hoc eum magis reueretur. *Ilche ci ſia anche à noi per noſtra inſtruttione, &c.*

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Dum iret Ieſus in Ieruſalem tranſibat per mediam Samariam, & Gallilæam. Et cum ingrederetur quoddam Caſtellum occorrerunt: ei decem viri leproſi. *Lucæ* 17.

L Tritemio Serm. 4. ci dà queſt'auiſo particolare à noi altri Religioſi, Monemus quod Monachus in Diuinis Scripturis debet eſſe ſtudioſus, vt ſciat quid eum Sancta Mater Eccleſia iubeat credere, ac poſſit omnes errores Fidei contrarios præcauere. *Di più ſoggionge Homil. 4. il cui Titolo è*. De Lectione, & Studio Diuinarum Scripturarum: Vos itaque Fratres mei, ſi Dominum Ieſum in toto corde veſtro veraciter diligitis, ſi complacere illi ſuper omnia, vt veri milites, deſideratis: ſi denique ad perfectionem Vitæ Monaſticæ cupitis proficere, in lectione Diuinarum Scripturarum debetis vos ſemper cum affectione feruida occupare. Ideircò vos hortor, & moneo ſi veſtram ſalutem diligitis, vt Diuinas Lectiones in manibus ſamper habeatis, quatenus omne tempus quod vobis poſt Orationis cultum, ſine labore permittitur, ad Sacræ Scripturæ ſtudium expendatur. *Mà dice quello Queſto ſtudio della Sacra Scrittura hà da eſſer ſolamente per il proprio profitto del Religioſo? Riſponde*

ponde S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 188. art. 6. in corp. con l'autorità di S. Gregorio in 5. Homil. ſuper Ezech. Quod de perfectis Viris poſt contemplationem ſuam redeuntibusdicitur *Pſal. 144.* Memoriam ſuauitatis tuæ eructabunt: & hoc præfertur ſimplici contemplationi. Sicut enim maius eſt illuminare, quam lucere ſolum. ita maius eſt contemplata alijs tradere, quàm ſolum contemplari: *Onde conclude*: Sic ergo ſummum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum, & prædicandum. *E così profeſſa il noſtro Inſtituto, ſicome lo teſtifica S. Atanaſio in Epiſt. ad Dracont. Monachum.* Habentes pro exemplari Eliſeum, & conſcij quid Elias egerit, & eruditi quid diſcipuli Chriſti, Apoſtolique facerint, ſuſceperunt hanc curam, neque miniſterium hoc aſpernati ſunt, neque propterea ſeipſis deteriores facti ſunt, ſed & laboris mercedem expectant proficientes ipſi, alioſque proficere cohortantes. Quot ab Idolis conuerterunt? Quot à furioſa, & dæmoniaca conſuetudine ſuis admonitionibus compeſcuerunt? Quos adduxeru nt Chriſto ſeruos? Adeo ut qui iſta ſigna conſpiciant admirentur. *E chi sà che in queſta Predica non ſi proui qualche ſimile effetto? E ſe nò al preſente, mai ſi deue diſperare del frutto della parola di Dio dice S. Criſoſtomo portato dall'Angelico ſuper cap. 22. Lucæ ſopra quelle parole dette da Chriſto à Giuda*, Iuda oſculo Filium Hominis tradis: Non autem diſcedendum eſt à Fratrum admonitione, quamquam nihil propter noſtra verba eueniat: nam & riuuli, etſi nullus hauriat, fluunt, etſi forſan non perſuaſeris hodie, poteris forſan cras. Piſcator enim per totam diem vacua trahens retia, circa ſerò piſcem capit. Vnde Dominus etſi ſciret Iudam non conuertendum non deſtitit facere, quæ ſua intererant. Sequitur enim: Ieſus autem dixit ei; Iuda, oſculo Filium Huminis tradis? *In ſomma ſoggionge il medeſimo ſuper caput 1: Matth. L'eſſortationi ſono ſempre buone per far ſchiuar il male, & abbracciar il bene, & il penſar il contrario è manifeſta ignoranza.* Ipſa denique Mandata Dei ne peecent Homines, aut hortamenta, vt faciant bonum, hanc inſipientiam deſtruunt. Quis enim iubet aliquem ne faciat malum, quod non poteſt declinare, aut faciat bonum, ad quod non poteſt peruenire? *E però aſcoltiamo l'inſtruttioni ſopra il Vangelo corrente che potrà eſſere, che reſtiamo purgati, illuminati, e perfettionati nel bene dell' anima noſtra in 4. ſent. diſt. 23. quaſt. 2. art. 1.* Dicendum, quòd triplex eſt actus hierarchicus ſecundum Dionyſ. ſcilicet perficere, illuminare, & purgare.

E chi vuole il fine biſogna, che penſi alli ſuoi mezzi. P. 2. qu. 9. a. 4. in corp. Voluntas mouet ſeipſam in quantùm per hoc, quod vult finem reducit ſeipſam ad volendum ea, quæ ſunt ad finem. Hoc autem non

poteſt

poteſt facere, niſi conſilio mediante; Cum enim aliquis vult ſanari incipit cogitare, quomodò hoc conſequi poſſit, & per talem cogitationem peruenit ad hoc, quòd poteſt ſanari per Medicum, & hoc vult.

E così nel caſo noſtro vediamo i ſalutiferi conſegli, che ci dà il S. D: con la ſua celeſte ſapienza: Attenti dunque, & incomincio.

E prima ſi deue ſuporre ciò che dice S. *Tomaſo in cap.* 12. *Apocalypſ. verſ.* 19. *oue ſi lege*: Et facta eſt Ciuitas magna in tres partes. Et Ciuitates Gentium conciderunt: *foura le quali parole fà il S. Maeſtro il ſuo dubio*: Quomodo dicitur pluraliter Ciuitates, cum antea dictum ſit ſingulariter. Et facta eſt Ciuitas? *e riſponde*: Mali vnum ſunt per conuenientiam in amore vanitatis, & in ſtatu damnationis, & in elongatione à Deo; & ſic eſt vna eorum Ciuitas, diſtinctæ autem ſecundum diuerſitatem affectionum, & diuerſitatem vitiorum, & ſecundùm hoc ſunt diuerſæ Ciuitates eorum, ſcilicet ſecundùm quòd quidam ſunt ſub vno genere vitiorum, alij ſub alio. Item etiam ſecundùm diuerſitatem locorum.

Che però à propoſito del corrente Enangelo proſegue il S. *D. nel Sermone, che fà ſopra di eſſo.* Notandum, *dice*, quòd decem leproſi poſſunt ſignificare decem genera peccatorum, *de quali è bene hauerne notitia per ſaperli fugire, eſſendo che come ſoggionge lib.* 3. *cont. Gont.cap.* 3. *n.* 7. Eiuſdem rationis eſt fugere malum, & appetere bonum: ſicut eiuſdem rationis eſt moueri deorſum, & moueri ſurſum: omnia autem inueniuntur malum fugere: Nam agentia per intellectum hac ratione aliquid fugiunt, quia apprænhendunt illud, vt malum. *A cui il Medico ſpirituale può col diuino aiuto apportarli il rimedio oue ſia ben conoſciuto come dice S. Pietro Criſologo Serm.* 44. Peritus Medicus, qui plenam ægris deſiderat conferre medicinam, impietatis profundos patefacit receſſus, opertos peccatorũ nudat morbos, iniquitatis oſtendit ſecretum virus: vitiorum naturas, origines delictorum, radices criminum mirabili ratione depromit. Sic ægras mortalium mentes moderatione pia pro ætate, pro ſexu, pro tempore, pro viribus ad ſalutem perpetem diuina curatione perducit.

Apporta S. Tomaſo di tutto ciò la ſua ragione 1. 2. *qu.* 71. *art.* 1. *doue tratta* Vtrum Vitium contrarietur Virtuti. *E riſponde Prima nell'Argemento* Sed contra *con l'autorità di* S. *Agoſtino, il quale in lib. de perfectione iuſtitiæ dice Che*; Vitium eſt qualitas ſecundùm quam malus eſt animus: Virtus autem eſt qualitas, quæ faeit bonum habentem. Ergo Vitium contrariatur Virtuti.

Hor ſentiame il corpo dell'Articolo, che è molto importante. Reſpondeo dicendum, quòd circa Virtutem duo poſſumus conſiderare, ſcilicet

ipſam

ì pſam eſſentiam Virtutis, & id ad quod eſt Virtus. In eſſentia quidem Virtutis, aliquid conſiderari poteſt directè, & aliquid ex conſequenti. Directè quidem Virtus importat diſpoſitionem quandam alicuius conuenienter ſe habentis ſecundùm modum ſuæ naturæ. Vnde Philoſophus dicit *in 7. Phyſic.* Quod Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum: dico autem perfecti, quod eſt diſpoſitum ſecundùm naturam. Ex conſequentia autem ſequitur, quod Virtus ſit bonitas quædam. In hoc enim conſiſtit vniuſcuiuſque rei bonitas, quod conuenienter ſe habet ſecundum modum ſuæ naturæ. Id autem ad quod Virtus ordinatur, eſt actus bonus. Seaundùm hoc igitur tria inueniuntur opponi Virtuti, quorum vnum eſt peccatum, quod opponitur ſibi ex parte eius, ad quod Virtus ordinatur. Nam peccatum propriè nominat actum inordinatum: ſicut actus Virtutis eſt actus ordinatus, & debitus. Secundùm autem, quod ad rationem Virtutis conſeqpitur, quod ſit bonitas quædam, opponitur Virtuti malitia: Sed ſecundùm id, quod directè eſt de ratione Virtutis, opponitur Virtuti vitium. Vitium enim vniuſcuiuſque rei eſſe videtur, quod non ſit diſpoſita ſecundum quod conuenit ſuæ naturæ. Vnde Auguſtinus dicit *in 3. de lib. arb.* Quod perfectioni naturæ deeſſe perſpexeris, id voca Vitium. *E in queſto ſi moſtra la vera Prudenza di conſigliar il bene, e moſtrar à ſchiuar il male ſoggionge il S. M. 2. 2. q. 47. art. 2. in corpore* Prudentia autem vera, & perfecta ad bonum finem totius vitæ rectè conſiliatur, iudicat, & præcipit. Et hæc ſola dicitur Prudentia ſimpliciter, quæ in peccatoribus eſſe non poteſt, *ò ſiamo peccatori ſedeli, ò infedeli, poiche come dice egli ſteſſo* 1. 2. *q.* 89. *a.* 5. Nunquam dignitas perſonæ diminuit peccatum, ſed magis auget, vnde nec peccatum eſt minus in fideli, quàm in infideli, ſed multò maius. *E però il Diſcorſo fà per tutti. A noi adeſſo*, Primus Leproſus eſt infidelis, & hæreticus, qui à conſortio fidelium ſeparatur, & Sanctorum. *Num.* 5. Locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant de Caſtris omnem leproſum. Et poſt: Fecerunt filij Iſrael, & eiecerunt extra Caſtra omnes, ſicut locutus eſt Dominus Moyſi.

Doue Vgone à Sancto Charo. Hoc quod dicitur hic de leproſo eijciendo extra Caſtra, cum non poſſit eos cum quibus habitat, polluere, non debet omninò intelligi ad literam: non enim fons totius pietatis, & miſericordiæ, qui leproſum tetigit, & ſanauit, *Lucæ* 5. *c.* nobis præciperet, vt miſercordiam negaremus his, qui maximè indigent miſericordia. Mzſticè ergo intelligendum eſt. Leproſus eſt, qui peccat in verbo doctrinæ, ideſt Hæreticus, hæreſis enim, vt lepra inficit. Et quidem habent lepram in capite, vt Arius, & Sabelius, qui malè ſentiunt

tiunt de Trinitate, Quidam in barba, qui malè ſentiunt de doctrina Apoſtolica, quidam in veſte, qui malè ſentiunt de Sacramentis Eccleſiæ. Ab his fugiendũ eſt. Vnde de Sancto Antonio ſcriptum eſt in vita ipſius, *Che* Ab Hæreticorum, & Sciſmaticorum Hominum maximè Arianorum congreſſu, & colloquio ſic abhorrebat, vt ne propè quidem ad eos accedendum diceret.

E S. Girolamo in c. 5. ad Galat. Scintilla, *dice*, ſtatim ac apparuerit extinguenda eſt, & fermentum à maſſa vicina ſemouendum, ſecundò putridæ carnes, & ſcabioſum animal à Caulis Ouium repellendum, ne tota domus, Maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant, Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum Orbem eius flamma populata eſt.

E però dice S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 11. art. 3. Che la Chieſa Hæreticum ab Eccleſia ſeparat per excommunicationis ſententiam. *E di più* relinquit eum iudicio ſæculari à mundo exterminando per Mortem.

E perche tanto rigore? Riſponde iui il S. D. quæſt. 12. art. 1. ad 2. Quia enim Fides eſt primum fundamentum rerum ſperandarum, & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, ſublata fide nihil remanet in Homine, quod poſſit eſſe vtile ad ſalutem æternam, & propter hoc dicitur *Prouerb. 6.* Homo Apoſtata, vir inutilis. *Fides* enim eſt vita Animæ, ſecundum illud *Rom. 1.* Iuſtus ex fide viuit: ſicut ergo ſublata vita corporali omnia membra, & partes hominis à debita diſpoſitione recedunt; ita ſublata vita iuſtitiæ, quæ eſt per fidem, apparet inordinatio in omnibus membris. Et primò quidem in ore, per quod maximè manifeſtatur cor. Secundò in oculis. Tertiò in Inſtrumentis motiuis. Quartò in voluntate, quæ ad malum tendit. Et ex his ſequitur, quòd iurgia ſeminet, alios intendens ſeparare à fide, ſicut, & ipſe receſſit.

Che però in materia di fede dice la N. S. Madre nel principio de ſuoi Comentarij in Cant. Non eſt neceſſe Animam tam multa videre; nam quæ tenui, curtoque ingenij modulo hoc in mundo compræhendere valemus, eam nec tam acutè videre, nec tam reuereri Deum faciunt, quàm ea, quæ nullo modo compræhendi valent, vel intelligi. Quapropter ſeriò vobis commendo, vt, cum aliquem legeritis librum, vel concionem audieritis, vel denique aliquod Fidei noſtræ myſtarium cogitatione perpenderitis, quod commodè, facilèque percipere non poteſtis, in illo intelligendo adeò vos non torquearis, nec cogitatione intenſa in intimum illius ſenſum penetrare velitis. Multa ſiquidem ſunt, quæ à mulieribus propriè nequeunt intelligi, imò nec à Viris quidem. Si quando Domino viſum fuerit, vt ipſum intelligatur,

Maieſtas

Maieſtas eius ea facit intelligere, quamuis nullum à parte ſua laborem Homines huc conferant. Hæc tam de Mulieribus, qnàm de Viris, qui quidem ſcriptis, & eruditione ſua veritatem propugnare non debent, dicta volo: Nam eos, quos hunc Dominus ad ſtatum vocauit, vt nobis eadem eruditione ſua declarent, ſuum torquere ingenium debere iam veriſimile eſt; quod ipſis etiam in meritum cedit, & gloriam. Nos verò mulieres ſimpliciter admittere par eſt, quæ Dominus nobis dignatus ſuerit conferre; quæ verò negauit, eadem vt comprehendamus, nimioque mentem non diſcruciare; ſed lætari ſolummodo, vbi ad animum reuocauerimus, tam potentem nobis Deum, ac Dominum eſſe, vt vel vnicum verborum eius ſexcenta in ſe myſteria comprehendat, Nos verò huius ne initium quidem percipere.

Secundus, eſt Blaſphemator, & Detractor. *Num.* 12. Locuta eſt Maria, & Aron contra Moyſen propter vxorem eius Etiopiſſam, , & dixerunt, Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dñs, Non ne, & nobis ſimiliter eſt locutus? Quod cum audiſſet Dominus iratus eſt valdè, & poſt dixit ad eos. Quare igitur non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Et poſt: Ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix.

Doue S. *Tomaſo* 2. 2. *quæſt.*23. *art.* 1. *ad* 2. Dicendum, quòd ſicut Deus in Sanctis laudatur, in quantum laudantur opera, quæ Deus in Sanctis efficit; ita & Blaſphæmia quæ fit in Sanctos, ex conſequenti in Deum redundat.

Che però ſi lege Iacobi 4. Qui detrahit Fratri ſuo, detrahit legi: *doue il* S. *D.* 2. 2. *qu.*74. *art.*3. *ad* 3. Dicendun, quòd ille, qui detrahit Fratri, in tantum videtur detrahere legi, in quantum contemnit Præceptum de dilexione proximi, contra quod directiùs agit, qui amicitiam diſrumpere nititur: Vnde hoc peccatum maximè contra Deum eſt; quia Deus dilectio eſt, vt dicitur 1. *Io.*4. Et propter hoc dicitur *Prou.*6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum dereſtatur Anima eius. Et hoc ſeptimum ponit eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.

*Laonde queſto peccato dice il S. M. quæſt.*10. *de malo art.* 3. *ad* 3. *hà per concomitaza l'allegrezza* in aduerſis, *la quale* oritur ex odio, in quantùm diminuit omne bonum, & procurat omne malum ſui inimici.

Ilche in quanti modi poſſa ſuccedere lo ſoggionge 2. 2. *quæſt.*73. *art.* 1. *ad* 3. Dicendum, quòd aliquis dicitur detrahere, non quia diminuat de Veritate. ſed quia diminuit famam eius: Quod quidem fit quandoque directè, quandoque indirectè: directè quidem quadrupliciter: Vno modo quando falſum imponit alteri. Secundò quando peccatum adauget ſuis verbis: Tertiò quando occultum reuelat: Quartò quando id, quod eſt bonum dicit mala intentione factum: Indirectè autem

autem, vel negando bonum alterius, vel malitiosè reticendo, vel minuendo.

E però questa lepra Dio l'odia dice S. Paolo ad Rom. 1. Detractores Deo odibiles. *Si deue però sapere dice S. Tomaso 2. 2. qu.73. art.2. in corp.* Quod peccata verborum maximè sunt ex intentione dicentis iudicanda: Detractio autem secundùm suam rationem ordinatur ad denigrandum famam alicuius: vnde ille per se loquendo detrahit, qui ad hoc de aliquo obloquitur eo absente, vt eius famam denigret: auferre autem alicui famam valdè graue est, quia inter res temporales videtur fama esse pretiosior, per cuius defectum impeditur homo à multis benè agendis, propter quod dicitur *Eccles.* 41. Curam habe de bono nomine, Hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni, & pretiosi: & ideò detractio per se loquendo est peccatum mortale.

Contingit tamen quandoque quòd aliquis dicit verba aliqua, per quæ diminuitur fama alicuius non hoc intendens, sed aliquid aliud: Hoc autem non est detrahere per se, & formaliter loquendo, sed solum materialiter, & quasi per accidens: Et si quidem verba, per quæ famam alterius diminuit, proferat aliquis propter aliquod bonum, vel necessarium, debitis circumstantijs obseruatis, non est peccatum, nec potest dici detractio. Si autem proferat ex animi leuitate, vel propter causam aliquam non necessariam, non est peccatum mortale, nisi fortè verbum, quod dicitur, sit adeo graue, quod rationabiliter famam alicuius lædat; Et præcipuè in his, quæ pertinent ad honestatem vitæ; Quià hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis.

*E però dice il Spirito Santo Prouerb.*24. Cum detractoribus ne commiscearis, *doue la Glossa dice Che*: Hoc specialiter vitio periclitatur totum Genus humanum, *doue l'Angelico iui ad* 2. Dicendum, quòd Glossa illa non dicit, quod detractio in toto Genere humano inueniatur, sed addit, penè: tum quia stultorum infinitus est numerus, & pauci sunt, qui ambulant per viam salutis: tum etiam, quia pauci, vel nulli sunt, qui non aliquando ex animi leuitate aliquid dicant, vnde in aliquo vel leuiter alterius fama minoratur; quia vt dicitur *Iacobi* 3. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est Vir.

*E però è bene astenersi da ogni sorte di Detrattione conforme ce ne dà l'essempio la N.S. Madre in vna sua Relatione, che si legge nel cap.*4. *della sua Vita num.*39. Quoad oblocutiones etiam, & maleuolas aliorum de me obtrectationes, quæ satis multæ sunt, meumque honorem non mediocriter fauciant, non paruam in me emendationem experior; adeò

vt non magis huiuſmodi Detrahentium me cædant iacula, mentique maiorem impreſſionem faciant, quàm ſi in plebeium aliquem, ac ſimplicem iactarentur de turba virum. Imò verò aliqua nonnumquam, quin etiam vt plurimum ratione moueri aduerſarij videntur. Adeò verò parum his moueor calumnijs vt nihil quoad hoc habeam, quod Deo Optimo Maximo, vt meritorium offeram, vt potè cùm experientia norim hac animæ meę permultum tolerantia lucri accedere; quin potius beneficium aliquod mihi hoc pacto conferri cenſeam. Hinc nullus inde animo infixus hæret rancor, nulla inimicitia, iam inde ab illo tẽpore, quo primũ Orationi me dare cępi. Antea verò, cũ primum huiuſmodi obtrectationes audirẽ, paruam quandam in animo ſentire ſolebam contradictionem, non talem tamen, quæ inquietudinem, vel mutationem aliquam in me cauſarent. Quin potius, cum aliquos mei commiſeratione interdum tangi video, mecum ipſa rideo: Nam omnia vitæ huius incommoda, & aduerſa tam pauca mihi videntur, & friuola, vt nulla eorum ſentiendorum mihi eſſe videatur ratio; vt pote quòd me veluti quodam in ſomnio agere putem. Et vbi hoc pertranſierit, excitata nihil omninò cuncta eſſe comperiam.

Et lib. 4. c. 17. ſoggionge: Magnum ſanè ſolamen eſt conſcientiæ ſecuritas, & culpa vacare. *Et eſſer calumniati à torto è etiamdio vna ſpecie di martirio, come ſi legge nel Martirologio 20. Februarij: S. Eucherij Epiſcopi Aurelianenſis*, qui eo magis miraculis claruit, quo pluribus inuidorum calumnijs fuit oppreſſus.

Tertius Guloſus, qui aerem fœtidis eructationibus ex repletione nimia procedentibus inficit. *Leuit.* 12. Quicumque maculatus fuerit lepra, habebit os veſte contectum, contaminatum, ac ſordidum ſe clamabit.

Doue S. Nilo de octo vitioſis cogitationibus. Vt nubes Solis radios obſcurat, ſic craſſus vapor ex cibis emergens menti obſcuritatem affert.

Et ne apporta la ſua ragione S. Tomaſo 2. 2. qu. 148. art. 6. in corp. Dicendũ, quòd filiæ Gulæ ſunt quinque, ſcilicet inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis circa intelligentiam. Dictum eſt enim quòd Gula propriè conſiſtit circa immoderatã delectationem, quæ eſt in cibis, & potibus: Et ideò illa vitia inter filias Gulæ computantur, quæ ex immoderata delectatione cibi, & potus conſequuntur: Quæ quidem poteſt accipi, vel ex parte Animæ, vel ex parte corporis.

Ex parte autem Animæ quadrupliciter. Primo quidem quantum ad rationem, cuius acies hebetatur ex immoderatione cibi, & potus:

Es

Et quantum ad hoc ponitur filia Gulæ Hebetudo ſenſus circa intelligentiã, propter fumoſitates ciborũ perturbantes caput: ſicut è cõtrario Abſtinentia confert ad Sapientiæ perceptionẽ, ſecundùm illud *Eccleſ.* 2. Cogitaui in corde meo abſtinere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam. Secundò quantum ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi, & potus, quaſi ſopito gubernaculo rationis: Et quantum ad hoc ponitur inepta lætitia: quia omnes aliæ inordinatæ paſſiones ad lætitiam, & triſtitiam ordinantur, vt dicitur *in* 2. *Ethic.* Et hoc eſt, quod dicitur 2. *Eſdræ* 3. Quòd vinum omnem mentem conuertit in ſecuritatem, & iucunditatem. Tertiò quantùm ad inordinatum verbum: Et ſic ponitur multiloquium; *vt Greg. dicit in Paſtorali*, Niſi Gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, dies illæ, qui epulatus quotidiè ſplendidè dicitur, in lingua grauius non arderet. Quartò quantum ad inordinatum actum, & ſic ponitur ſcurrilitas, ideſt iocularitas quædam proueniens ex defectu rationis, quæ ſicut non poteſt cohibere verba, ita non poteſt cohibere exteriores geſtus: vnde *ad Epheſ.* 5. ſuper illud, Aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, dicit Gloſſa, quòd à ſtultis curialitas dicitur), ideſt iocularitas, quæ riſum mouere ſolet; Quamuis poſſit vtrumque horum referri ad verba, in quibus contingit peccare, vel ratione ſuperfluitatis, quod pertinet ad multiloquium; Vel ratione inhoneſtatis, quod pertinet ad ſcurrilitatem.

Ex parte autem corporis ponitur immunditia, quæ poteſt attendi, ſiuè ſecundùm inordinatam emiſſionem quarumcumque ſuperfluitatum: Vel ſpecialiter quantum ad emiſſionem ſeminis: Vnde ſuper illud *ad Epheſ.* 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, &c. dicit Gloſſa, ideſt incontinentia pertinens ad libidinem quocum modo.

In ſomma Gula *ſoggionge iui art.* 2. *ad* 4. dicitur Virtutes auferre, non tam propter ſe, quam etiam propter vitia, quæ ex ea oriuntur. Dicit enim Gregorius in Paſtorali: Dum venter per ingluuiem tenditur, Virtutes Animæ per luxuriam deſtruuntur. *Et* 3. *Moral.* Dominante Gulæ vitio, omne quod Homines fortiter egerunt, perdunt; & dum uenter non reſtringitur, ſimul cunctæ Virtutes obruuntur.

Anzi di più auiſa il S. D. qu. 14. *de malo art.* 2. *ad* 6. Quòd Gula diſpoſitiuè inducit ad Idololatriam ſecundùm illud *Exodi* 32. Sedit Populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.

Et ad 11. Intemperantia, cuius pars eſt Gula, reddit Hominem beſtialem. Et hoc ideo, quia huiuſmodi delectationes ſunt in quibus cum beſtijs communicamus. Aliæ enim delectationes ſunt propriæ Hominum. Ille autem maximè has delectationes diligit, qui in eis finem conſtituit.

Et *per fine ibi ad* 12. Dicendum, quòd illi ſeruiunt ventri ſuo tanquam Deo, qui in delectationibus ciborum ad uentrem pertinentium finem conſtituunt, qui in ſolo Deo eſt conſtituendus.

In ſomma chi hà ſpirito ſi duole anco di quel poco cibo, che prende per ſuo puro ſoſtentamento, che però la N. S. M. cap. 30. *Vitæ ſuæ cosi dice*: Quid Domine mi, an non tibi ſufficit, quòd in hac miſerabili me uita detineas, & id ipſa tui cauſa patiar, ac uiuere uelim, ubi tot obſtacula, & remoræ ſunt, quò minus te fruar? Vbi me etiam neceſſe eſt comedere, dormire, occurrentia negotia agere, & cum omnibus conuerſari, & hæc omnia propter te non inuita ſuſtineo: Ad hæc noſti, Domine mi, & Deus meus, maximum hæc mihi tormentum afferre, & quod tantillo illo ſpatio, quod mihi, ut te frui ualeam, ſupereſt, te mihi abſcondas? quomodo hoc cum miſericordia tua conſiſtit & compatitur? Quomodo id ferre poteſt amor tuus, quo me proſequeris? Crediderim Domine, ſi modo fieri poſſet, vt me à tuis abſcondere poſſem oculis, ut i tu te à meis, crediderim inquam, & putem te pro amore, quo me complecteris, id minimè laturum. Sed tu ipſe mecum es, & continenter me uides, à me tamen uultum tuum abſcondis: quod æquanimiter ferre nequeo, Domine mi. Quare obſecro, reſpice, & conſidera, an non graue id ſit ei, quæ te tantopere diligit.

Quartus, eſt Auarus, qui immoderato habendi deſiderio ſemper flagrat. Hæc eſt lepra Giezi 4 *Reg.* 5. Nunc ergo accepiſti argentum, accepiſti ueſtes, ut emas Oliueta, Oues, & boues, Seruos, & Ancillas, &c. Lepra Naamam adhærebit tibi, & ſemini tuo uſque in æternum, & egteſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

S. Agoſtino Serm. 33. *de Verbis Domini ſecundum Lucam*. Amor terrenorum viſcum eſt ſpiritualium pennarum: Ecce, ſi concupiſti, hæſiſti. Nolite, inquit Dominus, diligere Mundum, nec ea quæ in Mundo ſunt: Quiſquis dilexerit Mundum non eſt charitas Patris in illo, quia omnia, quæ ſunt in Mundo concupiſcientia carnis ſunt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio Vitæ. Concupiſcentia carnis, Vxorem duxi Concupiſcentia oculorum. Quinque iuga bouum emi. Ambitio ſæculi. Villam emi.

Che però dice S. *Paolo* 1. *ad Timoth. vlt*- Radix omnium malorum *eſt* cupiditas, *doue* Cupiditatis nomine Auaritia intelligitur, *come dice* S. *Agoſtino* 1. *ſuper Gen. ad litt.*

E S. *Tomaſo quæſt.* 13. *de malo art.* 1. *in Arg.* 5. *dice, che* Apoſtolus ibi loquitur contra eos, qui cum velint diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueum Diaboli, eo quod radix omnium malorum eſt cupiditas: vnde manifeſtum eſt quòd loquitur de cupiditate ſecundum

dum quod est appetitus inordinatus diuitiarum: Et secundùm hoc dicendum est, quòd cupiditas secundùm quod est speciale peccatùm, dicitur radixomnium peccatorum,ad similitudinem radicis arboris, quæ alimentum præstat toti arbori: Videmus enim, quòd per diuitias homo acquirit facultatem perpetrandi quodcumque peccatum,& habendi desiderium cuiuscumque peccati; eo quod ad habenda quæcumq; temporalia bona potest homo per pecuniam iuuari; secundùm quod dicitur Eccl. 10. Pecuniæ obediunt omnia: & secundùm hoc patet quòd cupiditas diuitiarum est radix omnium peccatorum.

E *specialmente S. Gregorio 31. Moral. ne apporta i seguenti, e dice, che* sunt septem Auaritiæ filiæ, scilicet proditio,fraus,fallacia,periurium, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio.

Et *ne apporta la loro ragione l'Angelico quæst. 13. de malo art. 3. in c.* Ad Auaritiam enim pertinent duo: quorum vnũ est superabundare in retinendo: Et ex hac parte ex Auaritia oritur obduratio cõtra Misericordiam, quia videlicet obdurat cor suum Auarus ne alicui misericorditer subueniat. Aliud autem ad Auaritiam pertinens est, quòd superabundat in accipiendo, & secundùm hoc Auaritia dupliciter considerari potest: Primò quidem secundùm quòd est in corde Auari, & sic ex ea oritur inquietudo, quia ingerit homini sollicitudines, & curas superfluas, Auarus enim non impletur pecunia, vt dicitur Eccl. 3. Secundò verò considerari potest prout est in executione operis: Et sic in acquirendo aliena vtitur, quandoque quidem vi, & sic sunt violentiæ; Quandoque autem dolo; qui quidem si fiat verbo, erit fallacia in simplici verbo, quo quis decipit alium ad lucrandum; In verbo verò, iuramento confirmato, erit periurium: Si autem dolus committatur in opere; sic in rebus quidem erit fraus; Quantum ad Personas autem, proditio; sicut patet de Iuda, qui propter auaritiam factus est proditor Christi.

Che però si deue notare con S. Agostino citato dal S. M. 2. 2. qu. 118. art. 2. Quod Auaritia, quæ Græcè phylargiria dicitur, non in solo argento, vel nummis, sed in omnibus rebus, quæ immoderatè cupiuntur intelligenda est.

E *può esser peccato mortale, ò veniale ibi art. 4. in corp.* Dicendum quòd Auaritia dupliciter dicitur. Vno modo secundùm quòd opponitur Iustitiæ, & hoc modo ex genere suo est peccatum mortale. Sic enim ad Auaritiam pertinet, quòd aliquid iniustè accipiat, vel retineat res alienas, quod pertinet ad rapinam, vel furtum, quæ sunt peccata mortalia.

Contingit autem in hoc genere Auaritiæ aliquid esse peccatum veniale

niale propter imperfectionem actus. Alio modo potest accipi Auaritia secundùm quòd opponitur liberalitati, & secundū hoc importat inordinatum amorem diuitiarū: Si ergo in tantū amor diuitiarū crescat, quòd præferatur charitati, vt scilicet propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem Dei, & proximi, sic auaritia erit peccatum mortale: Si autem inordinatio amoris intra hoc sistat, vt scilicet homo, quamuis superfluè diuitias amet, non tamen præfert earum amorem amori Diuino; vt scilicet propter diuitias non velit aliquid facere contra Deum, & Proximum, sic Auaritia est peccatum veniale.

Hor sentiamo la N. S. Madre cap. 13. fundationum: Quàm Deus bone, splendida illa, ac magnifica ædificia parum ad interiorem profectum conferunt. Propter eius amorem vos obsecro, Charissimæ Sorores meæ, & Patres, ne vnquam immoderatione hac quoad splendidas, sumptuosasque domos sectanda defatigemini. Ponamus nobis ob oculos Fundatores nostros, Sanctos inquam illos Patres, à quibus descendimus, quos per hoc paupertatis, & humilitatis iter ad Dei scimus fruitionem peruenisse. Verè vsu comperi plus Spiritus nobis, quin immò plus interioris gaudij obtingere, cùm corporibus non adeò commodè prospicitur, quàm tum, cum amplas hæc possident, & capaces ædes, varijsque commoditatibus perfruuntur. Quid quæso nobis eæ conferunt, etiam maximæ, cùm vt plurimum nonnisi nobis concedatur ad vsum cubiculum? Qnid item nobis prosit, si hoc ipsum dolatum, & leuigatum sit? Scio enim minimè nos in parietibus inspiciendis detineri oportere: præsertim si cogitemus, non hanc esse domum, quæ perpetua nobis futura sit; sed quæ non nisi modicè, & quandiu uita durabit, etiamsi longissima futura sit, perfruemur. Omnia porrò nobis sapida, & dulciora futura, videntibus, quo pauciora in hoc Mundo habuerimus, eò plura in æternitate illa nos possessuras, in qua habitacula pro amoris quo Domini nostri Iesu Christi vitam fuerimus imitatæ mensura præparabuntur.

E fà molto à proposito vna certa correttione, che alla Santa istessa fece Christo Signor nostro in occasione ch'essa si pigliaua fastidio del poco sito, che haueua in vna fondatione, come si legge al cap. xv. della sua Vita, con queste parole: Iam ante te monui, vt quo possis modo in domum hanc commigres. Proh Generis humani cupiditatem! vt etiam terram tibi putes defuturam. Quoties Ego sub dio somnum cepi non habens vbi caput reclinarem?

Quintus est Superbus, qui per tumorem mentis contra Dominum, & Christum se eleuat. Et hęc est lepra Naamam Regis Siriæ, qui erat

diues

diues valdè, & fortis, & leprosus. *Gen.* 18. *de Abraham*. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis. Cur? S.Gregorius. Sancti quantò magis Diuinitatis interna prospiciunt, tantò magis nihil se esse conspiciunt.

Ma che più forte Argomento dell'essempio di Christo dice S. Tomaso 4. *contra Gent. cap.* 55. Non inconuenienter dicitur, quòd propter Humilitatem demonstrandam Christus mortem Crucis voluit pati: & reuera quidem Humilitas in Deum non cadit; quia Virtus Humilitatis in hoc consistit, vt aliquis intra suos terminos se contineat, ad ea quę supra se sunt non se extendens, sed Superiori se subijciat: vnde patet quòd Deo Humilitas conuenire non potest, Qui superiorem non habet, sed ipse super omnia existit: Si autem aliquis, vel æquali, vel inferiori se ex Humilitate aliquando subijciat, hoc est, quia secundùm aliquid eum qui simpliciter æqualis, vel inferior est, Superiorem arbitratur.

Quamuis igitur Christo secundùm Diuinam naturam Humilitatis Virtus non competat, competit tamen sibi secundùm naturam humanam: Et eius Humilitas ex eius Diuinitate laudabilior redditur: dignitas enim Personæ adijcit ad laudem Humilitatis, puta quando pro aliqua necessitate expedit aliquem magnum aliqua infima pati. Nulla autem tanta dignitas esse potest Hominis, quàm quod sit Deus: Vnde Hominis Dei humilitas maximè laudabilis inuenitur, dū abiecta sustinuit, quæ pro salute Hominum ipsum pati expediebat. Erant enim Homines propter Superbiam mundanæ gloriæ amatores. Vt igitur Hominum animos ab amore mundanæ gloriæ in amorem Diuinæ gloriæ transmutaret, voluit mortem sustinere, non qualemcumque, sed abiectissimam: Sunt enim quidam, qui etsi mortem non timeant, abhorrent tamen mortem abiectam, ad quam etiam contemnendam Dominus Homines animauit suo exemplo.

E così mediante la sua Humiltà si è opposto alla nostra Superbia 2. 2. *quæst.* 162. *art.* 5. Dicendum, quòd Superbia Humilitati opponitur. Humilitas autem propriè respicit subiectionem Hominis ad Deum. Vnde è contrario Superbia propriè respicit defectum huius subiectionis, secundùm scilicet quòd aliquis se extollit supra id, quod est sibi præfixum secundum Diuinam regulam, vel mensuram: contrà id, quod Apostolus dicit 2. *ad Cor.* 10. Nos autē non in immensum gloriamur, sed secundùm mensuram, quam mensus est nobis Deus. Et ideo dicitur *Eccles.* 10. Initium Superbiæ Hominis apostatare à Deo: quia secundùm hoc radix Superbiæ consideratur, quòd Homo aliqualiter non subijcitur Deo, & regulæ ipsius. Manifestum est autem, quòd hoc

ipsum

ipſum quod eſt non ſubici Deo, habet rationem peccati mortalis: Hoc enim eſt auerti à Deo. Vnde conſequens eſt, quòd Superbia ſecundum genus ſuum eſt peccatum mortale.

Si deue però notare per compimento della Dottrina ſoggionge il S. M. che ſicome in alijs, quæ ex ſuo genere ſunt peccata mortalia, (puta, in fornicatione, & adulterio) ſunt aliqui motus, qui ſunt peccata venialia propter eorum imperfectionem, quia ſcilicet præueniunt rationis iudicium, & ſunt præter eius conſenſum: ita etiam, & circa Superbiam accidit, quòd aliqui motus Superbiæ ſunt peccata venialia, dum ratio non conſentit.

Mi diranno è non baſtaua, che foſſimo humili, e ſoggetti à Dio?

Riſponde il S. D. 2. 2. quæſt. 161. art. 3. ad 1. Dicendum, quòd non debemus ſolum Deum reuereri in ſeipſo, ſed etiam id, quod eſt eius debemus reuereri in quolibet; Et ideo per Humilitatem debemus nos ſubijcere omnibus Proximis propter Deum, ſecundùm illud 1. *Petri* 2. Subiecti eſtote omni Creaturæ propter Deum; Latriam tamen ſoli Deo exhibere debemus.

Mà come può eſſer queſta Humiltà verſo tutti mentre non ſono tutti vguali nelle virtù, e li vni ſono ſuperiori alli altri, poiche come pure diſe S. Agoſtino in lib. de natura, & gratia: Humillitas collocanda eſt in parte Veritatis, non in parte falſitatis?

Riſponde iui ad 2. Dicendum, quòd ſi nos præferamus id, quod eſt Dei in Proximo, ei quod eſt proprium in nobis, non poſſumus incurrere falſitatem: Vnde ſuper illud *Philip.* 2. Superiores ſibi inuicem arbitrantes, dicit Gloſſa: Non hoc ita debemus æſtimare, vt nos æſtimare fingamus: ſed verè æſtimemus poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis Superior ſit, etiamſi bonum noſtrum, quo illi videmur Superiores eſſe, non ſit occultum.

Quindi la N. S. Madre per animar ciaſcuno à queſta Virtù laſciò ſcritte nel cap. xij. de Via perfectionis le ſeguenti parole. Vnaquæque igitur videat quàm ſit Humilis, & ſic videbit quantum profecerit. Exiſtimo fore, vt Diabolus eam quæ verè Humilis eſt, etiam quoad primum motum, tentare non audeat in rebus ad præeminentiam ſpectantibus: Quod enim verſutiſſimus ſit, vapulare metuit. Etenim fieri non poteſt, vt quæ verè Humilis eſt, non propterea magis in hac ipſa Virtute ſolidetur, ac proficiat, ſi eam Diabolus hac in parte tentet: Certiſſimum namque eſt, illam tunc oculos in vitam priorem coniecturam, & viſuram, quàm parum Domino hactenus ſeruierit, cum tamen tam multum ei debeat, quamque ipſe excellens, & præſtans, opus in ſe ſe humiliando fecerit, quò Humilitatis exemplùm nobis daret; Ad hæc

ſua

ſua eam peccata notaturam, & vbinam iam ob eadem me promèruerat. Per haſce porrò conſiderationes Anima tantum lucratur, vt poſtridie ad eam denuò hoſtis reuerti non audeat, ne comminuto capite rurſus re infecta abſcedere cogatur.

Sextus eſt Ambitioſus, qui honores, & dignitates deſiderat. Hæc eſt lepra Ezechiæ, qui ambijt honorem Summi Sacerdotij. *Paralipom.* 32. Elcuatum eſt cor eius, ingreſſus eſt Templum, voluit adolere incenſum: Et poſt: Et ſtatim nata eſt lepra in fronte eius.

S. Bernardo Epiſt. 93. Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum erugo, tinea Sanctitatis, excęcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina langorem.

Mà à cosi honorata Autorità aggiongiamo le ſue ràgioni, e cauſe proprie, che prouano diſtintamente la natura del ſoggetto, ò ſia la Virtù del ſuo vitio oppoſto, poiche come dice S. Tomaſo lib. de cauſis lect. 6. Cauſa ſic ſe habet ad effectum ſicut lumen corporale ad obiecta ſenſibilia per quod redduntur viſibilia, ſeu euidentia, quia, vt probat *Ariſt. 5. Metaphyſic.* Vnumquodque cognoſcitur per id, quod eſt in actu, & ideò ipſa actualitas rei eſt quoddam lumen ipſius: Et quia effectus habet, quòd ſit in actu per ſuam cauſam, inde eſt quòd illuminatur, & cognoſcitur per ſuam cauſam.

Et. quæſt. 14. *de verit. art.* 9 Quæcumque, *dice*, ſciuntur propriè accepta ſcientia, cognoſcuntur per reſolutionem in prima principia, quæ per ſe preſtò ſunt intellectui, & ſic omnis ſcientia in viſione rei præſentis perficitur.

Onde in 3. *diſt.* 33. *qu.* 1. *art.* 2. *quæſtiunc.* 4. *afferma*: Quòd ſi eſſet aliqua ſcientia, quæ non poſſet reduci ad principia naturaliter cognita, non eſſet eiuſdem ſpeciei cum alijs, neque vniuocè ſcientia diceretur.

Hora ſentiamo l'Angelico come diſcorre in tal materia 2. 2. *quæſt.* 131. *art.* 1. *in c.* Dicendum, quòd Honor importat quandam reuerentiam alicui exhibitam in teſtimonium excellentiæ eius. Circa excellentiam autem Hominis duo ſunt conſideranda: Primò quidem, quòd illud ſecundum quod Homo excellit, non habet Homo à ſeipſo, ſed eſt quaſi quiddam Diuinum in eo; & ideò ex hoc non debetur ei principaliter honor, ſed Deo. Secundò, conſiderandum eſt quòd illud in quo Homo excellit, datur Homini à Deo, vt ex eo alijs proſit: vnde in tantum debet Homini placere teſtimonium ſuæ excellentiæ, quod ab alijs exhibetur, in quantum ex hoc paratur ſibi via ad hoc quòd alijs proſit.

Triplici ter autem appetitum Honoris contingit esse inordinatum: Vno modo per hoc, quòd aliquis appetit testimonium de excellentia quam non habet, quod est appetere honorem supra suam proportionem. Alio modo per hoc quòd honorem sibi cupit non referendo in Deum. Tertiò per hoc quòd appetitus eius in ipso honore quiescit, non referens honorem ad vtilitatem aliorum: Ambitio autem importat inordinatum appetitum honoris; vnde manifestum est, quod ambitio semper est peccatum.

Conferma il S. D. questa Dottrina con quell'altra, che apporta Quodlib. 2. art. 11. in corp. doue tratta: An liceat appetere Prælationem. *E risponde*. Dicendum, quòd hanc quæstionem soluit Augustinus 16. de Ciuit. Dei, vbi dicit, quòd locus superior, sine quo Populus regi non potest, etsi administretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. Cuius ratio est, quia qui appetit prælationem, aut est superbus, aut iniustus: iniustitia enim est quod aliquis velit sibi plus de honore accipere, aut de alijs bonis, nisi sit maioribus dignus, vt dicitur in 5. *Etich.* Quod autem aliquis se æstimet esse magis dignum prælatione oibus illis, super quos prælationē accipit, Superbiæ, & Præsūptionis est. Vnde patet, quòd quicumque prælationem appetit, aut est iniustus, aut superbus: & ideo nullus suo appetitu debet ad prælationem peruenire, sed solum Dei iudicio, secundum illud Apostoli ad *Hebr.* 5. Nemo sibi assūmit honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Potest tamen aliquis licitè appetere se esse dignum prælatione, vel opera boni Prælati, pro quibus debetur honor.

Mà qui entra vn bel dubio. Supposto che vno sia degno, An liceat ei iurare quòd non acceptabit prælationem, cum iuramentum sit pro charitate institutum, & vt dicit Diuus Bernardus. Quod pro charitate institutum est contra charitatem non militat.

Risponde S. Tomaso 3. sent. dist. 39. art. 3. quæst 1. ad 3. Dicendum, quòd quamuis prælationem fugere, possit quandoque ex bono procedere, tamen pertinaciter resistere, semper malum est; sicut patet in Glossa Gregorij *Hierem.* 1. qui hoc probat exemplo Hieremiæ, & Moysis, qui cùm primò recusassent Prælationis officium, ad vltimum humiliter obedierunt: vnde huiusmodi inramentum incautum reputatur; quia quan-um in se est, Prouidentiæ Diuinæ præiudicat, & obedientiam ad Superiores excludit, quibus in hoc obedire tenetur.

Con questa Dottrina la N. S. M. scaccio ogni scrupolo di lasciar la sua quiete, e dolcezza della Contemplatione, che godeua nella solitudine della sua Cella per portarsi alle nuoue fondationi, doue per ordinario bisognaua, che fosse Priora, come in vn suo scritto riferito dal Marti-

nez

nez nel fine del capitolo 18. *del lib.* 2. *della sua vita appare con queste parole*: Quadam die cùm mecum ipsa reputarem num quibus indecens, ac nefas videbatur, me domo ad Monasteriorum, quæ per occasionem fundanda occurrebant, excitationem egredi, iusta aliqua ratione niterentur, ac satius ne longè foret, continenter me orationi in quiete insistere; Hæc ad aures meas vox accidit: Interim dum viuitur, non in eo omne situm est bonum, vt suauius, ac frequentius quis me potiatur; sed in voluntate mea præstanda.

Et indi soggionge: Cumque mihi videretur, quod Apostolus Paulus de Mulierum domimanentia, ac solitudine loqueretur, vt haud ita pridem a nonnemine intellexi, & ipsa etiam ante audieram, hanc fortè Dei volutatem forè; Statim audiui. Dic illis, non vno se dumtaxat Sacrarum litterarum testimonio niti oportere, sed alia insuper consulere: simul & percunctare, num fortèin illorum sit potestate manus meas ligando conttringere?

Al che S. Tomaso vi apporta parimente la ragione 2. 2. *qu.*27. *art.* 8. *doue cerca*: Vtrum sit magis meritorium diligere Proximum, quàm diligere Deum? *E risponde*: Dicendum, quòd comparatio ista potest intelligi dupliciter: Vno modo, vt seorsim consideretur vtraque Dilectio: & tunc non est dubium, quin Dilectio Dei est magis meritoria: Debetur enim ei merces propter seipsam, quia vltima merces est. Frui Deo, in quem tendit Diuinæ dilectionis motus. Vnde & diligenti Deum mèrces promittitur. *Io.* 14. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & manifestabo ei meipsum. Alio modo potest attendi ipsa comparatio, vt dilectio Dei accipiatur secundùm quòd solus Deus diligitur: Dilectio autem Pròximi accipiatur secundùm quòd Proximus diligitur propter Deum. Et sic dilectio Proximi includit dilectionem Dei; sed dilectio Dei non includit dilectiunem Proximi. Vnde erit comparatio dilectiouis Dei perfectæ, quæ extendit se etiam ad Proximum, ad dilectionem Dei insufficientem, & imperfectam: Quia hoc Mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem suum; Et in hoc sensu dilectio proximi præeminet.

Septimus est Hypocrita, vel Vanegloriosus, qui bona sua inaniter iactat. Hic est Leprosus Simonis Pharisæi *Matth.* 26. Cum autem esset Iesus in Betania in domo Simonis leprosi, &c. *doue S. Pietro Grisologo Serm.*7. Hypocrisis Virtutum fucus, subtile malum, secrecum virus, tinea sanstitatis.

E quanto alla Vanagloria S. Nilo de octo vitiosis cogitationibus. Inanis glorlæ affectus ita subtilis est, vt non facilè queat deprehendi. Aliorum affectuum impetns perspicui sunt: hic autem affectus tentò

difficilius vinci non poteſt, quantò deprænditur difficilius. Scopulus ſub aqua latens eſt inanis gloria, huic allisus Virtutis meritum amisisti.

Che però ci auisa S. *Bernardo Serm. 6. ſuper Pſal. Qui habitat.* Time ſagittam, leuiter penetrat: ſed dico tibi non leue infligit vulnus, citò interficit; Nimirum hæc Vanagloria eſt.

E S. Baſilio in Conſtitut. Monaſt. c. 11. la chiama Dulcem ſpiritualium opum expoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem.

E S. Cipriano dice che il Demonio pensò con queſta vincer Chriſto S.N. O execrabilis Diaboli malitia, putabat malignus quem gula non vicerat, Vanagloria ſuperare.

Quindi S. Agoſtino ſuper illud Ad Theſſ. 2. Deo, qui probat corda noſtra, *dice:* Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit; Quia etſi cuiquam facile eſt laudem non cupere dum negatur, difficile tamen eſt ea non delectari cum offeratur: Chryſoſtomus etiam dicit *Matth. 6.* Quòd inanis gloria occultè ingreditur, & omnia quæ intus ſunt, inſenſibiliter aufert.

Doue S. *Temaſo 2. 2. quæſt. 132. art. 3. ad 3.* Dicendum, quòd inanis gloria dicitur eſſe periculoſum peccatum, non tantum propter grauitatem ſui, ſed etiam propter hoc, quod eſt diſpoſitio ad grauia peccata, in quantùm ſcilicet per inanem gloriam redditur homo præſumptuoſus, & nimis de ſeipſo confidens; & ſic etiam paulatim diſponit ad hoc, quòd homo priueturinterioribus bonis.

Onde S. *Girolamo:* Nihil eſt tam periculoſum quantum gloriæ cupiditas, & iactantiæ vitium, & animus de conſcientia Virtutum tumens.

Doue pure l'Angelico qu. 9. de malo art. 2. ad 4. Dicendom, quòd illud dicitur eſſe periculoſum, quod de facili inducit aliquem ad peccandum: Inanis autem gloria inducit de facili ad peccandum, in quantum facit ipſum de ſeipſo confidere: Vnde dicitur eſſe periculoſiſſimum peccatum, non tam propter grauitatem ſui, quam propter hoc, quòd eſt diſpoſitio ad grauius peccatum.

Et *2. 2. qu. 132. art. 4. in corp. ſoggionge, e conclude, che* Propter propinquitatem ad excellentiam, quam homines maximè deſiderant, conſequens eſt, quòd ſit multum appetibilis: Et quia ex eius inordinato appetitu multa vitia oriuntur; ideò inanis gloria eſt vitium capitale.

E però ſi dice che le figliuole della Vanagloria ſono Inobedientia, Iactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, Nouitatum præſumptio, *Delle quali ne aſſegna le ragioni l'Angelico 2. 2. quæſt. 192. art. 5.*

art.5. in corp. Dicendum, quòd illa vitia, quæ de ſe nata ſunt ordinari ad finẽ alicuius vitij Capitalis, dicũtur filię eius: finis autẽ inanis gloriæ eſt manifeſtatio propriæ excellentiæ, ad quam poteſt homo tendere dupliciter: Vno modo directè, ſiue per verba; & ſic eſt iactantia: ſiuè perfecta; & ſic ſi ſint habentia aliquam admirationem eſt præſumptio nouitatum quas homines ſolent magis admirari: ſi autem falſa; ſic eſt Hypocriſis. Alio autem modo nititur aliquis manifeſtare ſuam excellentiam indirectè, oſtendendo ſe non eſſe alio modo minorem, & hoc quadrupliciter: Primò quidem quantum ad intellectum, & ſic eſt pertinacia, per quam homo nimis innititur ſuæ ſententiæ, nolens credere ſententiæ meliori: Secundò quantum ad voluntatem; & ſic eſt Diſcordia, dum non vult à propria voluntate diſcedere, vt alijs concordet. Tertiò quantum ad locutionem; & ſic eſt contentio, cùm aliquis clamosè contra alium litigat: Quartò quantum ad factum; & ſic eſt inobedientia, dum ſcilicet aliquis non vult exequi ſuperioris præceptum.

Mà dice quello. Eccl. 41. ſi legge: Curam habe de bono nomine: *Et ad Rom. 12.* Prouidentes bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. *Dunque ogn'vno deue eſſer ſollecito della ſua Gloria.*

Riſponde il S. D. 2. 2. quæſt. 132. art. 1. ad 3. Dicendum, quòd ad perfectionem hominis pertinet, quòd ipſe ſe cognoſcat: ſed quòd ipſe ab alijs cognoſcatur non pertinet ad eius perfectionem: & ideo non eſt per ſe appetendum: Poteſt tamen appeti in quantum eſt vtile ad aliquid; Vel ad hoc, quod Deus ab hominibus glorificetur; Vel ad hoc, quòd homines proficiant ex bono quod in alio cognoſcunt; Vel ex hoc quòd ipſe homo ex bonis quę in ſe cognoſcit per teſtimoniũ laudis alienæ ſtudeat in eis perſeuerare, & ad meliora perficere: & ſecundum hoc laudabile eſt, quòd curam habeãt aliquis de bono nomine, & quòd prouideat bona coram Deo, & hominibus, non tamen quòd in hominum laude inaniter delectetur.

Con tal ſentimento la N. S. Madre recconta i fauori, che il Signor'Iddio gli faceua, onde nella ſeconda Relatione che apporta il Martinez nel lib. 4. e capo 26. della ſua vita, dice cosi nel fine di eſſa. Quæ verò de Magnalibus Dei video, & intelligo, & quo ea modo direxerit, tot, & tanta ſunt, vt vix vnquam de ijſdem cogitare incipiam, quin intellectus mihi deficiat, cùm videam ea, quæ ingenij captum, & magnitudinem tranſcendunt; Et hinc animum ipſa meum recolligo. Ita porrò ſedulò me cuſtodiat Deus, necubi ipſum offendam, vt aliquando etiam ipſa obſtupeſcam, videns qua de me ipſe laboret cura, itaut à parte

ipſa

ipſa mea vix huc quidquam conferam; vtpote quæ iniquitatum, & malitiarum pelagus, antèquam hæc mihi obtigerent, fui, vt ne meipſam compeſcere quidem à peccando poſſe viderer. Cur autē ea ab omnibus ſciri velim, ratio hæc eſt vt hoc pacto ipſa magna Dei agnoſcatur potentia.

Che è conforme anche à quello che dice S. Tomaſo di ſopra nella cittata Queſtione 132. art. 1. ad 2. Dicendum quòd Gloria quæ habetur à Deo non eſt Gloria vana, ſed vera: Et talis Gloria bonis operibus in præmium repromittitur: de qua dicitur 2 *ad Cor.* 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat,

Et ad 1. Similiter etiam homo laudabiliter poteſt ad aliorū vtilitatem ſuam gloriam appettere, ſecundùm illud *Matth.* 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

Onde la S. M. nella Prima Relatione numero 20. Deo laus, non eſt, quantum quidem ipſa noui, quod Vana Gloria me afferat, video namque manifeſtè, nihil a parte me mea conferre ad ea, quæ Deus mihi concedit, quin potius meas mihi Deus patefacit miſerias, adeò vt omni eo, quod cogitare poſſem, non tot agnoſcere veritates poſſem, quot in vno noto momento.

Et Vitæ ſuæ Cap. VII. Quantum ad Hypocriſim, & Vanam Gloriam, numquam me, quod quidem ſciam, in Deum (illi laus ſit) memini offendiſſe: Nam ad primum Vanæ gloriæ motum, & ſuggeſtionem tantam in me ſentiebam moleſtiam, & auerſionem, vt & Dæmon non ſine iactura diſcederet: Ego verò inde lucrum aliquod facerem; proinde non niſi rariſſimè hoc in genere me tentauit: ſi illi Deus permiſiſſet vt in hoc genere tā me grauiter tentaret, ac in alijs rebus tentauit, fors non minus in eo cecidiſſem ~~tentauit: ſi illi Deus permiſiſſet vt in illo genere tam me~~, ſed ipſius me Maieſtas hactenus quoad hoc tutas eſt, & indemnem præſtitit: Vnde ſit in æternum benedictus.

E la ragione di tal protettione l'apporta S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 111. art. 2. in corp. Perche volendo il Signor' Iddio, che foſſe veramente Santa doueua eſſer lontana da ogni hipocriſia. Prima nell'Argemento Sed contra. Sicut D. Iſidorus dicit in lib. Etymol. quod Hypocrita Græco Sermone, in latino Simulator interpretatur, qui cum intus malus ſit, vt bonum ſe palam oſtendit: hypo enim falſum, Criſis iudicium interpretatur.

Hor ſentiamo il corpo dell'Articolo: Dicendum, quòd ſicut Iſidorus dicit ibidem: Nomen Hypocritæ tractum eſt à ſpecie eorum, qui in ſpectaculis contecta facie incedunt, diſtinguentes vultum vario colore, vt ad Perſonæ, quam ſimulant, colorem perueniant, modo in

ſpecie viri, modo in ſpecie fœminæ, vt in ludis Populum fallant. Vnde Auguſtinus dicit in lib. de Sermone Domini in Monte, Quod ſicut Hypocritæ Simulatores aliarum Perſonarum agunt partes illius, quod non ſunt (non enim qui agit partes Agamemnonis, verè ipſe eſt, ſed ſimulat eum) ſic in Eccleſijs, & in omni vita humana, qui ſe vult videri, quod non eſt Hypocrita eſt, ſimulat enim ſe iuſtum, non exhibet.

Sic igitur dicendum eſt, quod Hypocriſis ſimulatio eſt: Non autem omnis ſimulatio, ſed ſolum illa, qua quis ſimulat Perſonam alterius; ſicut cum Peccator ſimulat Perſonam Iuſti.

E però ne' ſuoi Ricordi trà li altri laſciò ſcritto la Santa queſto che è il 37. De fòris, & exterius numquam aliquam deuotionem proferes, quę interius non ſit. Quam verò indeuotionem habebis, eam abſcondere poteris, *& num.* 38. Interiorem deuotionem, niſi id valdè neceſſarium ſit, non oſtendas: Secretum meum mihi aiebant SS. Franciſcus, & Bernardus.

E quanto al naſconder l'imperfettione ne apporta ſimilmente il S. *D. la ſua ragione* 2. 2. *quæſt.* 111. *art.* 2. *ad* 2. *doue dice*: Cum quis habitum Sanctitatis aſſumit, intendens ſe ad ſtatum perfectionis transferre, ſi per infirmitatem deficiat, non eſt Simulator, vel Hypocrita: quia non tenetur manifeſtare ſuum peccatum, Sanctitatis habitum deponendo. Si autem ad hoc Sanctitatis habitum aſſumeret, vt ſe iuſtum oſtenderet, eſſet Hypocrita, & Simulator.

Et in 4. *diſt.* 16. *quæſt.* 4. *art.* 1. *ad* 1. Dicendum, quòd aliud eſt peccatum occultum non propalare, quod diſcretionis eſt, & ſecunda tabula dicitur: Et aliud Virtutem oſtentare cum aliquis peccato ſubiacet, quod Hypocriſis eſt.

Et ad 2. *apporta queſt'altra ragione:* Dicendum, quòd peccatum occultare ſufficit ad vitadum ſcandalum; ſed peccatum ſub ſpecie Virtutis palliare, Hypocriſis eſt, & malum ſemper: Nec per hoc quis famam conſeruat, ſed furatur.

Diranno la S. M. Teresa hà pure publicato le ſue Virtù ne' ſuoi libri? Come dunque non haurà hauuto vanagloria, e come hà oſſeruato il ſecreto.

Riſponde S. Tomaſo al primo punto quæſt. 9. *de malo art.* 2. *ad* 3. Dicendum, quòd de inani gloria loquimur ſecundum quòd homo de bonis ſuis gloriatur in ſeipſo, nullo modo ea referendo in Deum, vel actu, vel habitu.

Il che non ſi può dire della Santa, la quale ſcriſſe con ogni humiltà. Onde nel principio d'vno de ſuoi libri, come lo riferiſce il Martinez nel lib.

4. *Cap.*

4. *Cap.* 15. *della ſua vita parla in tal modo, e con tal proteſta*: Qui hæc legerit, caueat, ne quid hinc in me laudis tranſferat: Quin potius Maieſtatem eiuſdem roget, mihi vt ignoſcere dignetur, quòd è cunctis ab ipſo gratijs acceptis tam mihi exiguum collegerim fructum.

Quanto al ſecondo: Dice la Santa nel Proemio alla ſua Vita, che così gli è ſtato impoſto dalli Superiori, Confeſſori, ò dall'iſteſſo Signor Iddio: Vellem equidem, vt, quemadmodum Superiores mihi præceperunt, & plenam poteſtatem fecerunt, vt & Orationis modum, & quas à Domino recepi gratias, ſcripto committerem; Sic eandem feciſſent, ad enormia mea peccata, & vitam ſceleratam ſigillatim, & clariſſime aperiendam &c. Et poſtea hanc vitæ meæ naraationem mei mihi confeſſarij iniunxerunt, & ipſe met Dominus iam pridem, vt quidem ſcio, conſcribi voluit: *Doue non pretende altro ſe non che*: Vt hæc in gloriam, & laudem eius cedat.

Octauus leproſus eſt luxurioſus, qui fluxu immunditiæ ſuæ creaturas contaminat: Leuit. 22. Homo de ſemine Aron, qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt donec ſanetur.

2. 2. *Quæſt.* 153. *art.* 1. *in corp.* Dicendum, quod ſicut *Iſidorus dicit in lib. Etymologiarum*, luxurioſus aliquis dicitur, quaſi ſolutus in voluptates: Maxime autem voluptates venereæ animam hominis ſoluunt: Et ideò circa voluptates venereas maxime luxuria conſideratur.

La quale è anche vitio capitale ibi Art. 4. *in c.* Dicendum, quòd Vitium capitale eſt, quod habet finem multum appetibilem: ita quòd eius appetitu homo procedat ad multa peccata perpetranda, quæ omnia ex illo vitio tanquam ex principali oriri dicuntur: Finis autem luxuriæ eſt delectatio venereorum quæ eſt maxima; Vnde huiuſmodi delectatio eſt maxime appetibilis: tum propter vehementiam delectationis, tum etiam propter connaturalitatem huiuſmodi concupiſcentiæ: Vnde manifeſtum eſt, quòd luxuria eſt vitium capitale.

E però ſi deue fugire 2. 2. *Quæſt.* 35. *art.* 1. *ad* 4. Dicendum, quòd peccatum ſemper eſt fugiendum: Sed impugnatio peccati quandoque eſt vincenda fugiendo, quandoque reſiſtendo: Fugiendo quidem quando continua cogitatio auget peccati incentiuum, ſicut eſt in luxuria, *Vnde dicitur* 1. *ad Corinth.* 6. Fugite fornicationem: Reſiſtendo autem quando cogitatio perſeuerans tollit incentiuum peccati, quod prouenit ex aliqua leui apprehenſione: & hoc contingit in Accedia, quia quantò magis cogitamus de bonis ſpiritualibus, tanto

ma-

magis nobis placentia redduntur, ex quo ceſſat Acedia.

E ſopra il cittato teſto di S. Paolo lect. 3. Dicendum quòd cetera vitia vincuntur reſiſtendo: quia quantò magis homo particularia conſiderat, & tractat, tantò minus in eis inuenit vnde delectetur, ſed vnde magis anxietur. Sed vitium fornicationis non vincitur reſiſtendo; quia quantò magis ibi homo cogitat particulare; tantò magis incenditur; Sed vincitur fugiendo, ideſt totaliter vitando cogitationes immundas, & quaslibet occaſiones, vt dicitur *Zach.* 2. Fugite de terra Aquilonis dicit Dominus.

Il che poi piu diffuſamente dichiara Opuſc. 18. *de perfectione vitæ ſpiritualis Cap.* 9: *doue eſpreſſamente tratta.* Quæ nam ſint impedimenta continentiæ, ſiue caſtitatis, & quæ nam remedia? *E riſponde.* Tria eſſe impedimenta continentiæ apparet; Primum quidem ex parte corporis; Secundum ex parte animæ; Tertium ex parte exteriorum perronarum, vel rerum. Ex parte quidem proprij corporis, quia ſicut Apoſtolus *dicit ad Gal* 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, cuius carnis opera ibidem eſſe dicuntur, Fornicatio, Immunditia, Impudicitia, & cætera huiuſmodi: Hæc autem concupiſcentia carnis eſt lex, de qua *dicit Apoſtolus ad Rom.* 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: Quantò autem caro magis fouetur per ciborum affluentiam, & deliciarum mollitiem, tantò huiuſmodi concupiſcentia magis creſcit. Vnde *Hieronymus dicit*: Venter mero æſtuans citò deſpumat in libidinem. *Et Prou.* 21. luxurioſa res, vinum. *Et Iob.* 40. *dicitur de Behemoth.* per quem Diabolus ſignificatur. Sub vmbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus; Quod exponens *Gregorius* 33. *Moral. dicit*, loca humentia ſunt opera voluptuoſa, pes quippe in arida terra non labitur, fixus vero in lubrica vix tenetur. In locis ergo humentibus iter vitæ præſentis faciunt, qui in hac ad iuſtitiam recti ſtare non poſſunt. Oportet igitur continentiæ viam aſſumentibus carnem propriam abſtractis delicijs, vigilijs, & ieiunijs, & huiuſmodi exercitijs caſtigari. Cuius rei exemplum Apoſt. nobis oſtendit 1. *ad Cor.* 9. dicens. Omnis, qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. Et poſt modica ſubdit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Et quod opere perfecit, verbo docuit. *Dicit ad Rom.* 13. Cum præmiſiſſet, non in cubilibus, & impudicitijs, & carnis, inquit, curam ne feceritis in deſiderijs. Rectè autem dicit in deſiderijs, ideſt ad voluptatem, quia ad neceſſitatem naturæ carni cura eſt impendenda: Vnde idem *dicit ad Epheſ.* 5. Nemo carnem ſuam vnquam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam.

Ex parte autem animæ propoſitum continentiæ impeditur, dum laſciuis cogitationibus immoratur. Vnde Dominus per Prophetam *dicit Iſa.* 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Malæ enim cogitationes plerumque ad malum faciendum inducunt: Vnde *dicit Michæas* 2. Væ qui cogitatis inutile, & ſtatim ſubditur, & operamini malum in cubilibus veſtris: Inter cæteras autem cogitationes malas magis ad peccatum inclinant cogitationes de delectationibus carnis: Cuius ratio etiam ſecundum Philoſophorum Doctrinam dupliciter aſſignari poteſt.

Vna quidem quia cum ipſa delectatio ſit homini connaturalis, & à iuuentute connutrita, facile in ipſam appetitus fertur, cùm eam cogitatio proponit: *Vnde Philoſophus dicit* 2. Et hic. Quod delectationem indicare non poſſumus, quin accipiamus eam.

Secunda ratio eſt, quia vt idem *dicit in* 3. Ethicorum: Delectabilia in particulari ſunt ſunt magis voluntaria quàm in vniuerſali. Manifeſtum eſt autem, quòd per moram cogitationis ad particularia quæque deſcendimus; vnde per cogitationem diutinam maximè libido prouocatur: Et propter hoc Apoſtolus 1. *ad Cor.* 6. *dicit*. Fugite fornicationem: Quia vt *Gloſſa dicit* ibidem, cum alijs vitijs poteſt expectari conflictus, ſed hanc fugite, ne approximet, quia non aliter poteſt vinci.

Contra igitur huiuſmodi incontinentiæ impedimentum multiplex remedium inuenitur, cuius primùm, & præcipuum eſt, vt mens circa contemplationem, & diuinorum orationem occupetur: Vnde *dicit Apoſt. ad Epheſ.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu Sancto, loquentes vobis metipſis, in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, quod ad contemplationem pertinere videtur: Cantantes, & Pſallentes in cordibus veſtris Domino, quòd ad orationem pertinere videtur. Hinc etiam Dominus per Prophetam *dicit Iſa.* 48. laude mea infrænabo te, ne intereas. Eſt enim quoddam frænum animam ab interitu peccati retrahens, laus diuina.

Secundum remedium eſt, ſtudium ſcripturarum, ſecundùm illud Hieaonymi ad Ruſticum: Ama ſcripturarum ſtudia, & carnis vitia non amabis: Vnde Apoſt. cum dixiſſet 1. *ad Tom.* 4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide in caſtitate: Statim ſubdit; dum venio attende lectioni. *Onde ſopra quelle parole in S. Matthæo Cap.* 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, *dice che Chriſto S. N.* Docet quæ facienda ſunt tentato, vt ſilicet recurrat ad ſcripturæ medicinam.

Ter-

Tertium remedium eſt quibuſcumque cogitationibus bonis animum occupare, vnde *Chryſoſt. ſuper Matth. dicit*, quòd abſciſſio membri ita non comprimit tentationes, & tranquillitatem facit, vt bonæ cogitationis frænum: Vnde *Apoſt. ad Ph. 4. dicit*; De cætero, fratres, quæcũque ſunt vera, quæcũque pudica, quæcumque iuſta, quæcumque ſancta, quæcũque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi quæ virtus, ſi quæ laus diſciplinæ, hæc cogitate.

Quartum remedium eſt, vt homo ab otio deſiſtens, etiam in corporalibus laboribus ſeipſum exerceat. *Dicitur enim Eccleſiaſt. 33.* Multam malitiam docuit otioſitas. Et ſpecialiter ſòtium eſt carnalium incentiuum: Vnde *dicitur Ezech. 26.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ Sororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius: Et ideò Hieron. *ad Ruſt. mon. ſcribens dicit:* Facito aliquid operis, vt ſemper Diabolus inueniat te occupatum.

Quintum remedium adhibetur contra carnis concupiſcentiam, etiam per aliquas animi perturbationes: Vnde Hieronymus refert in eadem Epiſtola Quod in quodam Cœnobio erat quidam Adoleſcens, qui nulla abſtinentia, nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere, vnde eum periclitantem Pater Monaſterij hac arte ſeruauit. Imperauit enim cuidam Viro graui, vt iurgijs, atque conuicijs eum inſectaretur, & poſt irrogatam iniuriam, primus veniret ad conquerendum: Vocati etiam teſtes pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat; Solus Pater Monaſterij defenſionem ſuam opponebat, ne abundanti triſtitia frater abſorberetur. Ita annus ductus eſt, quo expleto interrogatus Adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis, reſpondit: Pater, viuere mihi non licet, & fornicari libet?

Ex parte autem exteriorum rerum, Propoſitum Continentiæ impeditur per aſpectum, & frequetia colloquia mulierum, & earum conſortia: Vnde dicitur *Eccleſiaſt. 9.* Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. Ex hac concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit: & poſtea ſubditur colloquium illius quaſi ignis exardeſcit: Et ideò contra hoc eſt adhibendum remedium, quod ibidem dicitur, ne reſpicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius: Cum Saltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. *Et Eccleſiaſt. 42.* dicitur: Omni homini noli intendere in ſpecie, & in medio mulierum noli commorari: De veſtimento eius procedit tinea, & à Muliere iniquitas Viri: Vnde Hieronymus, contra Vigilantium ſcribens dicit, quòd Monachus ſciens imbecillitatem ſuam, & vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat, & corruat, atque frangatur: Vnde, & Mulierũ maximè adoleſcentularũ vitat aſpectũ, ne eũ capiat oculus meretricis, ne forma pulcherri a ad illicitos ducat amplexus.

Ex quo patet, quod ſicut Abbas Moyſes dicit in Collationibus Patrum, pro puritate ſeruanda, ſolitudo ſectanda eſt; ac ieiuniorum inediam, vigilias, labores corporis, nuditatem, lectionem, cæteras virtutes debere nos ſuſcipere nouimus? vt ſcilicet, per illas ab vniuerſis paſſionibus noxijs illæſum parare cor noſtrum, & conſeruare poſſimus, & ad perfectionem charitatis iſtis gradibus innitendo aſcendere. Ob hoc igitur in Religionibus ſunt huiuſmodi opera inſtituta: non quia in ipſis principaliter conſiſtat perfectio; ſed quia in his quaſi quibuſdam inſtrumentis ad perfectionem peruenitur. Vnde poſt pauca ſubditur ibidem, igitur ieiunia, vigiliæ, inedia, meditatio ſcripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed inſtrumenta perfectionis ſunt: quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ finis; ſed per illa peruenitur ad finem.

Al che ſi può aggiongere ciò che apporta il Martinez della S.M. Tereſa Vita lib. 1. cap. 5. Ipſe verò Dominus, cui ſingulariter ipſa cura erat duos illi, velut frenos iniecit, ne in hoc lubrico laberetur, animæque hic iacturam faceret. Primum fuit naturalis quædam ab omni impudicitia, ac ſordibus carnalibus auerſio, quam etiam ipſa nunquam exuit. Alterum, tantus honoris amittendi metus, vt ſic quidem violentum illi, ſalutare tamen fuerit retinaculum.

Nonus eſt Homicida. Hæc eſt lepra Ioab, quam imprecatus eſt ei Dauid, quia occiderat Abner 2. *Reg.* 3. Non deficiet de domo Ioab Homo leproſus tenens fuſum. *Gen.* 9. *Cosi parlò Dio à Noè, & à ſuoi figliuoli:* Sanguinem Animarum veſtrarum requiram de manu omnium beſtiarum, & de manu Hominis, &c. *Done il Lirano.* Cur etiam beſtia? Numquid beſtia rationis expers pœna huiuſmodi digna eſt, cum careat culpa? *Riſponde;* Non ſolũ punitur Homo propter homicidiũ, ſed etiã beſtia propter ſacti horrorem, quamuis brutum peccare non poſſit.

Et Matth. 26. Quicumque acceperit gladium, gladio peribit. *San Tomaſo Quodlib.* 8. *quæſt.* 14. *ad* 1. Dicendum, quòd homicidium ſemper eſt peccatum; quia inordinationem habet inſeparabiliter annexã: Homicidium enim plus importat quàm occiſio Hominis; Compoſita enim nomina frequenter plus important quàm componentia: importat enim homicidiũ occiſionẽ hominis indebitam: Et ideò homicidiũ nunquam eſt licitum, quamuis occidere hominem aliquando liceat.

Come ſarebbe in diffeſa propria 2. 2. quæſt. 64. art. 7 in corp. Dicendum, quòd nihil prohibet vnius actus eſſe duos effectus, quorum alter ſolum ſit in intentione, alius verò ſit præter intentionem: Morales autem actus recipiunt ſpeciem ſecundum id quod intenditur, non autem ab eo, quod eſt præter intentionem, cum ſit per accidens: Ex

actu

actu ergo alicuius seipsum defendentis duplex effectus sequi potest: Vnus quidem, conseruatio propriæ vitæ: alius autem occisio inuadentis: Actus ergo huiusmodi, ex hoc, quòd intenditur conseruatio propriæ vitæ, non habet rationem illiciti, cum hoc sit cuilibet naturale, quòd se conseruet in esse quantum potest.

Potest tamen aliquis actus ex bona intentione proueniens illicitus reddi, si non sit proportionatus fini: & ideò si aliquis ad defendendum propriam vitam vtatur maiori violentia, quàm oporteat, erit illicitum: Si verò moderatè violentiam repellat, erit licita defensio; nam secundum iura, Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ. Nec est necessarium ad salutem, vt hunc actum moderatæ tutelæ prætermittat ad euitandam occisionem alterius: quia plus tenetur homo vitæ suæ prouidere, quam vitæ alienæ.

Sed quia occidere hominem non licet, nisi publica authoritate propter bonum commune, illicitum est, quòd homo intendat occidere hominem vt seipsum defendat; nisi ei qui habet publicam authoritatem, qui intendens hominem occidere ad sui defensionem, refert hoc ad publicum bonum, vt patet in milite pugnante contra hostes, & in Ministro Iudicis pugnante contra latronem: Quamuis etiam, & isti peccent, si priuata libidine moueantur.

Mi diranno: Vtrum ille sit reus homicidij, qui alterum occidit defendendo vitam propriam, vel etiam domum suam.

Risponde iui nell'Argomento Sed contra: Dicendum, quòd Exod. 22. dicitur: Si effringens fur domum, siue suffodiens, inuentus fuerit & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Sed multò magis licitum est defendere propriam vitam: Ergo etiam si aliquis occidat aliquem pro defensione vitæ suæ, non erit reus homicidij.

Però chi può sfugir la vendetta è molto meglio, & è cosa santa, come dice di se stessa la S. Madre in vna sua Relatione riferita dal sodetto Scrittore Vita lib. 4. cap. 26. num. 44. Maximã mihi Deus in summis laboribus, persecutionibus, & oblocutionibus, quibus paucis ab hinc mensibus continuò exagitata fui constantiã dedit, & eam tantò maiorem, quò etiam vexationes acriores fuere, nulla vt ratione in patiendo defatigata defecerim. Aduersantibus verò mihi adeò non malè volui, aut siniſtro in eos fui animo, vt etiam maiori, nouaque in eosdem ferri dilectione viderer. Quomodo tamen id fieret, nescio: A Diuinæ scilicet munificentiæ dextra id proficiiebatur.

Decimus est Obstinatus, & Desperatus, qui finaliter peccat. *Leuit.* 13. Lepra perseuerantis est in eodem, &c.

Qui

Qui non vi è dubio dice S. Tomaso lib. 5. de eruditione Principum cap. 3. che Peccator ad ſeipſum malè ſe habet, quoniam plus vult eſſe malum, quàm bonum, Diaboli Seruum, quàm Dei filium, in ſtatu latronis, quàm in ſtatu Regis. Qui in mortali eſt, in ſtatu latronis eſt, infernali patibulo adiudicatus.

Mà mentre è il peccatore ancora in queſto Mondo, non deue diſperare della diuina miſericordia, poiche la diſperatione è ſpropria ſolo de Dannati 2. 2. queſt. 31. art. 4. ad 1. Dicendum, quòd homines deterrentur in præſenti à blaſphemia propter timorem pœnarum, quas ſe putant euadere. Sed damnati in inferno non ſperant ſe poſſe euadere; Et ideò tanquàm deſperati feruntur ad omne ad quod eis peruerſa voluntas ſuggerit.

S. Girolamo. Qui veniam de peccato deſperat plus ſe de deſperatione quàm commiſſo ſcelere obligat. Deſperatio auget peccatum, & eſt maior omni peccato.

Indi poi conclude l'Angelico il Sermone: Qui ab iſtis lepris vult curari currat ad piſcinam ſanguinis innocentis, quam fecit nobis ineffabili charitate Dominus Ieſus Chriſtus, qui mundauit nos in ea, & mundabit omnes confugientes ad ſe à lepris omnium peccatorum *Apoc.* 1. Qui dilexit nos, & leuit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Altrimente ogn'vno imputi à ſe ſteſſo ſe non è guarito, mentre non hà voluto preualerſi del rimedio; è ne aſpetti il giuſto caſtigo ſoggionge il S. D. ne ſuplementi Quæſt. 90. art. 2. ad 2. doue dice, che nel Giudicio finale Apparebit ſignum Crucis, vt per hoc iuſtior condemnatio eorum appareat, qui tantam miſericordiam neglexerunt. *E non potranno ſcuſarſi che già erano arriuati alla durezza, perche come dice il medeſimo 2. 2. Quæſt. 33. art.* Peccatum non tollit totum bonum naturæ, quin remaneat in peccante aliquid de iudicio rectæ rationis.

Si come ſempre gli reſta la fede di tal rimedio dice il S. Concilio Tridentino Seſſ. 6. Can. 18. Si quis dixerit per peccatum gratiam, ſimul & fidem amitti, aut fidem quæ remanet, non eſſe veram fidem, licet non ſit viua, anathema ſit.

E ſe vi reſta la fede non può dubitare di tal amore infinito ſotto colpa di vna gran biaſtema oppoſta à tal fede. 2. 2. Quæſt. 13. art. 1. doue in termini terminanti tratta l'Angelico: Vtrum blaſphemia opponatur confeſſioni fidei. Dicendum, quòd nomen blaſphemiæ importare videtur quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, & præcipuè diuinæ, Deus autem, vt *Dion. dicit* 1. *Cap. de Diu. nom.* eſt ipſa eſſentia veræ bonitatis. Vnde quicquid Deo conuenit, pertinet ad bonitatem ipſius, & quicquid ad ipſum non pertinet, longè eſt à ratione perfectæ

fectæ bonitatis, quæ est eius essentia. Quicumque ergo vel negat aliquid de Deo, quod ei conuenit, vel asserit de eo, quod ei non conuenit, derogat diuinæ bonitati. Quod quidem potest contingere dupliciter, vno quidem modo secundùm solam opinionem intellectus. Alio modo coniuncta quadam affectus detestatione; Sicut è contrario fides Dei per dilectionem perficitur ipsius. Huiusmodi ergo derogatio diuinæ bonitatis vel est secundùm intellectum tantum, vel etiam secundùm affectum. Si consistat tantum in cordę, est cordis blasphemia. Si autem exterius prodeat per locutionem, est oris blasphemia. Et secundùm hoc blasphemia confessioni opponitur.

Chi dunque dispera della bontà, e misericordia di Dio ò nell'interno, ò nell'esterno, si come chi presume di saluarsi senza meriti attribuisce falsità à Dio: e così biastema contro Dio 2. 2. *Quæst.* 21. *art.* 2. Dicendum, quòd sicut supra dictum est circa desperationem, omnis motus appetitiuus, qui conformiter se habet ad intellectum falsum, secundum se malus est, & peccatum. Præsumptio autem est motus quidam appetitiuus, quia importat quandam spem inordinatam; Habet autem se conformiter intellectui falso sicut & desperatio. Sicut enim falsum est, quod Deus pœnitentibus non indulgeat, vel quod peccantes ad pœnitentiam non conuertat, ita falsum est, quod in peccato perseuerantibus veniam concedat, & à bono cessantibus opere gloriam largiatur, cui existimationi conformiter se habet præsumptionis motus. Et ideò præsumptio est peccatum, minus tamen quam desperatio; Quoniam magis proprium est Deo misereri, & parcere, quam punire propter eius infinitam bonitatem. Illud enim secundùm se Deo conuenit, hoc autem secundùm nostra peccata.

Che però dice la N. S. Madre De via perfectionis cap. 23. Nolite timere, quòd Dominus præsiti vos emori sinat, vtpotè qui nos vltrò inuitat ad ex hocce fonte bibendum. Hoc ergo dictum maneat; & vellem sanè id sæpius dicere, & repetere, quod id quàm maximè pusillanimes reddat eos, qui Dei bonitatem nundum penitus per experientiam cognitam habent, etsi per fidem eam cognorint. Sed magnum quid est, reipsa & experientia expertum esse, quàm is amicè suauiter, & blandè tractet eos, qui per hanc viam incedunt, & quomodo penè sumptu illius iter hi suum instituant. Vnde non miror eos, qui hoc reipsa experti non sunt, aliquam prius commodi aut lucri cuiuspiam securitatem exigere. Sed ipsæ iam tum nostis, pro vno centuplum dari, etiam in hac vita, & Dominum dicere, petite, & dabitur vobis. Porrò si Maiestati illius, in varijs Euangelij sui locis hac de re certiores reddenti, minimè credatis, carissimæ, frustrà meum

ego

ego cerebrum, ad hoc vobis exponendum, frango & me fatigo. Ei tamen qui de eo aliquantulum dubitat, dicere possum, non multum se, si experiatur, & periculum faciat, perditurum. Hoc enim boni iter hoc habet, quod plura dentur quàm petantur, aut petere possimus. Hoc reuera ita se habet; Equidem id noui, & si quę vestrum id etiam experientia, Deo dante, nouere, illas ergo huius rei testes producere possim.

In somma conclude la Santa in conformità dell' Angelico sopra il Pat. noster Pet. sexta. Quot pereunt infirmi quia medicum non habent, vel quia medicinas pro tollendis malis suis necessarias comparare nequeunt? Sed hic tale periculum non imminet, Medicus etenim omni medicinarum genere abundantissimè refertus, & onustus est, quas & secum affert ad omnia mala curanda: Et licet carissimo pretio illas coemerit, gratuitò tamen volentibus illas concedit, imò precariò offert, & suis sumptibus salutem nostram faciliorem reddit; Ipse enim vitam suam exposuit, vt nos ipsum mortuum aspicientes sanitate donaremur, quemadmodum ab ignitis Serpentibus percussi, Serpentem mortuum æneum pro signo positum, aspiciendo, sanabantur. Denique iam præparata sunt omnia, ille idem qui nos curare desiderat omnibus se se & omnia, quibus iadigemus offert. Præterea certi sumus medicinas expeditas esse, reliquum est, vt vulnera nostra, & infirmitates manifestemus, & effundamus coram illo corda nostra. Tandem nulla sint vulnera vel antiqua, vel noua, quæ supremo Medico, remedium ab eo postulantes, non aperiamus.

Cum infirmus quæ ipsi commendantur acceptare renuit, neque à vetitis abstinet, Medicus illum, dum tamen freneticus non sit, derelinquere non consueuit: Medicus autem cœlestis nec immorigeros contemnit, nec inobedientes dimittit; omnes curat vt freneticos, mille modos, vt ad se redeant inquirens.

Risanandoli, come dice S. Tomaso 4. Sent. d. 23. q. 2. a. 3. Qu. 2. in c. perfettamente non solo quanto alli peccati, ma anche in certo modo quanto alla loro origine. Et quia vbi est in nobis prima origo peccati, ibi debet vnxio adhiberi, ideo vnguntur loca quinque sensuum: Scilicet oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus propter tactum, renes propter vim appetitiuam, & pedes propter motiuam, qui sunt principalius eius instrumentum.

E la lege di gratia non solo è lege, ma ancora è lena 1. 2. q. 106. a. 1. ad 2. Dicendum quòd dupliciter est aliquid inditum homini. Vno modo pertinens ad naturam humanam, & sic lex naturalis est lex indita homi-

homini. Alio modo eſt aliquid inditum homini quaſi naturę ſuperadditum gratiæ donum. Et hoc modo lex noua eſt indita homini, non ſolum indicans quid ſit faciendum, ſed etiam adiuuans ad implendum: *E però ogn' vno può ſperar bene, &c.*

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

Dico vobis ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis. *Matth. Cap. 6.*

S. *Agoſtino lib. de quantit. animæ cap. 33. apporta queſto ſuo bel ſentimento intorno all' anima noſtra.* Amputabo lectori latiſſimam quandam, & infinitam expectationem, ne me de omni anima dicturum putet, ſed de ſola humana, quam ſolam curare debemus, ſi nobis metipſis curæ ſumus. *Di queſta dunque parlando S. Girolamo, qui portato da S. Tomaſo in catena aurea ſopra il corrrente Euangelo eſponendo le cittate parole, dice che ſe bene* Huius cura penitus liberamur, ceterum de ſpiritualibus cibis, & veſtimentis ſemper debemus eſſe ſoliciti. *Concorda con queſta intelligenza Vgone Cardinale, il quale dice*: Multiplex eſt, ſolicitudo, eſt enim, quædam prouidentiæ ſpiritualis. Et hæc præcipitur *Prouerb. 6.* Vade ad formicam ò piger, & diſce ſapientiam; *Doue parimente S. Agoſtino lib. contra Adamant. c. 24.* Sic vnuſquiſque Chriſtianus in rerum tranquillitate, quam ſignificat æſtas, colligat verbum Dei: vt in aduerſitate, & tribulationibus, quæ hiemis nomine notantur, habeat vnde ſpiritualiter viuat. *Ma ſentiamo per vltimo Beda il venerabile:* Si tantillum, *dice*, animal principe carens, & rationis expers natura duce ſibi prouidet in poſterum; multò magis tu ad imaginem Dei conditus ad videndam eius gloriam vocatus, Doctorum magiſterio adiutus, ipſum conditorem habens ducem, debes in præſenti bonorum operum fructus congregare, quibus in æternum viuas in futuro. *E vi ſoggionge l'Angelico la ſua ragione ne ſupplementi quæſt. 6. art. 5.* Philoſophus in 8. Phiſicorum *dicit*; Quod voluntas non retardat facere ali

quod opus volitum niſi propter aliquam cauſam rationabilem. Ea autem quæ ſunt de neceſſitate ſalutis tenetur homo in hac vita implere. *E però ſe bene Chriſto S. N. ci prohibiſce hoggi la ſouerchia ſolecitudine delle coſe temporali, nou ci eſclude la diligenza delle ſpirituali, & eterne, le quali importano molto più: onde ſopra quel paſſo di S. Paolo ad Timoth. 6. verſ. 17.* Præcipe diuitibus huius ſæculi non ſuperbè ſapere: *ſoggionge il S. D. lec. 4.* Diuitiæ abundantiam important: Eſt autem abundantia ſpiritualium: & hæ ſunt veræ diuitiæ ſalutis, ſapientia, & ſcientia, timor Domini: ipſe eſt theſaurus eius: Quædam corporales: & hæ non ſunt veræ diuitiæ quia non ſufficiunt; & ideò addit cum quadam diminutione, huius Sæculi. *E ſe ne vogliono di ciò maggiori proue attendino al diſcorſo, che queſto ſarà il mio aſſunto. e cominciamo.*

E per motiuo d'attentione in queſt' altra Predica, mi pare aſſai conueniente il rappreſentar à ciaſcuno, che mi aſcolta, ciò che accenna breuemente S. Tomaſo 3. p. q. 30. art. 3. ad 1. Che, Non ſolùm affectauit Deus hominem perditum reſtituere: Sed etiam voluit ipſum honorare eius aſſumendo naturã, *e predicarli in eſſa in propria perſona come lo ſoggionge il S. D.* Circuibat totam Galileam docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni Dei *Marci. 1. num. 38.* Eamus in proximos Vicos, & Ciuitates, vt ibi prædicem. *E queſt' impiego di predicar il ſuo Regno anche l' hà participato all' huomo. Opuſc. 19. Per il che dice l'Angelico*, quamuis ipſe ſit Omnipotens, & per ſemetipſum poſſet ſalutem hominum procurare; diſpoſuit tamen, vt ordo ſeruaretur in rebus, Miniſtros eligere, quorum miniſterio hoc perficeretur. Et rectè tales Dei adiutores dicuntur *1. Corinth. 3. & in cap. 12. Epiſ. ad Hebr.* Sancti dicuntur nubes, primò propter conuerſationis ſublimitatem, iuxta illud *Iſa. 60. n. 8.* Qui ſunt iſti, qui, vt nubes volant. Et illud Pauli ad Philip. *3. n. 2.* Conuerſatio noſtra in coelis eſt. Secundò propter doctrinæ fæcunditatem, iuxta illud *Ioh. 36. n. 27.* Effundit imbres ad inſtar gurgitum, qui de nubibus fluunt. *Hor dunque chi non aſcoltarà così ſublime Dottrina, la quale ſoggionge il medeſimo Opuſc. 60. art. 14.* Chriſtus confirmauit. Tum vitæ ſanctitate. Tum miraculorum ſublimitate? Vitę ſanctitate: quia cæpit facere, & docere: vt dicitur *Act. 1.* Miraculorum ſublimitate *Io. 4.* Si mihi non vultis credere, operibus credite. *Non poſſo credere che alcuno non reſti appagato da ſi potenti ragioni. E però veniamo al caſo proprio.*

Nella 1. 2. quæſt. 99. art. 6. dice chiaramente il S. D. che in ciò conſiſte tutta la noſtra perfettione di attaccarci alli beni ſpirituali col poco conto delli temporali: Perfectio hominis eſt, vt contemptis temporali-

bus

bus, ſpiritualibus inhæreat, vt patet per illud quod Apoſtolus *dicit Philip.* 3. Quæ quidem retio ſunt obliuiſcens, ad ea, quæ priora ſunt me extendo. Quicumque ergo perfecti ſumus hoc ſentiamus. Imperfectorum autem eſt, quod temporalia bona deſiderent, in ordine tamen ad Deum: peruerſorum autem eſt, quòd in temporalibus bonis finem conſtituant.

Et Quæſt. 91. art. 5. dice che in ciò propriamente conſiſte la perfettione della legge Euangelica, la quale hoggi dì noi profeſſiamo, conforme Chriſto ce la predicò nella ſua miſſione al Mondo: Dicendum, quòd diſtinctio eſt cauſa numeri: Dupliciter autem inueniuntur aliqua diſtingui. Vno modo, ſicut ea, quæ ſunt omninò ſpecie diuerſa: vt equus, & bos. Alio modo ſicut perfectum, & imperfectum in eadem ſpecie, ſicut puer, & vir: & hoc modo lex diuina diſtinguitur in legem veterem, & legem nouam. Vnde Apoſtolus *ad Gal.* 3. comparat ſtatum veteris legis ſtatui pueri exiſtentis ſub Pedagogo: Statum autem nouæ legis comparat ſtatui viri perfecti, qui iam non eſt ſub Pedagogo. Attenditur autem perfectio, & imperfectio legis ſecundum tria, quæ ad legem pertinent. Primò enim ad legem pertinet, vt ordinetur ad bonum commune ſicut ad finem. Quod quidem poteſt eſſe duplex, ſcilicet, bonum ſenſibile, & terrenum: Et ad tale bonum ordinabat directè lex vetus; Vnde ſtatim Exodi 3. in principio legis inuitatur Populus ad Regnum terrenum Cananeorum. Et iterum bonum intelligibile, & cœleſte: Et ad hoc ordinat lex noua: Vnde ſtatim Chriſtus ad Regnum Cœlorum in ſuæ prædicationis principio inuitauit dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum Cœlorum *Matt.* 4. Et ideò Auguſtinus *dicit in* 4. contra Fauſtum, quòd temporalium rerum promiſſiones in teſtamento veteri continentur, & ideò vetus appellatur: Sed æternæ vitæ promiſſio ad nouum pertinet Teſtamentum. *Si vede dunque che de beni ſpirituali principalmente dobbiamo eſſer ſoleciti.*

Conferma il S. M. tutto ciò con quella dottrina che da nelle queſtioni diſputate, quæſt. de voluntate art. 7. doue dice che ſtà in grand' errore chi penſa che la ſua Beatitudine conſiſta in queſti beni ſenſibili, onde demerita correndoli dietro, ſi come al contrario è illuſtrato dalla Diuina gratia chi meetela ſua vltima felicità in Dio; Et in ciò propriamente ſtà il merito d'vn' Anima: Alijs rebus inditus eſt naturalis appetitus alicuius rei determinatæ, ſicut graui quòd ſit deorſum, & vnicuique animali id quod eſt ſibi conueniens ſecundùm ſuam naturam: Sed homini inditus eſt appetitus vltimi finis ſui in communi, vt ſcilicet appetat naturaliter ſe eſſe completum in bonitate: Sed in quo iſta completio conſiſtat:

Vtrum in Virtutibus, vel ſcientijs, vel delectationibus, vel huiuſmodi alijs, non eſt ei determinatum à natura.

Quando ergo ex propria ratione adiutus Diuina Gratia apprehendit aliquod ſpeciale bonum, vt ſuam Beatitudinem, in quo verè ſua beatitudo conſiſtit, tunc meretur, non ex hoc quòd appetit beatitudinem, quam naturaliter appetit, ſed ex hoc, quòd appetit hoc ſpeciale, quod non naturaliter appetit, vt viſionem Dei, in quo tamen ſecundum rei veritatem ſua beatitudo conſiſtit. Si verò aliquis per rationem erroneam deducatur, vt appetat aliquid ſpeciale, vt ſuam beatitudinem, puta corporales delectationes, in quibus tamen ſecundùm rei veritatem ſua beatitudo non conſiſtit, ſic appetendo beatitudinem demeretur, non quia appetit beatitudinem, ſed quia indebitè appetit hoc vt beatitudinem, in quo beatitudo non eſt. *Se dunque in queſti beni ſenſibili non conſiſte la noſtra vera beatitudine, con ragione di eſſi Chriſto ci vieta la ſolecitudine, e però ſolo ci reſta il ſtimolo di cercar Dio, i beni ſpirituali, & eterni.*

In oltre dice il S. M. 1. 2. qu. 26. art. 2. Appetibile dat appetitui quandam coaptationem ad ipſum, quæ eſt complacentia quædam appetibilis, ex qua ſequitur motus ad appetibile.

Et ad 3. ſoggionge, Quòd amor nominat motum appetitus, quo immutatur ab appetibili, vt ei appetibile complaceat.

Hor chi non sà, che la compiacenza perfetta della noſtra volontà non ſtà nella creatura: mà ben sì in Dio ſolo? 1. p. qu. 32. art. 1. ad 2. Tunc ſocietas requiritur ad iucundam poſſeſſionem alicuius boni, quando in vna perſona nō inuenitur perfecta bonitas, vnde indiget ad plenam iucunditatis bonitatem bono alicuius alterius conſociati ſibi. In Deo autem vt vno eſt perfectiſſima bonitas. *Onde diſſe vn bel ingegno, parlando di Dio auanti la Creatione del Mondo:* Dic vbi tunc erat, cum præter ipſum nihil erat? Tunc vbi nunc in ſe, quia ſibi ſufficit ipſe.

Di più ſoggionge il S. D. nell'iſteſſe diſputate queſt.: De Prophetia art. 4. ad 4. Natura ordinatur ad gratiam, ſicut gratia ad gloriam. *Non è dunque il noſtro fine l'eſſer perfetti, e ben prouiſti di beni di natura, mà di gratia, e di gloria, e però à queſti principalmẽte dobbiamo applicar l'affetto, & à quelli in ſecondo luogo, & in quãto à pena ſono neceſſarij per mantenerciin piedi. Cosi lo conclude lib. 3. contra Gent. cap. 133.* Exteriores quidem diuitiæ ſunt neceſſariæ ad bonum virtutis, cum per eas ſuſtentemus corpus, & alijs ſubueniamus. Oportet autem, quòd ea quę ſunt ad finem ex fine bonitatẽ accipiant. Neceſſe eſt ergo quòd exteriores diuitiæ ſint aliquod bonum hominis, non tamen principale, ſed quaſi ſecundarium: Nam finis principaliter eſt bonum, alia verò ſecun-

cun-

cundum quòd ordinantur in finem. *Onde profegue*. Propter hoc quibuſdam viſum eſt, quòd Virtutes ſint maxima bona hominis: Exteriores autem diuitiæ quædam minima bona. Oportet autem quòd ea, quæ ſunt ad finem modum accipiant ſecundum exigentiam finis. In tantum igitur diuitiæ bonæ ſunt, in quantum proficiunt ad vſum Virtutis. Si verò iſte modus excedatur, vt impediatur vſus Virtutis, non iam inter bona computandæ ſunt, ſed inter mala.

Et indi per maggior eſpreſſione ſoggionge: Vndè, & contemplatiuæ vita etiam in hoc perfectior eſt, quia paucioribus indiget; Ad quam quidem vitam videtur pertinere quòd totaliter homo Diuinis rebus vacet: Quam quidem perfectionem Doctrina Chriſti Homini ſuadet: Vnde hanc perfectionem ſectantibus minimum de exterioribus diuitijs ſufficit, quantum ſcilicet neceſſe eſt ad ſuſtentationem naturæ. Vnde & Apoſtolus dicit 1: *Timot. 6.* Habentes ſolum alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.

Et aggionge lib. 1. ad Hannibal. diſt. 1. art. 4. che ne meno lecitamente di queſti pochi cibi, & veſti neceſſarie potreſſimo ſeruirci, ſe attualmente, ò almeno habitualmente non ordinaſſimo il loro vſo à Dio: Nihil autem debitè venit in vſum, niſi in finem debitum referatur; Quod autem in finem proximum reducitur, & in finem vltimum reduci videtur, vel actu, vel habitu: Vnde omnibus præter Deum vti poſſumus, neque eis rectè vtimur, niſi referendo in Deum actu, vel habitu.

Anzi, dico di più, ſoggionge iui art. 3. che non ſolo l'vſo hà da riferirſi à Dio, mà anche quella poca fruitione, e guſto, che ci poſſono recar queſti cibi, veſti, & ogni altra coſa creata: Sicut iam dictum eſt; Frui eſt aliquid pro fine vltimo habere cum delectatione. Vltimum autem dupliciter dicitur, vel in aliquo genere, ſeu ordine, vel ſimpliciter. Fruimur ergo ſimpliciter cum delectamur in aliquo ſicut in vltimo fine ſimpliciter; Et ſic non eſt niſi ſummo bono fruendum quod eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Dicimur autem frui aliquo ſecundùm quid, cum delectamur in eo non ſimpliciter, ſed reſpectu alicuius ordinis, vel generis, & ſic dicimur alijs rebus frui, quam Deo, ſed minus propriè accipiendo frui. Quia verò id quod eſt vltimus finis ſimplicitet largitur omnibus alijs finibus appetibilitatem, in quantum in eis aliqua ſimilitudo eius relucet, ideò etiam dum alijs qualitercumque fruimur, non eis abſolutè fruimur, ſed eis in eo, qui eſt vltimus finis: Vnde Apoſtolus *ad Philem. 1.* Frater ego te fruar in Domino.

Mà vn bel dubio. Dice quello in qualche tempo che mi ſono dato à Dio haueuo vn certo feruore che mi conſolauo tutte: Hora mi ſento tanto aridо, che non sò che ſia di me.

Riſponde

Risponde S. Tomaso in 1. Sent. dist. 17. qu. 2. art. 1. Distinguete da feruore à feruore, & all'hora puotrete acquietar l'animo vostro: Feruor charitatis dupliciter accipitur propriè, & methaphoricè. Methaphoricè secundùm quòd dicimus charitatem esse calorem, & intensionem actus charitatis methaphoricè dicimus feruorem secundum quòd Dionysius ponit feruidum in amore Angelorum. Sic autem feruor acceptus, est per se consequens essentiam charitatis; Vnde non potest in tali feruore fieri augmentum, nisi ipsa charitas essentialiter augeatur, cum simul varietur res, & omnia quæ per se consequuntur ipsam.

Alio modo dicitur feruor prout est in parte sensitiua: Cum enim vires inferiores sequantur motum Superiorum si sit intensio, sicut videmus quod ad apprehensionem mulieris dilectæ totum corpuus exardescit, & mouetur; ita etiam quandò affectus superior mouetur in Deum, consequitur quædam impressio etiam in virtutibus sensitiuis secundùm quam incitantur ad obediendum Diuino amori. Intensio autem istius feruoris non sufficit ad augmentum charitatis, quia secundum augmentũ istius feruoris non attẽditur quantitas meriti cum consistat in dispositione corporis. Vndè magis feruentes non semper magis merentur.

Chi dunque non sisente più tal feruore non si deue prender fastidio, purche essentialmente ami Dio, e viui rettamente; Perche in tal stato merita, e cresce in carità, poiche come soggionge iui il S. M. Sed ille qui dicitur crescere in charitate, crescit etiam in merito; Et ideò dicendum, quòd charitas essentialiter augetur.

E però soggionge nella P. 2. qu. 4. art. 2. ad 2. non si deue stimar la perfettione d'vn'anima per quello, che passa nella parte sensitiua; mà ben si nell'intellettiua: Non est autem aliquid æstimandum simpliciter secundum ordinem sensitiui appetitus, sed magis secundùm ordinem appetitus intellectiui.

Et ad 3. dice chiaramente che non dobbiamo amar Dio per questi gusti, mà perche è nostro vltimo fine: Dicendum, quòd charitas non quærit bonum dilectum propter delectationem, sed hoc est ei consequens, vt delectetur in bono adepto quod amat: Et sic delectatio non respondet ei vt finis, sed magis Visio, per quam primò finis fit ei præsens.

E nella 2. 2. qu. 82. art. 3. ad 2. dice che non si deue cercar la diuotione nelle cose sensibili, mà nelle intellettuali, & in queste propriamente si fermano i Perfetti, sicome in quelli di imperfetti, e principianti: Dicendum, quòd ea quæ sunt Diuinitatis sunt secundùm se maximè excitantia dilectionem, & per consequens deuotionem; quia Deus est super omnia diligendus: Sed ex debilitate mentis humanæ est, quod

sicut

ſicut indiget manuductione ad cognitionem Diuinorum; ità ad dilectionem per aliqua ſenſibilia nobis nota: *Però* Deuotio principaliter circa ea quæ ſunt Diuinitatis conſiſtit.

Sicome anche il merito qu. 182. *art.* 2. [*in corp.* Dicendum, quòd radix merendi eſt charitas: Cum autem charitas conſiſtat in dilectione Dei, & proximi, Deum diligere ſecundùm ſe eſt magis meritorium quàm diligere proximum: Et ideò illud quod directius pertinet ad dilectionem Dei, magis eſt meritorium ex ſuo genere, quàm id quod directè pertinet ad amorem proximi propter Deum: Vita autem contemplatiua directè, & immediatè pertinet ad dilectionem Dei: Dicit enim Auguſtinus 19. de Ciuit Dei, quòd otium ſanctum (ſcilicet contemplatiuæ vitæ) quærit charitas veritatis, ſcilicet Diuinæ, cui potiſſimùm vita contemplatiua inſiſtit: Vita autem actiua directius ordinatur ad dilectionem proximi; Quia ſatagit circa frequens miniſterium, vt dicitur *Luc.* 10. & ideò ex ſuo genere contemplatiua Vita eſt maioris meriti, quàm actiua: Et hoc eſt quod Gregorius *in 3. Homil. ſuper Ezechiel.* dicit, Contemplatiua maior eſt merito, quam actiua; quia hæc in vſu præſentis operis laborat (in quo ſcilicet neceſſe eſt pèrſonis ſubuenire) illa verò ſapore intimo venturam iam requiem deguſtat, ſcilicet in contemplatione Dei.

E ſi ome precede nel merito in riſguardo del Proſſimo, cosi parimente in riſpetto ad ogni coſa creata 1. 2. *qu.* 114. *art.* 10. *in corp.* Dicendum, quòd illud, quod ſub merito cadit eſt præmium, vel merces, quòd habet rationem alicuius boni. Bonum autem hominis eſt duplex, vnum ſimpliciter: aliud ſecundum quid. Bonum hominis ſimpliciter, eſt vltimus finis eius, ſecundùm illud *Pſali* 72. Mihi autem adhærere Deo, bonum ſit: Et per conſequens omnia illa, quæ ordinantur vt ducentia ad hunc finem, vt talia ſimpliciter cadunt ſub merito. Bonum autem ſecundùm quid, & non ſimpliciter hominis eſt, quod eſt bonum eius nùnc: vel quod ei eſt ſecundùm quid bonum; & huiuſmodi non cadunt ſub merito ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Secundum hoc ergo dicendum eſt, quod ſi temporalia bona conſiderentur prout ſunt vtilia ad opera Virtutum, quibus perducimur in vitam æternam, ſecundum hoc directè, & ſimpliciter cadunt ſub merito: Sicut, & augmentum gratiæ, & omnia illa quibus homo adiuuatur ad perueniendum in beatitudinem pòſt primam gratiam. Tantum enim dat Deus viris iuſtis de bonis temporalibus, & etiam ne malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad vitam æternam; Et in tantum ſunt ſimpliciter bona huiuſmodi temporalia: Vnde dicitur *in Pſal.* 33. Timentes autem Dominum non minuentur omni bono. Et

alibi

alibi: Non vidi iuſtum derelictum, &c. *Pſal. 36.* Si autem conſiderentur huiuſmodi temporalia bona ſecundùm ſe, ſic non ſunt ſimpliciter bona hominis; ſed ſecundùm quid; Et ita non ſimpliciter cadunt ſub merito, ſed ſecundùm quid, in quantum ſcilicet homines mouentur à Deo ad aliqua temporaliter agenda, in quibus ſuum propoſitum conſequuntur Deo fauente, vt ſicut vita æterna eſt ſimpliciter premium operum iuſtitiæ per relationem ad motionem Diuinam; ita temporalia bona in ſe conſiderata habent rationem mercedis habito reſpectu ad motionem Diuinam, qua volnntates hominum mouentur ad hæc proſequenda: licet interdum in his non habeant homines rectam intentionem.

Concorda con queſta Dottrina quell'altra, che dà il S. D. 2. 2. qu. 24. art. 8. doue dice Quod quandò aliquis ſtudium ſuum deputat ad vacandum Deo, & rebus diuinis, prætermiſſis alijs, niſi quantum neceſſitas præſentis vitæ requirit, iſta eſt perfectio charitatis, quæ eſt poſſibilis in via, non temen eſt communis omnibus charitatem habentibus. Quandò verò habitualiter aliquis totum cor ſuum ponit in Deo, ita ſcilicet quòd nihil cogitet, vel velit, quod Diuinæ dilectioni ſit contrarium, hæc perfectio communis eſt omnibus charitatem habentibus.

Et indi nell'Articolo ſeguente inferiſce: Quandò autem homo ad hoc principaliter intendit vt Deo inhæreat, & eo fruatur, hoc pertinet ad Perfectos, qui cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

E nella medeſima 2. 2. qu. 184. art. 2. dice: Quòd eſt perfectio quantum ad hoc, quod excludantur ea, quæ repugnant motui dilectionis in Deum, ſicut Auguſtinus dicit in lib. 83. quæſt. Quòd venenum charitatis eſt cupiditas; perfectio nulla cupiditas. Et talis perfectio poteſt in hac vita haberi: Er hoc dupliciter. Vno modo in quantum ab affectu hominis excluditur omne illud quod contrariatur charitati, ſicut eſt peccatum mortale: & ſine tali perfectione charitas eſſe non poteſt; vnde eſt de neceſſitate ſalutis. Alio modo in quantum ab affectu hominis excluditur, non ſolum illud quod eſt charitati contrarium, ſed etiam omne illud quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur in Deum: ſine qua perfectione charitas eſſe poteſt: puta in incipientibus, & proficientibus.

E finalmente opuſc. 18. diſtingue, e dice Quòd perfectio charitatis pro ſtatu viæ eſt duplex. Alia quæ cadit ſub Præcepto, & eſt de neceſſitate ſalutis. Alia quæ cadit ſub Conſilio, & quæ non eſt de neceſſitate ſalutis. Perfectio autem dilectionis Dei, quæ cadit ſub Conſilio conſiſtit in hoc, vt æmulemur perfectionem comprehenſorum, &

in

in similitudinem perfectionis illius, quantum possibile est nos trahamus.

Il qual sentimento caua il S. D. dall' Apostolo: Non quòd iam comprehenderim aut perfectus sim; sequor autem si quo modo comprehendam: *& indi soggionge*: Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus. Et quia *pfosegue l'Angelico*: humanum cor tantò intensius in aliquid vnum fertur, quantò magis à multis reuocatur: Sic igitur tantò perfectius animus hominis ad Deum diligendum fertur, quantò magis ab affectu corporalium reuocatur. Omnia autem consilia quibus ad perfectionem inuitamur, ad hoc pertinent, vt animus nominis ab affectu rerum auertatur, vt sic liberius mens tendat in Deum, contemplando, amando, & eius voluntatem implendo.

Di Dio dunque dobbiamo esser solleciti, e se pur tal volta habbiamo da pensar ad altro, ciò sia anche riferito à Dio 2. 2. quæst. 181. art. 1 ad 3. doue cosi parla: Sicut virtus quæ ordinatur ad finem alterius virtutis, transit quod ammodo in speciem eius: ita etiam quandò aliquis vtitur his, quæ sunt Vitæ actiuæ, solum pro vt disponunt ad contemplationem, comprehenduntur sub vita contemplatiua.

Et in ciò consiste principalmente il nostro meriio in 4. Sentent. Dist. 49. art. 1. Opus meritorum rationem meriti ex duobus habet, ex quibus habet etiam bonitatis rationem, scilicet ex radice charitatis, quæ refertur in finem vltimum, & sic debetur ei essentiale præmium, scilicet peruentio ad finem, quæ est aurea: Et ex ipso genere actus qui laudabilitatem quandam habet ex debitis circonstantijs, & ex habitu eliciente, & proximo fine: & sic debetur ei quoddam accidentale præmium, quod Aureola dicitur.

Et in responsione *ad* 5. Maior est excellentia meriti quæ consurgit ex charitate, quam illa quæ consurgit ex genere actus. Sicut finis ad quem ordinatur charitas, est potior ijs quæ sunt ad finem, circa quæ actus nostri consistunt; Vnde etiam præmium respondens merito ratione charitati, quantuncumque sit paruum est maius quolibet præmio respondente actui, ratione generis; & ideò Aureola diminutiuè *dicitur*.

Deue dunque la nostra sollecitudine principalmente riposar in Dio: Nolite solliciti esse, &c.

Mi diranno: Se il riposarsi l' Anima in Dio si facci in vn' instante, ò vero à poco à poco. A' questo si sodisfarà nella

SECONDA PARTE.

Voglio apportarli qui l'autorità della N. S. Madre, la cui cognitione, e contemplatione fù altiſſima: poiche come inſegna S. Tomaſo nel ſuo Prologo ſuper Ioannem Euangeliſtam: Tunc alicuius Contemplatio perfecta eſt, quando contemplans perducitur, & eleuatur ad altitudinem rei contemplatæ. Si enim remaneret in infimis quantumcũ que alta ipſe contemplaretur non eſſet contemplatio perfecta. Ad hoc ergo, quòd ſit perfecta, oportet quòd aſcendat, & conſequatur ipſum finem rei contemplatæ, idhærendo, & aſſentiendo per affectum, & intellectum veritati contemplatæ *Iob*. 37. Nunquid noſti ſemitas nubium, ideſt, contemplationes Prædicantium, quòd perfectæ ſint: in quantum firmiter per affectum, & intellectum inhærent ſummæ veritati contemplatæ? *Et indi conclude:* Quia ergo Ioannes non ſolum docuit quomodo Chriſtus Ieſus, Verbum Dei eſt Deus ſuper omnia eleuatus: & quomodo omnia per ipſum facta ſunt: ſed etiam, quòd per ipſum ſanctificamur, & ei per gratiam, quam nobis infundit; inhæremus. Ideò apparet, quòd ſua contemplatio perfecta fuit, &c. *E così da queſta mai ſi ſcoſtò la Santa Madre, di cui già publicò al Mondo Gregorio XV. nella Bolla della ſua Canonizatione. Che* Dominus eam abundanter impleuit Spiritu ſapientiæ, & intelleſtus; & theſauris gratiæ ſnæ adeò illuſtrauit, vt ſplendor eius, tanquam ſtella in firmamento, fulgeat in domo Dei in perpetuas æternitates, &c. *E quanto all'vnione con Dio per l'affetto, lei ſteſſa lo dichiara nel fine del Cap. 6. de concetti del diuino amore, così dicendo:* Amor denique eius in Deum, valde intenſus eſt, & adeò illimitatus, vt ſubindè magis eam vrgeat, quàm infirmum eius corpus ferre valeat. Videns porrò ſe ſe iam deficere, & languere, & præ amore mori, ait fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. *E però potiamo darli credito in tutto ciò che inſegna. Perche come ſoggionge il S. M. in cap. Io. lect.* 4. Speciali modo ordinantur à Deo quidam homines, non ſolum naturaliter in quantum ſunt: ſed etiam ſpiritualiter per ſua bona opera Deo teſtimonium ferunt. Vnde omnes Sancti Viri, teſtes ſunt Dei, in quantum propter eorum bona opera Deus glorioſus apud homines eſſiictur: *Math.* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus; &c. *Et parlando il S. D. delle Donne* 2. 2. *quæſt.* 177. *art.* 2. Gratia ſermonis poteſt competere Mulieribus & *ad* 3. Dicendum, quòd gratiam diuinitus acceptam diuerſimodè aliqui adminiſtrant, ſecundum diuerſitatem conditionis ipſorum. Vndè mulieres ſi gratiam ſapientiæ, aut ſcientiæ habeant, poſſunt eam

admi-

administrare, secundùm priuatam doctrinam. *Se bene* Non secundum publicam.

E poi chi si sia che insegni i Misterij diuini, si può sentire dice S. *Paolo Philip.* 1. Quid enim? Dum omni modo siuè per occasionem, siuè per veritatem Christus annuntietur; Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. *Doue* S. *Tomaso lect.* 3. In Ecclesia prouenit vtilitas quandoque per bonos Prædicatores quoad bonam intentionem, quandoque per malos, quoad malam; Et de vtroque gaudendum est. Per occasionem annuntiat Christum, qui non intendit hoc principaliter, sed propter aliud, puta, lucrum, vel gloriam; Per veritatem autem, quando ex recta intentione. Sed hoc vtroque modo fit ad vtilitatem Ecclesiæ.

Et 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 4. *ad* 2. in occulto admonere, & reuerenter potest ille, qui non est par. Vnde Apostolus ad Colos. vltimo scribit de subditis, vt Prælatum suum admoneant, cum dicit, Dicite Archippo. Ministerium tuum imple. Sciendum tamen est, quòd vbi immineret periculum fidei etiam publicè essent Prælati à Subditis arguendi: Vnde & Paulus, qui erat subditus Petro, propter imminens periculum scandali circa fidem, Petrum publicè arguit. Et sicut Glossa Augustini dicit *ad Gal.* 2. Ipse Petrus exemplum maioribus præbuit, vt si cubi fortè rectum tramitem reliquissent, non indignentur etiam à posterioribus corripi.

A Noi adesso. Nel Castello dell' Anima cap. 1. *manf.* 3. *distingue la* N. S. *Madre trè stati dell' Anime in ordine à Dio. Nel primo:* Quòd sic se constitutas videant, vt ob nullam omninò rem aliquod peccatum graue admittere vellent. *Et anche*, Multæ sunt, quæ nec veniale quidem scienter, & aduertenter committerent.

Nel secondo: Ratas recollectionis horas obseruare volupè illis est tempus suum ritè, & laudabiliter impendunt in operibus Charitatis erga proximum se exercent; suis in operibus satis ordinatæ sunt, & circumspectæ, &c.

Nel terzo poi ad Regis huius penetrale pertingunt. *Et il primo stato introduce al secondo, e questo dispone per il terzo seggionge uita Santa:* Status hic sanè optabilis, & desiderandus est, ad quem qui iam peruenere, non est (vt quidem video) quòd illis transitus, & ingressus in vltimam mansionem denegetur; Nec etiam Dominus hunc ijs negabit, si modò velint: Nam insignis hic est dispositio, vt omnem in ipsis gratiam faciat.

E tutta questa dottrina concorda con S. Tomaso 2. 2. *quæst.* 24. *art.* 9. *doue tratta:* Vtrum conuenienter distinguantur tres gradus charita-

tis, incipiens, proficiens & perfecta.

Prima nell' argomento Sed contra: *con l'autorità di S. Agostino ſuper primam Can. Io.* Charitas cum fuerit nata, nutritur, quod pertinet ad incipientes: Cum fuerit nutrita, roboratur, quod pertinet ad proficientes: Cum fuerit roborata, perficitur, quod pertinet ad perfectos. Ergo eſt triplex gradus charitatis.

Sentiamo il corpo dell' Articolo. Reſpon. Dicendum, quòd ſpirituale augumentum charitatis conſiderari poteſt, quantum ad aliquid ſimile corporali hominis augmento. Quod quidem quamuis in plurimas partes diſtingui poſſit, habet tamen aliquas determinatas diſtinctiones ſecundùm determinatas actiones, vel ſtudia ad quæ homo perducitur per augmentum. Sicut infantilis ætas dicitur antequam habeat vſum rationis: Poſtea autem diſtinguitur alius ſtatus hominis quandò iam incipit loqui, & ratione vti. Iterum tertius ſtatus eius eſt pubertas, cum iam incipit poſſe generare, & ſic deinde quouſque perueniat ad perfectum.

Ita etiam & diuerſi gradus charitatis diſtinguuntur ſecundùm diuerſa ſtudia, ad quæ homo perducitur per charitatis augmentum. Nam primò quidem incumbit homini ſtudium principale ad recedendum à peccato, & reſiſtendum concupiſcentijs eius, quæ in contrarium charitatis mouent. Et hoc pertinet ad incipientes in quibus charitas eſt nutrienda, vel fouenda ne corrumpatur. Secundum autem ſtudium ſuccedit, vt homo principaliter intendat ad hoc, quòd in bono proficiat. Et hoc ſtudium pertiuet ad proficientes, qui ad hoc principaliter intendunt, vt in eis charitas per augmentum roboretur. Tertium autem ſtudium eſt, vt homo ad hoc principaliter intendat, vt Deo inhæreat, & eo fruatur: Et hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto; Sicut etiam videmus in motu corporali, quòd primùm eſt receſſus à termino, Secundum autem eſt appropinquatio ad alium terminum, Tertium eſt quies in termino.

Ma perche ſoggionge la S. Madre nel luogo cittato; Reſpicite Sanctos qui ad Regis huius penetrale aliquando pertigerunt, & videbitis quantum inter illos, & nos ſit diſcrimen. *Entra qui la ſanta curioſità di ſapere, ſe in queſto terzo ſtato dell' Amor diuino in fatti vi ſia qualche importante diſtintione?*

E riſponde S. Tomaſo di sì in 3. Sent. diſt. 26 quæſt. 2: art. 1. ad 4. Dicendum, quòd in amore eſt vnio Amantis ad amatum: Sed eſt triplex diuiſio: Ex hoc enim quòd amor transformat amantem in amatum, facit amantem intrare ad interiora amati, & è contra, vt ni-

hil

hil amati amanti remaneat non vnitum, ſicut forma peruenit ad intima formati, & è conuerſo: Et ideò amans quodammodo penetrat in amatum: Et ſecundùm hoc amor dicitur acutus: Acuti enim eſt diuidendo ad intima rei deuenire: Et ſimiliter amatum penetrat amantem ad interiora eius peruenientis.

Et propter hoc dicitur, quòd amor vulnerat, & quòd tranfigit iecur. Sed quia nihil poteſt in alterum transformari, niſi ſecundùm quòd à ſua forma quodammodò recedit (quia vnius vna eſt forma) ideo hanc diuiſionem penetrationis præcedit alia diuiſio, qua amans à ſeipſo ſeparatur in amatum tendens, & ſecundùm hoc dicitur amor extaſim facere, & feruere, quia quod feruet, extra ſe bullit, & exhalat: Quia verò nihil à ſe recedit, niſi ſoluto eo quod intra ipſum continebatur, ſicut res naturalis non amittit formam, niſi ſolutis diſpoſitionibus quibus forma in materia retinebatur; ideò oportet quòd ab amante terminatio illa, qua infra terminos ſuos tantum continebetur, amoueatur: Et propter hoc amor dicitur liquefacere cor; quia liquidum ſuis terminis non continetur.

Hor applicando la S. Madre la detta Dottrina all'amor Diuino nella Manſione VII. cap. 2. dice: Ex effectis melius intelligitur; Nam euidentiſſimè, per ſecretas quaſdam inſpirationes perſpicitur, Deum eſſe, qui animæ noſtræ vitam dat. Et eæ quidem ſæpè tam viuæ, & apertæ ſunt, nullatenus vt de ijs ſit dubitandum; quòd eas anima euidentiſſimè perſentiat, eſto verbis nequeat exprimere. Verùm perſentio hæc adeò vehemens eſt, vt interdum in verba quædam amoroſa, & gaudioſa prorumpat, nullatenus vt reſiſtere poſſe videatur, quin dicat; Ah vitæ meæ vita! O' fulcum, & baſis quæ me ſuſtentas? Aliaque id genus. Nam à Diuinis illis vberibus, quibus Deus animam iugiter ſuſtinere & enutrire videtur, quidam ceu lactis profiliunt radij, qui vniuerſum Caſtelli populum confortant, & corroborant; vt Dominus velle videatur, vt & ipſi eo multo quo anima fruitur, aliquo modo, & quadam tenus fruantur, & ex redundantiſſimo illo fluuio, in quem fonticulus hic abſorptus eſt, ſubinde aliqua illius aquæ vnda proſiliat ad reficiendos, & enutriendos eos, qui in rebus ad corpus ſpectantibus duobus illis ſponſis famulari debent. Ac veluti ſi quis ſubitò, & improuiſo, & nihil minus cogitans in aquam immergeretur, non ideò minus eam ſentiret: Ad eundem planè modum, quin & maiore cùm certitudine, hæ operationes quas dico percipiuntur. Nam ſicuti vnda aliqua aquæ decumanæ nobis obuenire non poterit, niſi ea, vti dixi, aliquod principium habeat: ita etiam liquidò patet, in interiori noſtro aliquem eſſe, qui ſagittat has eiaculetur, vitamque huic vitæ

det; Nec non Solem esse, à quo magna quædam lux promanet, quam iam Inde ab animæ penetralibus ad vsque potentias emittat. Hæc, vti dixi, ab hoc centro non recedit, nec pacem suam amittit: Etenim qui Apostolis, vnum in locum congregatis, eam dedit, illam & huic dare potest. Cogitaui ipsa mecum, hanc Domini ad eos salutationem longè plura continere debuisse, quam exterius verba sonabant; vti & id quod Glorioſæ Mariæ Magdalenæ dixit. Vade in pace. Nam cum Domini verba in nobis velut opera facta sint, talem certè ea operationem facere deberent in illis animabus quæ iam dispositæ essent, vt in ipsis omne quod in anima corporeum est, amouerent, eamque purum spiritum relinquerent, vt in cœlesti hac vnione, cum spiritu increato vnire se possent. Certissimum namque est, dum nos ab omni eo quod creatura est, euacuamus, & propter amorem Dei ab ea diuellimus, ipsum Dominum nos semetipso adimpleturum. Sic quodam tempore pro Apostolis suis rogans Redemptor Noster Iesus Christus, petebat à Patre, vt ipsi vnum quid cum ipso & secum essent, sicut ipse esset in Patre, & Pater in ipso: Nescio quis hoc maior Amor dari possit; Neque negligamus, omnes huc peruenire: Sic enim Maiestas eius hoc testata est, non pro eis autem, inquiens, rogo tantum, sed & pro eis qui creduturi sunt in me. Addit præterea, Ego sum in eis. Quàm, ò Deus bone, verba hæc vera sunt, & quàm ea perfectè intelligit anima, quæ in hac oratione constituta illa in se se reipsa videt! Quamque omnes ea planè intelligeremus, nisi per culpam nostram obstaret! Cùm Verba Iesu Christi Regis, & Domini nostri fallere, & mentiri non possint? Verum quia ipsi nos non satis disponimus, id omne quòd hanc lucem impedire potest, à nobis non remouendo; hinc nos in speculo hoc quod contemplamur, & cui imago nostra impressa, & insculpta est, non intuemur.

E parla la Santa in conformità del S. Concilio Trid. sess. 6. c. 6. doue dice cosi: Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, &c.

E cosi dice l'Angelico in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 3. in corp. Quando Actus charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantum ad virtutem naturæ, & quantum ad virtutem habitus infusi, tunc vnus actus disponit, & meretur augmentum charitatis, vt statim fiat.

Et in risposta ad 4. Dicendum, quod ad hoc, vt aliqua perfectio introducatur, duo requiruntur. Vnum ex parte introducentis, vt sua operatio commensuretur secundùm æqualitatem perfectionis introducendæ. Non enim ex parua calefactione inducitur calor ignis, sed

ex

ex tali calefactione, quæ habet æqualem virtutem, ad minus ex suo principio, calori ignis.

Aliud ex parte recipientis, vt dispositio sua proportionetur eodem modo perfectioni inducendæ. Contingit autem quandoque, sicut in operibus Animæ, quòd aliquid disponitur, & perfectionem recipit à seipso. vt in scientia, & virtute patet. Vnde ad perfectam dispositionem sufficit, quòd Anima operetur secundùm Virtutem proportionatam illi perfectioni, quæ inducenda est. Et quia tota capacitas Animę vix sufficit ad receptionem tantæ perfectionis, quanta est charitas, nisi Deus de sua liberalitate suppleret: ideò ad hoc, quòd sit in anima vltima dispositio, requiritur actus, qui sit secundum totam virtutem suam; & iste sufficit, quantum in nobis est, sed minor non sufficit ad talem dispositionem.

Che però fogginge il S. D. in 2, dist. 27. quæst. 1. art. 5. ad 2. Non in quolibet actu meritorio inuenitur illa conditio, per quam ex actu consequitur augmentum habitus: sed solum ex illo actu, quo quis vtitur gratia accepta, secundùm proportionem suarum virium, vt in nullo gratiæ desit per negligentiam, vt in 1. dist. 17. dictum est.

E quindi inferisce il S. M in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 3. Quando ergo ita est, quòd Homo non habens charitatem ex tota virtute bonitatis naturalis sibi inditæ mouetur ad charitatem, tunc vnus actus disponit cum vltima dispositione, vt charitas sibi detur. Quando verò non secundùm totam virtutem, sed secundùm aliquid eius præparatur ad charitatem, tunc actus non est sicut dispositio vltima, sed remota, & per plures actus potest peruenire ad dispositionem vltimam. Similiter dico ex parte alia, quòd quando actus charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantum ad Virtutem naturæ, & quantum ad Virtutem habitus infusi, tunc vnus disponit, & meretur augmentum charitatis, vt statim fiat. Quando autem non secundùm totam Virtutem procedit actus ille, tunc est sicut dispositio remota, & poterit tunc per plures actus peruenire ad augmentum charitatis.

Onde 1. 2. qu. 114. art. 8. ad 3. Dicendum, quòd quolibet actu meritorio meretur Homo augmentum gratiæ, sicut, & gratiæ consummationem, quæ est vita æterna. Sed sicut vita æterna non statim redditur, sed suo tempore: ita nec gratia statim augetur, sed suo tempore, cum scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratiæ augmentum.

Et 2. 2. qu. De Charit. art. 6. Non quolibet actu charitatis charitas actu augetur. Sed quilibet actus charitatis disponit ad charitatis augmentum, in quantum ex uno actu charitatis homo redditur promptior

ptior iterum ad agendum ſecundum charitatem; & habilitate creſcente. Homo prorumpit in actum feruentiorem dilectionis, quo conatur ad charitatis profectum; & tunc chatitas augetur in actu.

Et in reſponſ. ad 1. Dicendum, quòd quilibet actus charitatis meretur uitam æternam, non quidem ſtatim exhibendam, ſed ſuo tempore. Similiter etiam quilibet actus charitatis meretur charitatis augmentum; non tamen ſtatim augetur, ſed quando aliquis conatur ad huiuſmodi augmentum.

Perilche ſi deue ſapere ſoggionge il S.D. 1. p. qu. 95. art. 4. ad 2. Quòd difficultas, & pugna pertinent ad quantitatem meriti, ſecundùm quantitatem operis proportionalem, ut dictum eſt. Et eſt ſignum promptitudinis Voluntatis, quæ conatur ad Id, quod eſt ſibi difficile: promptitudo autem voluntatis cauſatur ex magnitudine charitatis.

La qudte quanto è più grande ſopporta anche difficoltà maggiori, come diſſe già Chriſto S. N. alla Santa Madree, e lo riferiſce il Martinez nel lib. 4. cap. 17. della ſua Vita: An ne in fruendo conſiſtere meritum putas, Cariſſima? mihi crede, non in hoc id ſitum eſt Sed in operando, patiendo, & amando. Non audiſti, nonniſi ſemel Apoſtolum Paulum gaudijs eſſe cœleſtibus perfruitum, ſed ſæpius pertuliſſe, & in laboribus fuiſſe: Vides ad hæc omnem vitam meam dolore, & paſſione plenam fuiſſe? Semel dumtaxat in Monte Thabor me gloriæ ſcintillam expertum? Noli putare, cum me vides à Matre intra brachia, & ſinum foueri, ſine dolore ipſam maximo hac lætitia perfruitam eſſe. Nam ex quo tempore Simeon iliam dolorum perferendorum commonuit, claram illi Pater meus lucem infudit, ad perſpiciendum ea, quę ipſe poſtea in vitæ decurſu paſſurus eram. Sancti illuſtres, qui in Deſertis vixere, ſicut à Deo ducti, & impulſi erant, ita magnas ſuſcepere pœnitentias; Et quamuis aſſiduè cum Diabolo prœliarentur, ac ſecummet ipſis, multo tamen tempore omni conſolatione ſpirituali carebant. Crede filia, quem maiori Pater meus amore proſequitur, maioribus hunc etiam laboribus ſolere exagitare; & his reſpõdet Amor. In quo verò id potius tibi oſtendere valeo, quàm id tibi cupiendo, quod mihi ipſe optaui, & ſelegi? Reſpice hæc vulnera; numquam enim eatenus dolores tui pertigerunt. Hoc iter eſt veritatis.

E doppo. Semper quidem hinc labores ipſa concupiſcis, illinc verò eoſdem à te excutere ſatagis. Equidem ita diſpono res, vt te velle ſcio non pro ſenſualitate, ac debilitate tua. Ergo generosè certa: vides enim auxilium tibi meum effulgere.

Et apporta ſubito la ſua ragione di tal aggiuto il S. M. 1. 2. q. 7. a. 4.

Dicen-

Dicendum, quòd de ratione voluntarij eſt, quòd principium eius ſit intra; ſed non oportet quòd hoc principium intrinſecum ſit primum principium non motum ab alio: vnde motus voluntarius, etſi habeat principium proximum intrinſecum, tamen principium primum eſt ab extra.

Et quæſt.3. De malo art.2. ad 4. *Cum* liberum arbitrium mouet ſeipſum, non excluditur quin ab alio moueatur, à quo habet hoc ipſum, quòd ſeipſum mouet.

Quindi qu.22. de Verit.art.9. Mutare actum Voluntatis non poteſt, niſi quod operatur intra voluntatem, & hoc eſt ipſa Voluntas, & id quod eſt cauſa eſſe voluntatis, quod, ſecundùm fidem, ſolus eſt Deus; Vnde ſolus Deus poteſt inclinationem uoluntatis, quam ei dedit, transferre de uno in aliud ſecundùm quòd uult.

Dirà vno Eccleſiaſtici 15. dicitur: quòd Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.

Riſponde lib.2. cent. Gent. cap.90. Hæc uerba, ſcilicet Eccleſiaſtici, ad hoc inducuntur, ut homines eſſe liberi arbitrij oſtendatur non ut eorum electiones à Diuina prouidentia ſubtrahantur.

Dice quell'altro all'oppoſito: Ieremiæ 10. Non eſt homini uia eius, *Riſponde parimente S. Tomaſo p. p. quæſt.83. art.1. ad* 4. Quod dicitur Non eſſe in homine uia eius, *ciò s'entende* quantum ad exequutionem electionum, in quibus homo poteſt impediri, uelit, nolitr, iuxta illud Apoſtoli: Nam uelle mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio. Electiones autem, *ſoggionge* ipſæ ſunt in nobis, ſuppoſito tamen Diuino auxilio.

Mà ſoggionge queſt'altro: Molte elettioni ſono peccaminoſe: Sarà dunque il Signor'Iddio anche d'aiuto in eſſe?

Riſponde il S. in 2. ſent. quæſt.2. art.2. ad 2. Illud dicitur ad malum cooperari, quod inclinat ad actionem ſecundùm quòd actio deformitati ſubſtat, undè mala eſt: hoc autem Deo non conuenit, & ideò non oportet, ut ad malum cooperari dicatur, quamùs actionis illius cauſa ſit, in qua malum conſiſtit, ſecundùm quòd influit agenti eſſe, poſſe, & agere, & quidquid perfectionis eſt in agente: *Sicome per eſſempio*: Sol cooperatur ad generationem hominis, non tamen ad cauſandam rationalitatem.

Et 1. P. quæſt.62. art.8. ad 3. Quòd liberum arbitrium diuerſa eligere poſſit ſeruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius: Sed quòd eligat aliquid diuertendo ab ordine finis, quod eſt peccare, hoc pertinet ad defectum libertatis.

Che però ſoggionge 1. 2. quæſt.80. art.1. ad 3. è vero che Deus eſt uni-

uerſale principium omnis motus interioris humani : Sed quòd determinetur ad malum Conſilium Voluntas humana, hoc directè quidem eſt ex voluntate humana, & à Diabolo per modum perſuadentis, vel appetibilia proponentis.

Hor queſta Dottrina quanto al bene al quale Dio muoue tanto più ſi verifica nella ſantificatione dell'Anime : Perche come ſoggionge nella 1. 2, *qu.* 112. *art.* 1. Sic neceſſe eſt, quod ſolus Deus deificet communicando conſortium Diuinæ naturæ per quandam ſimilitudinis participationem, ſicut impoſſibile eſt, quòd aliquid igneat, niſi ſolus ignis.

Mà come è mai credibile che la Mieſtà di Dio ſia così per noi, e per noſtro vtile, e tanto inferiori ?

Riſponde in 2. *ſent. diſti* 15. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 6. Dicendum, quòd aliquid poteſt eſſe propter aliud dupliciter : Aut quia ordinatur ad ipſum, ſicut ad finem proximum, & principalem, & ſic inconueniens eſt dicere, quod aliquid ſit proprer vilius : vt Luna, & Stellæ propter noctuas, & veſpertiliones, cum finis ſit potior his, quæ ſunt ad finem. Alio modo poteſt dici aliquid eſſe propter aliquid cui ex ipſo prouenit aliqua vtilitas, eo modo quo poteſt dici Rex propter ruſticum, ex cuius regimine ei prouenit pax. Et hoc modo intelligendæ ſunt omnes vtilitates, quæ ſunt nobis a Deo prouiſæ. *Che piaccia alla ſua bontà di farceue anche noi degni, con così gran Santa. Amen.*

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Ecce defunctus efferebatur filius vnicus Matri ſuæ Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui; & dedit illum Matri ſuæ. *Lucæ cap. VII.*

Eda il Venerabile portato qui da S. Tomaſo in Catena aurea dice che Deus viſitauit Plebem ſuam, non ſolum ſemel verbum ſuum incorporando, ſed ſemper in corde mittendo : *Però talvolta ſoggionge S. Teofilo, citato iui parimente, il Signor' Iddio ſi ritira da queſta Miſſione.* Viduam etiam potes intelligere Animam Virum amittere, ideſt diuinum Sermonem ; *Ilche tal'hora ſegue, dice S. Gregorio*

S. Gregorio 30. *Moral.* 35. *per colpa della medesima Anima*; Sæpè Doctori verbum pro gratia tribuitur Auditoris, & sæpè propter culpam Auditoris subtrahitur Sermo Doctori, vt Ezechieli, cui ait Deus c. 3. 26. Linguam tuam faciam adhærere palato tuo, & eris mutus, quia domus exasperans est. *Et per il Profeta Amos* c. 8. 11. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. *Doue* S. *Basilio Homil. de laudibus ieiunij*: Quam ideo immisit iustus Iudex, quòd perspiceret eorum mentem verorum Dogmatum penuria macrescere, externum verò hominem supra modum pinguescere, & obesum fieri. *Non siamo già noi di questi per gratia, e bontà di Dio mentre ogni Domenica ci si semministra qualche Sermone per speciale sua prouidenza, come dice S. Agostino in Enchirid. c. 95. tom. 3. doue dice, che*: Nihil fit nisi Omnipotens fieri velit; Vel sinendo vt fiat, vel faciendo. *Che però non dobbiao pensare, che vogli restino le anime nostre vedoue della sua diuina parola, mà che si predichi, ò in vn modo, ò in vn'altro, come dice Beda inserto parimente iui*: Plenius autem hæc explicat Matthæus, quòd dicente Domino Centurioni: Vade, sicut credidisti fiat tibi, sanatus sit puer ex illa hora. Sed Beato Lucæ moris est, quæ plenè viderit ab alijs Euangelistis exposita, abbreuiare, vel etiam de industria præterire: Quæ verò ab eis omissa, vel breuiter cognoueris tacta, dilucidare solertius. *Hora dunque che bel soggetto ci porge il corrente Euangelo, che sia di profitto all'anime nostre? Mediante la loro grata attentione hor hora glielo spiego.*

Per attender sempre più con diuotione alle Prediche sopra li Euangelij, e dottrina di Christo: mi pare ottima la riflettione di S. Tomaso lect. 8. c. 1. Ioannis sopra quel verso: Plenum gratiæ, & veritatis, *doue dice*: Fuit etiam Christus veritate plenus: quia eius prætiosa, & beata anima omnem veritatem tam diuinam, quàm humanam ab instanti conceptionis cognouit. Vnde dicit ei Petrus *Io. vlt.* Tu omnia scis. In alijs enim hominibus sunt multæ veritates participatæ: Secundùm quòd ipsa veritas prima per multas similitudines in mentibus eorum relucet: Sed Christus est ipsa veritas. *Vnde dicitur Col.* 2. quòd in ipso sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ.

Hor dunque vediamo la sapienza che ci palesa nel cittato Tema del corrente Euangelo.

In vna Relatione che riferisce il Martinez nella Vita della N. S. Madre Teresa lib. 4. *c.* 7. *doue si raccontano i di lei progressi, e sentimenti, il primo è questo*; Dei finis est, vt anima ad ipsum perueniat: Dæmonis verò eam à Deo abstrahere. Numquam tales cuiquam Deus injecit

metus, vt à se recedat: Nec etiam tales Dæmon, vt ad Deum is perueniat.

Col Demonio concorda il Dogma di Nouato dice S. Tomaso qui cittato Beda: Nouati dogma confunditur, qui dum pœnitentium mundationem euacuare conatur, Matrem Ecclesiam de natorum suorum spirituali extinctione plorantem, spe vitæ reddendæ negat consolari debere.

Ma s'inganna soggionge l'Angelico 4. *Sen. dist.* 22. *q.* 2. *a.* 4. *Quæstiunc.* 3. *in c. Poiche è certo*, Quòd pœnitentia in diuersis locis est à Deo instituta quantùm ad diuersa. Quantum enim ad vtilitatem est instituta *Matth.* 3. vbi dicit, pœnitentiam agite: Vnde sequitur, appropinquauit enim Regnum Cœlorum, &c. Sed quantum ad necessitatem, vbi dicit *Luc.* 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Sed quantum ad potestatem clauium *Matth.* 16 vbi dixit Petro; Quodcumque ligaueris, &c. Et Io. 20. vbi dixit omnibus Apostolis, quorum remiseritis peccata, &c. Sed postea Iacobus expressit aliquid de pœnitentiæ modo *Iacobi* 5. vbi dicit, confitemini alterum.

Ma più diffesamente impugna il cittato errore 3. *P. quæst:* 84. *art.* 10. *in c.* Dicendum, quòd circa pœnitentiam quidam errauerunt, dicentes, non posse per pœnitentiam secundò consequi veniam peccatorum.

Quorum quidam (scilicet Nouatiani) hoc intantum extenderunt, vt dicerent post primam Pœnitentiam quæ agitur in Baptismo peccantem non posse per pœnitentiam iteratò restitui.

Alij verò Hæretici, *vt Augustin. dicit in lib. de pœnit.* Post Baptismum dicebant quidem esse vtilem pœnitentiam, non tamen pluries, Sed semel tantùm. Videntur autem huiusmodi errores ex duobus processisse. Primò quidem ex eo quòd errabant circa rationem veræ pœnitentiæ: Cum enim ad veram pœnitentiam charitas requiratur (sine qua non delentur peccata) credebant quòd charitas semel habita, non possit amitti, Et per consequens pœnitentia si sit vera, nunquam per peccatum tollatur, vt sic sit necesse eam iterari. Sed hoc improbatum est in 2. parte, vbi ostensum est, quod charitas semel habita (propter libertatem arbitrij) potest amitti; Et per consequens potest veram pœnitentiam potest aliquis peccare mortaliter. Secundò ex eo quòd errabant circa æstimationem grauitatis peccati: Putabant enim adeò graue esse peccatum quod aliquis committit post veniam impetratam, quòd non sit possibile ipsum remitti: In quo quidem errabant ex parte peccati, quod etiam post remissionem consecutam potest esse & grauius, & leuius, quàm fuerit primum peccatum remissum.

Et

Et multò magis contra infinitatem diuinæ misericordiæ quæ superat omnem numerum, & magnitudinem peccatorum, secundùm illud *Psal.* 50. Miserere mei Deus secnndum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitem meam: Vnde reprobatur verbum Cain dicentis *Gen.* 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear: Et ideò misericordia Dei peccantibus, per pœnitentiam veniam præbet absque vllo termino: Vnde *dicitur* 2. *Paralip. vlt.* in oratione Manasse, Immensa, & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitiam hominum: Vnde manifestum est quòd pœnitentia pluries est iterabilis.

Mi diranno. Dice pure S. *Paolo ad Hebr.* 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cœleste donum, & participes sunt facti Spiritus Sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam.

Risponde S. Tomaso iui ad 1. Dicendum, quòd quia apud Iudæos erant secundùm legem quædam lauacra instituta, in quibus pluries se ab immunditijs purgabant, credebant aliqui Iudeorum, quòd etiam per lauacrum Baptismi aliquis pluries purificari posset: Ad quod excludendum, Apostolus scribit Hebræis, quod impossibile est eos qui semel sunt illuminati [scilicet per Baptismum] rursum conuerti ad pœnitentiam [scilicet per Baptismum, qui est lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, vt *dicitur ad Tit.* 3.] & rationem assignat ex hoc quòd per Baptismum homo Christo commoritur: Vnde subdit: Rursum crucifigentes sibi metipsis Filium Dei.

E in 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *a.* 4. *in corp. apporta la sua ragione à priori:* Dicendum, quòd nullum sacramentale, nec Sacramentum quòd habet effectum perpetuum, debet iterari: quia ostenderetur Sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illum effectum: Et sic fieret iniuria illi Sacramento.

Che però soggionge 3. *P. quæst.* 63. *art.* 5. Cum anima sit subiectum Characteris [il quale s'imprime nel Battesimo] secundũ intellectiuã partem, in qua est Fides, manifestum est, quòd sicut intellectus perpetuus est et incorruptibilis, ita Character indelebiliter manet in anima.

E però chi doppo il Battesimo cade in peccati deue raccorrer al Sacramento della Penitenza, la quale come dice il S. M. iui quæst. 65. *art.* 1. *in c.* Sanitatem restituit secundùm illud *Psal.* 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. *Per il che si deue sapere soggionge iui l' Angelico, che vi è Ordine ne Sacramenti*: Quidam enim accipiunt numerum Sacramentorum per quandam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culparum, & pœnalitatum: Dicentes quòd fidei respondet Baptismus: &

ordi-

ordinatur contra culpam originalem: Spei extrema Vnctio,& ordinatur contra culpam Venialem : Charitati Eucharistia,& ordinatur contra pœnalitatem malitiæ. Prudentiæ Ordo, & ordinatur contra ignorantiam. Iustitiæ pœnitentia,& ordinatur contra peccatum mortale. Temperantiæ Matrimonium; & ordinatur contra Concupiscentiam. Fortitudini Confirmatio, & ordinatur contra infirmitatem.

Ma qui entra vn'altra difficoltà perche S. Girolamo lasciò scritto, Che: Quicumque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare; reuerti enim in pristinum gradum difficile est. *Et Innoc Papa dicit,* quòd apud Niceam constituti Canones pœnitentes etiam ab infimis Officijs Clericorum excludunt.

Risponde S. Tomaso 3. P. qtæst. 89. art. 3. ad 2. Dicendum quòd Hieron. in verbis illis non dicit esse impossibile, sed esse difficile hominem post peccatum recuperare pristinum gradum; quia non conceditur nisi perfectè pœnitenti. Ad statuta autem Canonum, quæ hoc prohibere videntur, Respondet Augustinus Bonifacio scribens. Vt constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam, Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat, vel in Clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ: Alioquin contra Claues Ecclesiæ datas disputabitur; de quibus dictum est: Quæcumque solueritis super terram, soluta erunt & in Cœlo: Et postea subdit. Nam & Sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore superstitit: Et Beatum Petrum quando amarissimè lacrymas fudit, vtique Dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus permansit: Sed non ideò putanda est superuacua posteriorum diligentia, qui vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, experti, vt credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias.

Si che il Sacramento della penitenza sempre è vtile, e non solo quando attualmente se gli accostiamo soggionge il S.D. 4. c. Gent. cap. 72. ma etiamdio quando à pena ne habbiamo il proposito. Considerandum est quòd sicut Baptismus efficaciam aliquam habet ad remissionem peccati etiam antequam actu suscipiatur, dum est in proposito ipsum suscipiendi; licet post modum pleniorem effectum conferat in adeptione gratiæ, & in remissione culpæ cùm actu suscipitur, & quandoque in ipsa susceptione Baptismi confertur gratia, & remittitur culpa ei cui prius remissa non fuit: Sic & claues Ecclesiæ efficaciam habent in aliquo antequam eis se actu subijciat, si tamen habeat propositum vt se eis subijciat: Pleniorem tamen gratiam, & remissionem consequitur dum se eis subijcit confitendo, & absolutionem percipiendo.

Ma

Ma chi voleſſe anche vna maggior dichiaratione dell'Angelico della diuerſità del Batteſimo alla Penitenza, e conſeguentemente intendere la neceſſità dell'vno. & l'altro Sacramento, eccola nel medeſimo capo. Ex hoc igitur apparet, quòd ſi aliquis poſt Baptiſmum peccet, remedium ſui peccati per Baptiſmum habere non poteſt. Et quia abundantia diuinæ miſericordiæ, & efficacia gratiæ Chriſti non patitur, vt homo abſque remedio dimittatur, inſtitutum eſt aliud ſacrificale remedium quo peccata purgentur; Et huiuſmodi eſt pœnitentiæ Sacramentum quod eſt quædam velut ſpiritualis ſanatio: Sicut enim qui vitam naturalem per generationem adepti ſunt, ſi aliquem morbum incurrant, qui ſit contrarius perfectioni vitæ, morbo curari poſſunt non quidem ſic vt iterato naſcantur, ſed quadam alteratione ſanantur. Ita Baptiſmus qui eſt ſpiritualis regeneratio non reitetatur contra peccata poſt Baptiſmum commiſſa, ſed pœnitentia quaſi quadam ſpirituali alteratione ſanantur.

Conſiderandum eſt autem quòd corporalis ſanatio quandoque quidem ab intrinſeco totaliter eſt. Sicut quando aliquis ſola virtute naturæ curatur s Quandoque autem ab intrinſeco, & extrinſeco ſimul vt puta quando naturę operatio iuuatur exteriori beneficio medicinę. Quod autem totaliter ab extrinſeco curetur non contingit; Habet enim adhuc in ſeipſo principia vitæ ex quibus ſanitas in ipſo cauſatur.

In ſpirituali verò curatione accidere non poteſt quòd totaliter ab intrinſeco fiat [oſtenſum eſt enim in 3.] quòd à culpa homo liberari non poteſt niſi auxilio gratiæ. Similiter etiam neque poteſt eſſe quòd ſpiritualis curatio ſit totaliter ab exteriori: Non enim reſtitueretur ſanitas mentis niſi ordinati motus voluntatis in homine curentur. Oportet igitur in Pœnitentiæ Sacramento ſpiritualem curationem, & ab interiori, & ab exteriori procedere.

Hoc autem ſic contingit. Ad hoc enim quòd aliquis à morbo corporali curetur perfectè, neceſſe eſt, quòd ab omnibus incomodis liberetur quæ per morbum incurrit. Sic & ſpiritualis curatio pœnitentiæ perfecta non eſſet, niſi homo ab omnibus detrimentis ſubleuaretur in quæ indutus eſt per peccatum.

Primum autem detrimentum quod homo ex peccato ſuſtinet eſt deordinatio mentis ſecundùm quòd mens auertitur ab incommutabili bono, ſcilicet à Deo, & conuertitur ad peccatum. Secundùm autem eſt quod reatum pœnæ incurrit [vt enim in 3. oſtenſum eſt] à Iuſtiſſimo rectore Deo pro qualibet culpa pœna debetur. Tertium eſt quædam debilitatio naturalis boni ſecundùm quòd homo peccando redditur promior ad peccandum, & tardior ad benè agendum.

Pri-

Primum igitur quod in pœnitentia requiritur eſt ordinatio mentis, vt ſcilicet mens conuertatur ad Deum, & auertatur à peccato dolens de commiſſo, & proponens non committendum; Quod eſt de ratione contritionis. Hæc verò mentis reordinatio ſine gratia eſſe non poteſt: Nam mens noſtra debitè ad Deum conuerti non poteſt ſine charitate. Charitas autem ſine gratia haberi non poteſt (vt patet ex his quæ in 3. dicta ſunt) Sic igitur per contritionem, & offenſa Dei tollitur, & à reatu pœnæ æternæ liberatur, quod cum gratia & charitate eſſe non poteſt. Non enim pœna æterna eſt niſi per ſeparationem à Deo, cui gratia, & charitate homo coniungitur. Hæc enim mentis reordinatio, quæ in contritione conſiſtit, ex interiori procedit, ſcilicet à libero arbitrio, cum adiutorio diuine gratiæ.

Quia verò ſupra oſtenſum eſt quòd meritum Chriſti pro humano Genere patientis ad expiationem omnium peccatorum operatur, neceſſe eſt ad hoc quòd homo de peccato liberetur, quòd non ſolum mente Deo adhæreat, ſed etiam mediatori Dei, & hominum Ieſu Chriſto, in quo datur remiſſio omnium peccatorum. Nam in conuerſione mentis ad Deum ſalus ſpiritualiter conſiſtit, quam quidem ſalutem conſequi non poſſumus, niſi per Medicum animarum noſtrarum Ieſum Chriſtum qui ſaluat Populum ſuum à peccatis eorum, cuius quidem meritum ſufficiens eſt ad omnia peccata totaliter tollenda: Ipſe eſt enim qui tollit peccata Mundi [*vt dicitur Io.* 1.] Sed tamen non omnes percipiunt perfectè remiſſionis effectum; Sed vnuſquiſque in tantum conſequitur in quantum Chriſto pro peccatis patienti coniungitur. Quia igitur coniunctio noſtri ad Chriſtum in Baptiſmo non eſt ſecundùm operationem noſtram quaſi ab interiori, quia nulla res ſeipſam generat vt ſit, ſed à Chriſto qui nos regenerat in ſpem viuam, remiſſio peccatorum in Baptiſmo fit ſecundùm poteſtatem ipſius Chriſti nos ſibi coniungentis perfectè, & integrè, vt non ſolùm impuritas peccati tollatur, ſed etiam ſoluatur penitus omnis pœnæ reatus: Niſi forte per accidens in his qui non conſequuntur effectum Sacramenti propter hoc quòd fictè accedunt. In hac verò ſpirituali ſanatione Chriſto coniungimur ſecundùm operationem noſtram diuina gratia informatam: Vnde non ſemper totaliter omnes æqualiter effectum per hanc coniunctionem conſequimur. Poteſt enim eſſe coniunctio mentis in Deum, & ad meritum Chriſti, & in deteſtationem peccati tam vehemens quòd perfectè remiſſionem peccati homo conſequitur non ſolum quantùm ad purgationem culpæ, ſed etiam quantùm ad remiſſionem totius pœnæ. Hoc autem non ſemper contingit: Vnde quandoque per contritionem amota culpa, &

reatu

reatu pœnæ æternæ ſoluto, vt dictum eſt, remanet obligato ad aliquam pœnam tempotalem, vt Iuſtitia Dei ſaluetur ſecundùm quam culpa ordinatur per pœnam.

Cum autem ſubire pœnam pro culpa iudicium quoddam requirat, oportet quòd pœnitens, qui ſe Chriſto ſanandum commiſit, Chriſti iudicium in taxatione pœnæ expectet; Quod quidem per ſuos Miniſtros exibet Chriſtus, ſicut & cætera Sacramenta. Nullus autem poteſt iudicare de culpis quas ignorat: Neceſſarium igitur fuit confeſſionem inſtitui quaſi ſecundam partem huiuſmodi Sacramenti, vt culpa pœnitentis innoteſcat Chriſti miniſtro. Oportet igitur Miniſtrum, cui fit confeſſio, iudiciariam poteſtatem habere vice Chriſti, qui conſtitutus eſt Iudex viuorum, & mortuorum.

Ad iudiciariam autem poteſtatem duo requiruntur, ſcilicet auctoritas cognoſcendi de culpa, & poteſtas abſoluendi, vel condemnandi. Et hæc duo dicuntur duæ claues Eccleſiæ, ſcilicet ſcientia diſcernendi, & potentia ligandi, & ſoluendi, quas Dominus Petro commiſit iuxta illud *Matth.* 16. Tibi dabo claues Regni Cœlorum.

Non autem ſic intelligitur, Petro commiſiſſe vt ipſe ſolus haberet, ſed vt per eum deriuarentur ad alios. Aliàs non eſſe ſufficienter fidelium ſaluti prouiſum.

Huiuſmodi autem claues ex Paſſione Chriſti efficaciam habent, per quam ſcilicet Chriſtus nobis aperuit ianuam Regni cœleſtis. Et ideò ſicut ſine Baptiſmo, in quo operatur paſſio Chriſti, non poteſt eſſe ſalus hominibus, vel realiter ſuſcepto, vel ſecundum propoſitum deſiderato, quando neceſſitas, non contemptus, Sacramentum excludit: Ita peccantibus poſt Baptiſmum ſalus eſſe non poteſt, niſi clauibus Eccleſiæ ſe ſubijciant, vel actu confitendo, & iudicium Miniſtrorum Eccleſiæ ſubeundo; Vel ſaltem huius rei propoſitum habendo, vt impleatur tempore opportuno: Quia vt dicit Petrus *Act.* 4. Non eſt aliud nomen datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri niſi Nomen Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Dice quello, ſarà poi così, che quando mi ſarò ben confeſſato, ſijno veramente perdonati i miei peccati, Nemo ſcit an amore dignus ſit: *Eccl.* 9.

Riſponde S. Tomaſo 1. 2. *q.* 112. *art.* 3. *che poſta l' obedienza diuina della Penitenza, ò ſia confeſſione moſſa dalla gratia interiore, non ſi deue dubitare del ſuo effetto.* Dicendum quòd ſicut ſupra dictum eſt, præparatio hominis ad gratiam eſt à Deo ſicut à mouente, à libero autem arbitrio ſicut à moto. Poteſt igitur præparatio dupliciter conſiderari. Vno quidem modo ſecundùm quòd eſt à libero arbitrio, & ſecun-

dùm hoc nullam neceſſitatem habet ad gratię conſequutionem ; quia donum gratię excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio modo poteſt conſiderari ſecundùm quòd eſt à Deo mouente ; & tunc habet neceſſitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis, ſed infallibilitatis ; quia intentio Dei deficere non poteſt, ſecundùm quòd *Auguſt. dicit in lib. de prædeſt. SS.* Quod per beneficia Dei certiſſimè liberantur quicumque liberantur. Vnde ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quòd homo cuius cor mouet, gratiam conſequatur infalibiliter ipſam conſequitur ſecundùm illud *Io. 6.* Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.

Dice l'Apoſtolo ad Hebræos 13. Deus autem pacis aptet vos in omno bono. *doue l'Angelico lect. 3. dice.* Voluntas humana, cum ſit quędam inclinato rationis, eſt principium actuum humanorum, ſicut grauitas eſt principium motuum grauium deorſum : Vnde ſe habet ad actus rationis ſicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res autem naturalis dicitur eſſe apta ad illud ad quod habet inclinationem. Sic etiam homo quando habet inclinationem benefaciendi, dicitur aptus ad illud. Deus etiam quando immittit homini bonam voluntatem, aptat eum, ideſt facit illum aptum, & ideò dicit Apoſtolus in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, Ideſt faciat vos velle omne bonum : *Prouerb.* 11. Deſiderium Iuſtorum omne bonum. Hæc eſt enim voluntas Dei, ſcilicèt quod Deus vult nos velle.

Se dunque ci muoue alla Confeſſione, ci muoue alla noſtra ſalute 4. Sent. diſt. 17. quæſt. 3. a. 1. q. 1. in Corp. Dicendum, quòd illa Sacramenta, quæ ordinantur contra culpam, cum qua ſalus eſſe non poteſt, ſunt de neceſſitate ſalutis : Et ideò ſicut Baptiſmus, quo deletur originale, eſt de neceſſitate ſalutis, ita & pœnitentiæ Sacramentum : Sicut autem aliquis per hoc quòd Baptiſmum petit, ſe miniſtris Eccleſiæ ſubijcit, ad quos pertinet diſpenſatio Sacramenti ; ita etiam per hoc quòd fatetur peccatum ſuum, ſe Miniſtro Eccleſiæ ſubijcit, vt per Sacramentum pœnitentiæ ab eo diſpenſatum remiſſionem conſequatur ; Qui congruum remedium adhibere non poteſt, niſi peccatum cognoſcat, quod fit per confeſſionem peccantis : Et ideò confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis eius, qui in peccatum actuale mortale cecidit.

Il qual remedio non può eſſere ſe non da Dio. Che però S. Agoſtino ſopra il cittato paſſo di S. Giouanni : Omnis qui audiuit à Patre, & dicit venit ad me, *dice lib. de Prædeſtinatione SS.* Quid eſt, omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me ; niſi nullus eſt qui audiat, & diſcat à Patre, & non veniat ad me ? Si enim omnis qui audiuit à Patre,

tre, & didicit, venit ad me; Profectò omnis qui non venit, non audiuit à Patre, neque didicit: Nam si audisset, & didicisset veniret. Nequeenim vllus audiuit, & didicit, & non venit, sed omnis, vt ait veritas, qui audiuit à Patre, & didicit, venit.

E poce doppo. Multos venire videmus ad Filium, quia multos videmus credere in Christum: Sed vbi, & quomodo à Patre audierint hoc, & didicerint, non videmus. Nimium gratia ista secreta est; gratiam verò esse quis ambigat? Hæc igaque gratia, quæ occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo corde respuitur. Ideò quippe tribuitur, vt cordis durities primitus auferatur. Quando ergo pater intus auditur, & docet, vt veniatur ad Filum, aufert cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Propheta prædicante (Ezech. 11.) promisit: Sic quippe facit filios promissionis, & vasa misericordiæ, quæ præparauit in Gloriam.

Il che singolarmente appariſce nella Confeſſione 4. Sent. diſt. 17. quæſt. 3. art. vlt. quæſt. 3. ad 2. Dicendum, quòd ante votum confessionis Paradisus clausus erat peccanti mortaliter; quamuis postea per contritionem vòtum confessionis importantem, apertus sit etiam ante confessionem actualiter factam; Non tamen obstaculum reatus est totaliter remotum ante confessionem, & satisfactionem.

E però con la Confeſſione può talmente meritare, che non ſolo acquiſti la Gloria, e ſi liberi dalla pena eterna chi ſi confeſſa, ma etiandio ſi liberi dalla pena temporale del Purgatorio iui quæſt. 3. art. 5. Quæſtiunc. in corpore: Dicendum, quòd confessio simul cum absolutione habet vim liberandi à pœna dupliciter: Vno modo ex ipsa vi absolutionis, & sic quidem liberat in voto existens à pœna æterna, sicut & à culpa, quę quidem pœna est pœna condemnans, & ex toto exterminans; & à qua homo liberatus manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem, secundùm quòd pœna est medicina purgans, & promouens; & hæc pœna restat in Purgatorio patienda, etiam his; qui à pœna Inferni liberati sunt: quæ quidem pœna est improportionata viribus pœnitentis in hoc mundo viuentis: Sed per vim clauium iutantum diminuitur, quod proportionata viribus pœnitentis remanet, ita quòd satisfaciendo, se in hac vita purgare potest.

Alio modo diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubescentiæ annexam: Et ideò quanto aliquis pluries de eisdem peccatis confitetur, tantò magis pœna diminuitur.

Hor qui entra vna fantaſcurioſità di ſapere ſe oltre al ritornar l' huomo per la Confeſſione in gratia, Etiam merita per præcedens peccatum mortificata reuiuiscant per subsequentem pœnitentiam?

A queſto dubio ſi riſponderà nella

SECONDA PARTE.

Ricordo primieramente ad ogn' vno che mi aſcolta due auiſi importanti della N. S. Madre Tereſa in ordine à Confeſſori, & Confeſſioni. Il Primo Cap. VIII. Fundationum doue dice coſi. Super hoc neceſſe eſt, vt doctum quempiam, ac prudentem Confeſſarium conſulat, nec aliud opere exequatur quàm quòd ille ante verbis ſuaſerit: Ad Præpoſitam referre hoc ipſa poterit, ſibi vt eum aſſignet confeſſarium, qui hiſce ſit dotibus inſtructus. Hoc porrò certum fixumque ſit, eam quæ ijs, quæ confeſſarius ſuaſerit, non aſcultarit, nec ſe per eum dirigi, conducique ſinat, à malo illud Spiritu, vel graui melancholia opprimi, Etſi enim Confeſſarius decipiatur, tamen ipſa nequaquam decipietur, meliuſque dirigetur, ſi illius præſcripta monitaque non traſgrediatur, tametſi vel Angelus Dei fuerit cum ipſa locutus. Nam lumen illi Dominus communicabit, vel oſtendet viam qua ad exitum res deducenda ſit. Nullum verò inde ſequetur diſpendium, at ſecus facere multis patere poteſt periculis, & non pauca damna afferre.

Di più Cap. IX. Manſ. Maximè autem neceſſarium eſt chariſſimę, ſincerè vos, & candidè cum confeſſarijs veſtris procedere, veritatemque illis aperire, non modo in delictis veſtris ipſis aperiendis (eſt hoc ſiquidem clariſſimum] verum etiam in orandi ratione veſtra declaranranda. Hoc enim niſi faciatis, affirmare non auſim uos rectè incedere, nec à Deo vos edoceri. Is namque amat, vt ea claritate, & veritate intima animæ illi pandantur, qui illius vices in terra ſupplet, qua ipſimet, ſi inter mortales ageret, aperirentur; Simulque vult etiam minimas vos cogitationes, ne dum opera veſtra illi manifeſtare.

Hora dunque ſuppoſto il penſiero del dubio propoſto come ſi riſolue, e ſi ſodisfa à tal Anima che lo cerca?

Andiamo dall' Angelico 3. p. quæſt. 89. *a.* 5. Dicendum, quòd quidam dixeruut quòd opera meritoria per peccatum ſequens mortificata, non reuiuiſcunt per pęnitentiam ſubſequentem, conſiderantes quòd opera illa non remanent vt iterum viuificari poſſint. Sed hoc impedire non poteſt quin viuificentur: Non enim habent vim perducendi in vitam æternam[quòd pertinet ad eorum vitam]ſolùm ſecundùm quòd actu exiſtuut;Sed etiam poſtquam actu eſſe deſinunt ſecundùm quòd remanent in acceptatione diuina: Sic autem remanent quantùm eſt de ſe, etiam poſtquam per peccatum mortificantur: quia ſemper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & Sancti de

eis

eis gaudebunt, ſecundùm illud *Apocal.* 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.

Sed quòd iſti qui ea fecit, non ſint efficacia ad ducendum in vitam æternam, prouenit ex impedimento peccati ſuperuenientis, per quòd ipſe redditus eſt indignus vita æterna. Hoc autem impedimentum tollitur per pœnitentiam, in quantum per eam remittuntur peccata: Vnde reſtat quòd opera prius mortificata, per pœnitentiam recuperant efficaciam perducendi eum qui fecit ea in vitam æternam: Quòd eſt ea reuiuiſcere: Et ita patet quòd opera mortificata, Per pœnitentiam reuiuiſcunt.

Diranno: An per pœnitentiam ſubſequentem ipſa etiam opera mortua viuificentur.

Riſponde iui Art. 6. in Corp. Dicendum, quòd opus aliquod dicitur mortuum dupliciter: Vno modo effectiuè, quia ſcilicet eſt cauſa mortis; Et ſecundùm hoc opera peccati dicuntur opera mortua, ſecundùm illud *Hebr.* 9. Sanguis Chriſti emundauit conſcientias noſtras ab operibus mortuis: Hæc igitur opera mortua non viuificantur per pœnitentiam, ſed magis abolentur ſecundùm illud *Heb.* 6. Non rurſus iacientes fundamentum pœnitentæ ab operibus mortuis.

Alio mòdo dicuntur opera mortua priuatiuè, ſcilicet quia carent vita ſpirituali, quæ eſt ex charitate, per quam anima Deo coniungitur, ex quo viuit, ſicut corpus per animam: & per hunc modum etiam fides, quæ eſt ſine charitate, dicitur mortua, ſecundum illud *Iacobi* 2. Fides ſine operibus mortua eſt; & per hunc etiam modum omnia opera, quæ ſunt bona ex genere, ſi ſine charitate fiant, dicuntur mortua, in quantum ſcilicet non procedunt ex principio vitæ. Sicut ſi dicamus ſonum cytharæ vocem mortuam.

Sic igitur differentia mortis, & vitæ in opperibus eſt ſecundum comparationem ad principium, à quo procedunt. Opera autem non poſſunt iterum à principio procedere, quia tranſeunt, & iterum eadem numero reſumi non poſſunt: vnde impoſſibile eſt quòd opera mortua iterum fiant viua per pœnitentiam.

Mà dice quello ſe è cosi. Dunque l'eſſercitio delle buone opere ſarà inutile à Peccatori, e cosi la loro oratione.

Riſponde S. *Tomaſo* 2. 2. *qu.* 178. *art.* 2. *ad* 1. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, cum de oratione ageretur, oratio impetrando non innititur merito, ſed diuinæ miſericordiæ, quæ etiam ad malos ſe extendit. Et ideò quandoque peccatorum oratio à Deo exauditur. Vnde Auguſtinus *tract.* 44. *in Io.* d,cit, quod illud verbum (nempè ſcimus quia peccatores Deus non audit) cœcus loquutus eſt, quaſi

adhuc

adhuc inunctus, ideſt nnn perfectè illuminatus. Nam peccatores exaudit Deus. Quod autem dicitur, quod oratio non audientis legem eſt execrabilis, intelligendum eſt quantum eſt ex merito peccatoris.

E però dice il S. D. 2. 2. qu. 83. art. 16. Si peccator orando aliquid petit in quantum peccator, ideſt ſecundum deſiderium peccati, in hoc à Deo non auditur ex miſericordia, ſed quandoque auditur ad vindictam, dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata. Orationem verò peccatoris, ex bono deſiderio naturæ procedentem, Deus audit, non quaſi ex iuſtitia, quia peccator hoc non meretur, ſed ex pura miſericordia: obſeruatis tamen quatuor præmiſſis conditiouibus, vt ſcilicet pro ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, piè, & perſeueranter.

E nell'Argomento Sed contra *apporta l'autorità di S. Gio. Criſoſtomo, che dice:* Omnis qui petii, ideſt, ſiuè iuſtus ſit, ſiuè peccator.

Mà qui entra vn'altro bel duhio. Vtrum Homo poſſit mereri reparationem poſt lapſum. *E tratta l'Angelico queſta difficoltà 1. 2. qu. 114. art. 7. qual voglio metter qui tale quale è, eſſendo tutto importante.*

Ad ſeptimum ſic proceditur. Videtur quòd aliquis poſſit ſibi mereri reparationem poſt lapſum; illud enim, quod iuſtè à Deo petit homo, uidetur poſſe mereri; Sed nihil iuſtius à Deo petitur (vt Auguſt. dicit) quam quod reparetur poſt lapſum ſecundùm illud *Pſal.* 70. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me Domine. Ergo homo poteſt mereri, ut reparetur poſt lapſum.

Præterea: Multò magis homini proſunt opera ſua, quam proſint alij: Sed homo poteſt aliquo modo alteri mereri reparationem poſt lapſum, ſicut, & primam gratiam: Ergo multò magis ſibi mereri popoteſt, ut reparetur poſt lapſum.

Præterea: Homo, qui aliquando fuit in gratia per bona opera quæ fecit, meruit ſibi vitam æternam, vt ex ſupradictis patet: Sed ad vitam æternam non poteſt quis peruenire, niſi reparetur per gratiam: Ergo videtur, quòd ſibi meruit reparationem per gratiam.

Sed contra eſt quod dicitur *Ezech.* 18. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius, quæ fecerat, non recordabuntur: Ergo nihil valebunt ei præcedentia merita ad hoc, quòd reſurgat: Non ergo aliquis poteſt ſibi mereri reparationem poſt lapſum.

Reſpondeo dicendum, quòd nullus poteſt ſibi mereri reparationem poſt lapſum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui. Merito quidem condigni hoc ſibi mereri non poteſt, quia ratio huius meriti dependet ex motione diuinæ gratiæ, quæ quidem motio inter-

rumpitur

rumpitur per ſequens peccatum ; vnde omnia beneficia, quæ poſtmodum aliquis à Deo conſequitur, quibus reparatur, non cadunt ſub merito, tamquam motione prioris gratiæ vſque ad hæc non ſe extendente. Meritum etiam congrui, quo quis alteri primam gratiam meretur, impeditur ne conſequatur effectum propter impedimentum peccati in eo, cui quis meretur : Multò igitur magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentũ, quod eſt, & in eo qui meretur, & in eo cui meretur; Hic enim vtrumque in vnam perſonam concurrit, ideò nullo modo poteſt aliquis ſibi mereri reparationem poſt lapſum,

Ad primùm ergo dicendum, quòd deſiderium, quo quis deſiderat reparationem poſt lapſum, iuſtum dicitur, & ſimiliter oratio, quia tendit ad iuſtitiam ; non tamen ita, quòd iuſtitiæ innitatur per modum meriti, ſed ſolum miſericordiæ,

Ad ſecundùm dicendnm, quòd aliquis poteſt alteri mereri ex congruo primam gratiam, quia non eſt ibi impedimentum ſaltem ex parte merentis, quod inuenitur dum aliquis poſt meritum gratiæ à iuſtitia recedit.

Ad tertiùm dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd nullus meretur abſolutè vitam æternam, niſi per actum finalis gratiæ, ſed ſolum ſub conditione ſi perſeuerat. Sed hoc irrationabiliter dicitur, quia quandoque actus vltimæ gratiæ non eſt magis meritorius, ſed minus, quam actus præcedentes, propter ægritudinis oppreſſionem. Vnde dicendum, quòd quilibet actus Charitatis meretur abſolutè vitam æternam : ſed per peccatum ſequens ponitur impedimentum precedenti merito, vt non ſortiatur effectum ; ſicut etiam cauſæ naturales deficiunt à ſuis effectibns pròpter ſuperueniens impedimentum.

Diranno almeno tal reparatione non repugna alla miſericordia di Dio, & il preſumerla in tal modo non ſarà male. Mettiamo il caſo nelli proprij termini dell'Angelico 2. 2. qu. 21. art. 2. doue tratta Vtrum præſumptio ſit peccatum.

Ad ſecundum ſic proceditur · Videtur quòd præſumptio non ſit peccatum : Nullum enim peccatum eſt ratio quòd homo exaudiatur à Deo ; Dicitur enim *Iudit 9.* Exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. Ergo præſumptio de diuina miſericordia non eſt peccatum.

Præterea Præſumptio importat ſuperexceſſum ſpei : ſed in ſpe, quæ habetur de Deo non poteſt eſſe ſuperexceſſus, cũcius potentia, & miſericordia ſint infinitæ. Ergo videtur quod præſumptio nonſit peccatũ.

Præterea. Id quod eſt peccatum non excuſat à peccato : ſed præſumptio excuſat à peccato : Dicit enim Magiſter 22. Diſtinctione ſecundi

cundi libri ſententiarum, quòd Adam minus peccauit, quia ſub ſpe veniæ peccauit; Quod videtur ad præſumptionem pertinere. Ergo Præſumptio non eſt peccatum.

Ad primum ergo dicendũ, quòd præſumere ponitur aliquando pro ſperare, quia ipſa ſpes recta, quæ habetur de Deo, ſed de hoc quod ſperat de Deo præſumptio videtur, ſi mẽſuretur ſecundũ conditionẽ hnmanã, non autem eſt præſumptio, ſi attendatur immenſitas diuinæ bonitatis.

Ad ſecundum dicendum, quòd præſumptio non importat ſuperexceſſum ſpei ex hoc quòd aliquis nimis ſperat de Deo. ſed ex hoc quod ſperat de Deo aliquid, quod Deo non conuenit. Quod etiam eſt minus ſperare de Deo, quia hoc eſt eius virtutem quodamodo diminuere, vt dictum eſt.

Ad tertium dicendũ, quòd peccare cum propoſito perſeuerandi in peccato ſub ſpe veniæ, ad præſumptionem pertinet. Et hoc non diminuit, ſed auget peccatum. Peccare autem ſub ſpe veniæ quandoque percipiendæ, cum propoſito abſtinendi à peccato, & penitendi de peccato; hoc non eſt præſumptionis. Sed hoc peccatum diminuit, quia per hoc videtur habere vòluntatem minus firmatam ad peccandũ.

E tale ſperanza non dobbiamo mai perderla per qualſiuoglia mutatione che paſſa tal'hora nel corſo della noſtra vita, à cui è certo, che il Signor'-Iddio compatiſce ſicome l'auiſa la N. S. Madre Vita cap. 40. Quodam tempore ſignanter mihi Dominus, magno me cum amore conſolatus, ait, ac monuit, ne me ipſa affligerem, quòd hac in vita in eodem ſtatu, & eſſe ſemper manere non poſſimus; interdum quippe me feruentem, interdum tepidam fore: aliquando inquietam aliquando quietam mox iterum à tentationibus impetendam: At ſemper in ipſo ſperarem, nullatenus autem timerem.

E in vna Relatione della medeſima riferita dal Martinez lib. 4. *Vitæ numero* 27. Interdum accidit, etſi non vſque adeo frequenter (cum verò id fit, tres, quatuor, vel quinque dies durare ſolet) vt omnia bona, feruores, viſiones mihi penitus auferri videantur, imò ipſa etiam planè illorum tolli memoria, adeò vt, licet horum recordari vellim, neſciam an aliquid in me eorum vmquam extiterit, omniaque mihi nonniſi mera videantur ſomnia, vel ſaltem nullum horum prorſus me occurrat memoriæ. Tum quoque corporalia me mala opprimunt, intellectus etiam turbatur, vt nihil de Deo prorſus cogitare queam, neu in qua lege viuam, ſciam. Si quid lego, non intelligo, defectibuſque plena eſſe videor, & nullum ad bonum animum vel deſiderium præferens: Quamque ſemper præferre ſoleo conſtantiam, & animi robut, eò redactum eſſe, vt ne minimæ quidem tentationi, aduerſitatiq;

collo-

obloquentium reſiſtere poſſe videar. Tum quoque ad nihil prorſus eſſe videor vtilis: adeo vt, ſi quis me alijs in rebus occupet, quam alia quælibet de turba occupatur, doleam, & in fraudem omnes pertrahere videar, apud quos aliquo in pretio ſum, meque etiam eo abdere loco vellem, in quo me nemo videret, nec tunc ſolitudinem virtutis exercendæ cauſa ſecter, quàm vt ea puſillanimitatem meam prodam. Denique cum omnibus qui mihi aduerſarentur, ipſa tunc litigare velle videar. Hæc quidem mea tum lucta; in qua tamen hanc mihi Deus præſtat gratiam, vt plus ſolito eum tunc non offendam, & hanc mihi amaritudinem ne anferat rogem, ſed ſi modò illi placuerit, eadem mihi perpetua ſit, inque ſua me teneat manu ne eum peccando offendam, & ex toto corde me illi conformem. Quin potius inſigne quoddam illius eſſe erga me beneficium credo, quòd non perpetuo hac me in anxietate eſſe ſinat.

E così niuno deue difidare ſoggionge S. Tomaſo 2. 2. qu. 21. art. 1. in corp. ma raccorrere ad adiutorium Spiritus Sancti per quod homo reuocatur à peccato.

Nam, *ſoggionge 3. P. qu. 84. art. 1. in corp.* Peccator pœnitens per ea quæ facit, & dicit oſtendit cor ſuum à peccato receſſiſſe. Similiter etiam Sacerdos per ea quæ agit, & dicit circa pœnitentem ſignificat opus Dei remittentis peccata.

Nella qual remiſſione è certo, che proceede con grande benignità, e non con ogni rigore di giuſtitia ſatisfattoria: in 4. diſt. 15. qu. 1. art. 2. Satisfactio poteſt dici explicitè ſufficiens, vno modo perfectè, quia eſt condigna per quandam adæquationem ad recompenſationem culpæ commiſſæ: Alio modo poteſt dici ſatisfactio hominis eſſe ſufficiens, imperfectè, ſecundùm acceptationem eius, qui eſt ea cõtentus, quamuis non ſit condigna, &c.

E però Adoleſcens tibi dico Surge, &c. Quod nobis, &c.

LAVS DEO.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN

Omnis qui ſe humiliat exaltabitur. *Lucæ* 14.

An Geronimo in Leuit. dice che: Si quis vult Pontifex non tam vocabulo eſſe, quam merito, imitetur Moyſen, imitetur Aron. Quid enim dicitur de eis? Quòd non diſcedunt de Tabernaculo Domini: Erat ergo Moyſes indeſinenter in Tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? Vt aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe Populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, *vt* aut à Deo diſcat legendo Scripturas diuinas, & ſæpius meditando; aut Populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus Sanctus docet. *Et aſſegna di ciò la ſua ragione S. Tomaſo nella* 2. 2. *qu.* 52 *art.* 4. *ad* 2. *Perche dice il Spirito Santo* Dirigit nos in omnibus, quæ ordinantur in finem vitæ æternæ; *Il qual fine dobbiamo ſempre hauer in deſiderio*: Semper enim concupiſcentia finis eſt infinita 1. 2. *qu.* 30. *art.* 4. *Hor chi non sà, che ſecondo il diuino Oracolo citato la virtù dell' Humiltà ci porta à queſto beato fine? L' Angelico non mi laſcierà mentire* 2. 2. *qu.* 161. *art.* 5. *ad* 3. Dicendum, quòd contemnenti terrena promittuntur cœleſtes theſauri, ſecundùm illud *Matth.* 6. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra*, ſed theſaurizate *vobis theſauros in cœlo*. Et ſimiliter contemnentibus Mundi gaudia promittuntur conſolationes cœleſtes ſecundùm illud *Matth.* 5. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. Et eodem modo Humilitati promittit ur ſpiritualis exaltatio; Et ideo *ſoggionge ad* 4. Chriſtus præcipuè nobis humilitatem commendauit, quia per hoc maximè remouetur impedimentum humanæ ſalutis, quæ conſiſtit in hoc, quòd Homo ad cœleſtia, & ſpiritualia tendat, à quibus Homo impeditur dum in terrenis magnificari ſtudet, & ſic humilitas eſt quaſi quædam diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis in ſpiritualia, & diuina bona. *E però di queſta Virtù particolare hora ſarà il preſente Diſcorſo.*

Et affinche ogn' vno l' abbracci più volontieri, perche come accẽna il S. M. 1. 2. *qu.* 6. *art.* 2. Ad rationem voluntarij requiritur quòd principium actus ſit intrà cum aliqua cognitione finis. *E maſſime ſe ſi tratta di volontà libera, e perfetta dice* 1. *p. qu.* 83. *art.* 1. Alioquin fruſtrà eſſent

confi-

conſilia,& exhortationes,&c. ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd quædam agunt abſque iudicio : ſicut lapis mouetur deorſum,& ſimiliter omnia cognitione carentia. Quædam autem agunt iudicio, ſed non libero : ſicut animalia bruta. iudicat enim Ouis videns lupum, eum eſſe fugiendum naturali iudicio, & non libero ; quia non ex collatione, ſed ex naturali inſtinctu hoc iudicat. Et ſimile eſt de quolibet iudicio brutorum animalium. Sed homo agit iudicio, quia per vim cognoſcitiuam iudicat aliquid eſſe fugiendum, vel preſequendum.

Hor dunque quali ſaranno le ragioni,che ci dourãno muouere ad abbracciar tutti queſta ſanta virtù dell'Humiltà, perche tutti dobbiamo eſſer humili in queſto Mondo, ſoggionge il S. M. ſopra quel teſto di S. Paolo Rom. 11. num.32. doue dice l'Apoſtolo,che Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. Concludi promiſit Deus omne genus hominum in incredulitate, ſicut in quadam erroris catena,vt in omni genere hominum ſua miſericordia locum habeat, vt ex hoc humilientur homines, & ſuam ſalutem, non ſibi, ſed Deo adſcribant. *A noi adeſſo,* Omnis qui ſe humiliat exaltabitur.

Dite pur bene S. *Tomaſo in* 2. *ſent. àd Hannib. diſt.* 40. *quæſt. vnica art.*3. *che* Plus eſt facere, quam dicere, *perche à dirla*, Magna quęque dici poſſunt, quæ tamen difficile fiunt: *E così ogn'vno sa lodar l'humiltà. mà eſſercitarla* Hoc opus, hic labor eſt; *Perche come ſoggionge il medeſimo,non vi è coſa che appetiſchi più ogn'vno,che di ſouraſtare alli altri ;* Homo enim *dice il S. D. Opuſc.*2.*c.*189. Ex parte intellectus naturaliter fugit ignorantiam, & ſcięntiam appetit. Ex parte verò voluntatis, quæ naturaliter libera eſt,appetit celſitudinem, & perfectionem, vt nulli, vel quantò paucioribus poteſt,ſubdatur. E *però fà bel predicare dell'Humiltà à chi è Superiore, e comanda. mà à chi ſente, e ſtà ſoggetto, non è muſica troppo grata.*

Potrei riſponder à queſto primieramente con la dottrina che dà ll S.*M. nelle Diſputate quæſt.* 3. De Potentia Dei *art.* 6. *ad* 26. Diceudum, quòd Natura non facit ſemper quòd melius eſt habito reſpectu ad Partem, ſed habito reſpectu ad totum, aliàs totum corpus Hominis faceret oculum, vel cor. *Così nel Mondo il Signor'Iddio hà diſpoſto,che alcuni ſiano Sud diti, & altri Superiori, perche così porta il buon'ordine P. P. qu.*96. *art.*3. *Nell'Argomento* Sed contra: *Rom.* 13. Quæ à Deo ſunt ordinata ſunt: Dicit enim *Auguſtinus* 19. *de Ciuit. Dei:* Ordo eſt parium, diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio.

E nell'Articolo ſeguente nell'Argomento pure Sed contra: Conditio Hominum non eſt dgnior quam conditio Angelorum, ſed inter An-

gelos quidam alijs dominantur, vnde & vnus ordo Dominationum vocatur. Ergo non eſt indignum, quòd Homo Homini dominetur.

Mà perche mi riſponderanno ſubito. E perche più toſto tocca à quello eſſer Maggiore, & à me inferiore? Alche ſi potrebbe ſubito riſpondere con quell'altra Dottrina che apporta in 4. ſent. diſt. 46. art. 2. che Iddio Sine præiudicio luſtitiæ poteſt de bonis ſuis plus alicui conferre, quam debeat, &c.

Ad ogni modo voglio riſponderli in maniera che reſtino tutti conſolati, dimoſtrandoli come queſta virtu può conuenire ad ogni perſona, non ſolo per la prima ragione: mà anche per le ſeguenti. E prima andiamo nella 2. 2. quæſt 161. art. 1. ad 4. Perfectum dicitur aliquid dupliciter. Vno modo ſimpliciter; in quo ſcilicet nullus defectus inuenitur, nec ſecundùm ſuam naturam, nec per reſpectum ad aliquid aliud; Et ſic ſolus Deus eſt perfectus, cui ſecundùm naturam diuinam non comperit Humilitas, ſed ſolum ſecundùm naturam aſſumptam.

Alio modo poteſt dici aliquid perfectum ſecundùm quid, puta, ſecundùm ſuam naturam, aut ſtatum, aut tempus. Et hoc modo homo virtuoſus eſt perfectus: Cuius tamen perfectio, in comparatione ad Deum deficiens inuenitur ſecundùm illud *Iſa.* 40. Omnes Gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram Deo. Et ſic cuilibet homini poteſt conuenire humilitas, ad quam pertinet cognitio proprij defectus. *Come lo ſoggiunge nell'Articolo ſeguente.*

Ilche anche appariſce meglio con quell'altra Dottrina, che dà in 1. ſent. diſt. 43. qu aſt. 1. art. 2. ad 1. Dicendum, quòd quicquid perfectionis eſt in Creatura totum eſt exemplatum à perfectione diuina, tamen perfectius eſt in Deo, quàm in Creatura, nec ſecundùm illum modum in Creatura eſſe poteſt, quo in Deo eſt. Et ideo omne nomen, quod deſignat perfectionem diuinam abſolutè non concernendo aliquem modum, communicabile eſt Creaturæ, vt Potentia, Sapientia, Bonitas, & huiuſmodi. Omne autem nomen concernens modum quo illa perfectio eſt in Deo, Creaturæ incommunicabile eſt, vt eſt ſummum bonum, eſſe omnipotentem, & huiuſmodi.

Appariſce anche la noſtra humiliatione da queſt'altra Dottrina in 1. ſent. ad Hannibal. diſt. 8. quæſt. 2. art. 2. Mutatio ſequitur poſſibilitatem: quia ſecundùm Philoſophum motus eſt actus exiſtentis in potentia, ſecundùm quòd huiuſmodi, Cum igitur omnis Creatura habeat poſſibilitatem admixtam, quia ſolus Deus eſt actus purus; ideò omnis Creatura aliquo modo eſt mutabilis per ordinem ad Deum agentem, & in potentia quaſi receptiua. Quia quicquid habet Creatura à Deo recipit. Eſt etiam in potentia obedientiæ, vt adhuc recipiat;

piat; & ſic omnis Creatura eſt mutabilis, in quantum Deus poteſt ſubtrahere quod dedit, vel dare quod nondum dedit.

Concorda ſimilmente qui il Profeta Iſaia cap 18. Nunquid gloriabitur Securis contra eum qui ſecat in eam? An exaltabitur Serra contra eum, qui ſe fecit? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem eam, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt? *Dcue S. Tomaſo lib. 3 de regimine Principum cap.* 8. Vbi, *dice*, Conſideranda eſt ſimilitudo, quia valdè congrua eſt. Sic enim ſe habet Virtus Dominantis ad Deum, ſicut virtus baculi ad percutiendum, & ſicut Virtus Serræ ad Artificem: Conſtat autem quod Virtus Serræ, vel Securis in artificio nulla eſt, niſi per Artificem mouentem, & dirigentem. Ita, & de Virtute Dominantis contingit, quòd nulla eſt ſine Deo mouente, & gebernante. Ergo ſtultum, & præſumptuoſum eſt gloriari de ſua Virtute.

Iſta autem ratio, *proſegue il S. D.* Satis aperta eſſe videtur, & haberi poteſt ex verbis Philoſophi ſupra inductis: Quia virtus cuiuslibet mobilis à virtute dependet primi mouentis, & eius inſtrumentum erit. Et hinc eſt, quòd Deo talis gloria eſt diſplicibilis, quia tales derogant diuinæ potentiæ. Propter quod ſcribitur in Iudith, quòd de ſua virtute gloriantes Deus humiliat.

Perche come dice il S. 2. 2. *quæſt.* 131. *art.* 1. Illud ſecundùm quod homo excellit, non habet homo à ſeipſo, ſed eſt quaſi quiddam Diuinum in eo.

Doue anche concorda la N. S. Madre De Via perfect. *cap.* 38. Quia, *dice*, in donis, ac fauoribus gratuitò recipiendis nos acceptores ſumus, non largitores, indeque Dei magis debitores conſtituimur, magiſque conſequenter ei ſubdimur, & humiliamur. *Dal che ſe ne caua poi queſta Concluſione lib.* 1. *cont. Gent. cap.* 93. *che* Iuſtitia, quantum ad commutationis actum, Deo competere non poteſt, cum ipſe à nullo aliquid accipiat: Vnde *Rom.* 11. dicitur, quis prior dedit illi, & retribuetur ei? & *Iob* 41, Quis ante dedit mihi, & reddam ei?

Et in 4. diſt. 40. qu. 1. art. 1. Iuſtitia commutatiua per quam æquale conſtituitnr inter Deum dantem, & Creaturam recipientem Deo competere non poteſt ſecundùm propriam actionem.

E qui è doue mancò il primo Angelo ſoggionge il S. D. in cap. 12. *Apocalyp. ſopra quel verſ.* 4. Et cauda eius trahebat tertiam partem Stellarum Cœli, & miſit eas in terram. *Doue dice*: Secundùm aliquos exponuntur hæc verba de reprobis Angelis: cauda eius, ideſt naturalium excellentia, qua alios traxit, ſicut aliquid trahitur cauda, trahebat, ideſt traxit deijciendo pe ſuperbiam. Ipſe enim Diabolus cum primò

mò eſſet omnibus excellentior, videns ſuam naturalem excellentiam, ſuperbuit: Multi autem ex alijs videntes eum tam excellentem conſenſerunt eius ſuperbiæ, & ei adhæſerunt.

E *ſc bene trattandoſi delli Angeli, vi ſono trà eſſi* Dominationes, Principatus, & Poteſtates, ex quibus nominibus prælationem quandam habent.

Riſponde nondimeno l'Angelico 1.p.q.108.a.6, *ad* 1. Dicendũ, quòd in Angelis potius eſt, quod ſubijciũtur Deo, quã quòd inferioribus præſidẽt: & hoc deriuatur ex illo. Et ideò Ordines nominati à Prelatione nõ ſunt Supræmi, ſed magis Ordines nominati à conuerſione ad Deũ, *come ſono i Cherubini, Seraſini, e i Troni, &c. Che però auiſa il S. D.* 2. 2. *qu.*161.*art.*1. Circa appetitum boni ardui neceſſaria eſt Humilitas, quæ temperet, & refrenet animum, ne immoderatè tedat in excelſa.

Et qu. 162. art. 1. ad 3. Ad Humilitatem pertinet retrahere animum ab inordinato appetitu Magnorum contra præſumptionem.

*La quale come dice iui qu.*21. *art.*1. Attenditur ex hoc, quòd aliquis tendit in aliquod bonum, vt ſibi poſſibile, quod ſuam facultatem excedit;

Deue dunque ogn'vno in riſguardo à Dio eſſer humile. Hor come ſi deue hauer l'Humiltà trà di Noi?

Propone la difficoltà il S. M. 2.2. *quæſt.* 161. *art.*3. Vtrum homo debeat ſe omnibus per Humilitatem ſubijcere?

Rpſpondeo dicendum, quòd in homine duo poſſunt conſiderari, ſcilicet, id quod eſt Dei, & id quod eſt Hominis.

Hominis autem eſt quicquid pertinet ad defectum: Sed Dei eſt, quicquid pertinet ad ſalutem, & perfectionem: ſecundùm illud *Oſeæ* 13. Perditio tua ex te Iſrael, ex me tantum auxilium tuum. Humilitas autem propriè reſpicit reuerentiam, qua Homo Deo ſubijcitur: Et ideò quilibet Homo, ſecundùm id quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet Proximo ſubijcere quantum ad id, quod eſt Dei in ipſo.

Non autem hoc requirit Humilitas, vt aliquis id quod eſt Dei in ſeipſo, ſubijciat ei, quod appareat eſſe Dei in altero: Nam illi, qui dona Dei participant, cognoſcunt ea ſe habere, ſecundùm illud 1. *ad Cor. cap.*2. Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Et ideò abſque prejudicio Humilitatis poſſunt Dona, quæ ipſi icceperunt, præferre Donis Dei, quæ alijs apparent collata, ſicut Apoſtolus *ad Epheſ.*3. dicit: Alijs Generationibus non eſt agnitum filijs Hominum, ſicut nunc reuelatum eſt Sanctis Apoſtolis eius.

Similiter etiam non hoc requirit Humilitas, vt aliquis id, quod eſt ſuum in ſeipſo ſubijciat ei quod eſt Hominis in Proximo. Alioquin

oporteret

oporteret, vt quilibet reputaret ſe magis peccatorem quolibet alio: Cum tamen Apoſtolus abſque præiudicio Humilitatis dicat. *Galat.* 2. Nos autem Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.

Notate però ſoggionge, che: Poteſt tamen aliquis reputare aliquid boni eſſe in Proximo, quod ipſe non habet. Vel aliquid mali in ſe eſſe, quod in alio non eſt; ex quo ſe poteſt ei ſubijcere per Humilitatem. *Poiche come ſoggionge* 2. 2. *qu.* 161. *art.* 1. *ad* 1. Humilitas eſt Virtus, qua quis conſiderans ſuum defectum, tenet ſe in infimis ſecundùm modum ſuum. *Et ad* 2. Humilitas ſecundùm quod eſt Virtus in ſui ratione importat laudabilem deiectionem in ima. *Et indi ſoggionge, per buon'auiſo*, Hoc autem quandoque fit ſolùm ſecundùm ſigna exteriora ſecundùm fictionem; Vnde hęc eſt falſa humilitas, de qua Auguſtinus dicit in quadam Epiſtola, quod eſt magna ſuperbia, quia ſcilicet videtur tendere ad excellentiam gloriæ. Quandoque tamen fit ſecundùm interiorem motum animæ, & ſecundum hoc Humilitas, quæ propriè ponitur Virtus non conſiſtit in exterioribus, ſed principaliter in interiori electione mentis: vt patet *per Philoſoph. in lib.* 2. *Ethic.*

Diranno S. *Paolo Philip.* 2. *dice pure:* In humilitate Superiores inuicem arbitrantes. *Dunque ſempre habbiamo humiliarci, e renderci ſoggetti indifferentemente à tutti.*

Riſponde l'Angelico: Sicut pertinet ad ſuperbiã quòd homo ſe extollat ſupra ſe, ita ad humilitatem, quòd homo ſe ſubijciat ſecundum ſuam menſurã. Sed quomodo Superior poterit hoc implere? Aut enim nõ cognoſcit ſe eſſe ſuperiorẽ, & virtutẽ ſuã, & ſic non eſt virtuoſus, quia nõ eſt prudens: Aut ſcit, & ſic non poteſt aliũ exiſtimare ſuperiorẽ ſe.

Riſpondeo, dicendum, quòd nullus eſt ſic bonus, quin in eo ſit aliquis defectus; Et nullus eſt ſic malus, quin habeat aliquid boni: Vnde non oportet, quòd eum præponat ſibi ſimpliciter, ſed quantùm ad hoc dicat in mente ſua ſic; Fortè in me eſt aliquis defectus, qui non eſt in illo. Et hoc oſtendit Auguſtinus in lib. de virginitate quomodo Virgo præferat ſibi coniugatam, quia forte feruentior.

Sed detur quòd quantùm ad omnia ſit ille bonus, & ille malus, nihilominus tu, & ille geris duplicem perſonam, ſcilicet Tui, & Chriſti. Si ergo illum non præponas ratione ſuæ perſonæ, præponas ratione imaginis diuinæ. Ad Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. *Ad Philip.* 2. *lect.*

Vnde 2. 2. *Quæſt.* 161. *a.* 3. *ad* 1. Dicendum, quòd non debemus ſolùm Deum reuereri in ſeipſo, ſed etiam id quòd eſt eius debemus reuereri in quolibet: Et ideò per humilitatem debemus nos ſubijcere omnibus proximis propter Deum, ſecundùm illud 1. Petri 2. ſubiecti eſtote omni Creaturæ propter Deum. Latriã tamen ſoli Deo exibere debemus.

Ma dice quello: Quomodo poteſt aliquis ſe omnibus inferiorem eſtimare: cum hoc videatur falſum; *Et D. Auguſt. dicat in lib. de Nat. & gratia:* Humilitas collocanda eſt in parte veritatis, non in parte falſitatis?

Riſponde S. Tomaſo iui ad 2. Dicendum, quòd ſi nos præferamus id quòd eſt Dei in proximo, ei quod eſt proprium in nobis, non poſſumus incurrere falſitatem: Vnde ſuper illud *Philip. 2.* Superiores ſibi inuicem arbitrantes, *dicit Gloſſa:* Non hoc ita debemus æſtimare, vt nos æſtimare fingamus: Sed verè æſtimemus poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis ſuperior ſit, etiamſi bonum noſtrum, quo illi videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum.

Di ſimile humiltà ci diede eſſempio la Noſtra S. Madre Vita Cap. 39. doue antepone il feruore delle Nouitie alla ſua perfettione con tali ſentimenti: O' quam libenter illis hac in re potiores partes cedo. Imò erubeſcere me coram Deo hic oporteret: Nam quò me Maieſtas huius, tot annorum, ex quò incepi orationem colere, & ipſe mihi gratias præſtare cepit, ſpatio non perduxit, illuc ipſas trimeſtri ſpatio, quin etiam nonnullas triduò perduxit, &c.

E doppo ſoggionge: Quidquid enim facere poſſumus velut abominatio eſt, etiam cum vna ſanguinis gutta earum quas tam multas pro nobis Dominus fudit comparatum: Et, ſi eò debemus plura, quò plus ſeruimus, quid eſt quod petimus, cum, ſi vel obolum de debito noſtro perſoluamus, mille ducati pro eo nobis reddantur? Omittantur, ex amore, rogo, hæc iudicia, quæ ei ſoli conueniunt. Tales comparationes, etiam in temporalibus, ſemper malæ ſunt; Quantò ergo magis in ijs, quæ ſolus nouit Deus? Quod Maieſtas eius ſatis oſtendit, cum tantum nouiſſimè ad Vineam venientibus petſoluit, quantum primis.

Ma aggiongiamo adeſſo à tal eſſempio le ragioni, che ci deuono piegare ad abbracciar viuamente queſta ſanta Humiltà: Poiche come dice S. Agoſtino ad Marcellinum de Ciuit. Dei lib. 1. c. 23. Sancta quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt, cui quidem & exempla concordant, ſed illa, quæ tantò digniora ſunt imitatione, quantò excellentiora pietate

Perche cauſa Chriſto Signor Noſtro Nobis humilitatem præ ceteris virtutibus commendauit *Matth. 11.* Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde?

Riſponde S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 161. a. 5. ad 4. Dicendum, quòd ideò Chriſtus præcipuè nobis humilitatem commendauit, quia per hoc maximè remouetur impedimentum humanæ ſalutis, quæ conſiſtit in hoc, quòd homo ad cœleſtia, & ſpiritualia tendat, à quibus homo

mo Impeditur, dum in terrenis magnificari ſtudet: Et ideò Dominus vt impedimentum ſalutis auferret, exteriorem celſitudinem contemnendam monſtrauit per humilitatis exempla: Et ſic humtlitas eſt quaſi quædam diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis in ſpiritualia, & diuina bona.

La qual diſpoſitione ſpiega iui il S. D. ad 2. ſotto titolo di fondamento come pur inſegna S. Agoſtino in lib. de verbis Domini Serm. 10. Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis? De fundamento prius cogita humilitatis. *Hor ſentiamo l'Angelico:* Dicendum quòd ſicut ordinata virtutum congregatio per quandam ſimilitudinem ædificio comparatur, ita etiam illud, quò eſt primum in acquiſitione virtutum, fundamento comparatur quod primun in fondamento iacitur: Virtutes autem infunduntur à Deo; Vnde primùm in acquiſitione virtutum eſt humilitas, in quantùm ſcilicet expellit ſuperbiam, cui Deus reſiſtit, & præbet hominem ſubditum, & paratum ad ſuſcipiendum influxum diuinæ gratiæ, in quantùm euacuat inflationem ſuperbiæ: Vnde *dicitur Iacob.* 4. Quòd Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: Et ſecundùm hoc humilitas dicitur ſpiritualis edificij fondamentum.

Et in 4. diſt. 33. quæſt: 3. a. 3 ad 6. dice che Humilitas videtur virtutibus Theologicis propinquiſſima eſſe, quia per eam homo ſe ex reuerentia Deo ſubijcit, & per conſequens alijs propter Deum.

Et 2. 2. *Quæſt.* 161. *a.* 5. *ad* 1. Peccatum per humilitatem remittitur. Nam de Publicano dicitur Lucæ 18. Quod merito humilitatis deſcendit iuſtificatus in domum ſuam.

Ma qui entra vn bel dubio. Vtrum humilitas exigat quòd Aliquis de ſe confiteatur peccata, quæ nõn fecit, iuxta illud D. Gregorij Bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt: Et quomodo verè humilis reputat ſe deteriorem omnibus alijs?

Riſponde S. Tomaſo in 4. Sent. diſt. 21. *Quæſt.* 2. *a.* 3. *ad* 1. *&* 2. Dicendum, quòd agnoſcere culpam vbi non eſt, poteſt eſſe dupliciter: Vno modo, vt intelligatur quantùm ad ſubſtantiam actus; & ſic non eſt verum; non enim ad bonam mentem pertinet, ſed ad errantem, vt ſe actum aliquem commiſiſſe cognoſcat, & quem non commiſit. Alio modo quantum ad conditionem actus, & ſic verum eſt quod Gregorius dicit; quia iuſtus in actu qui de ſe bonus videtur, formidat ne aliquis defectus ex parte ſua fuerit: Et ſic *dicitur Iob*, 4. Verebar omnia opera mea: Et ideò ad bonam mentem etiam pertinet, vt hanc formidinem, quam corde tenet, lingua accuſet. Iuſtus igitur, qui eſt verè humilis, non reputat ſe deteriorem quantum ad perpetrationem actus, qui ſit peior ex genere; Sed timet ne in his quæ benè agere videtur,

detur, per ſuperbiam grauius delinquat.

Mi diranno: An tendere in altiora repugnet humilitati? *Riſponde il S. M. 2. 2. Quæſt. 162. art. 2. ad 2.* Dicendum, quòd tendere in aliqua maiora ex propriarum virium confidentia humilitati contrariatur, Sed quòd aliquis ex confidentia diuini auxilij in maiora tendat, hoc non eſt contra humilitatem, præſertim cum ex hoc aliquis magis apud Deum exaltetur, quòd ei ſe magis per humilitatem ſubijcit: Vnde *Auguſtinus dicit in lib. de pœnitentia*: Aliud eſt leuare ſe ad Deum; Aliud eſt leuare ſe contra Deum: Qui ante illum ſe proijcit, ab illo erigitur; Qui aduerſus illum ſe erigit, ab illo proijciatur.

Mi diranno ſe per queſte coſe alte ſi poſſa anche comprender in qualche modo la Gloria del Mondo?

A' queſto ſi riſponderà nella

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo in 2. Senl. Diſt. 40. Quæſt. 1. art. 5. il cui Titolo è. Vtrum aliquis actus humanus ſit indiferens, in corpore Articuli *cosi dice*: Nullus actus à voluntate deliberata progrediens poteſt eſſe, qui non ſit vel bonus, vel malus, non tantùm ſecundùm Theologum, ſed etiam ſecundùm moralem Philoſophum: Et vlterius non poteſt eſſe aliquis actus à deliberata uirtute procedens in habente gratiam qui non ſit meritorius: Sed in non habente gratiam poteſt eſſe aliquis actus deliberatus, qui nec ſit meritorius, nec demeritorius. &c.

Hor che merito ſarà quello dell' humiltà? La Gloria, e ſtima appreſſo alli Huomini di queſto Secolo? Andiamo di nuouo dall' Angelico lib. 1. de Regim. Principum cap. 7. Pertinet ad boni viri officium, vt contemnat Gloriam ſicut alia temporalia bona, Virtuoſi enim, & fortis animi eſt pro Iuſtitia contemnere Gloriam, ſicut & vitam. Vnde fit quiddam mirabile, vt quia virtuoſos actus ſequitur Gloria, ipſa Gloria virtuosè contemnatur, & ex contemptu Gloriæ Homo glorioſus reddatur, ſecundùm ſententiam Fabij dicentis, Gloriam qui ſpreuerit, veram Gloriam habebit. Et de Catone dicit Saluſtius, quo minus petebat Gloriam, tantò magis conſequebatur illam.

Ma ne meno per tal Gloria ſoggionge il S. D. dobbiamo abbracciar l'Humiltà, che ſareſſimo ben priui di giudicio Si tot labores, & ſolicitudines pateremur pro mercede tam fragili. Nihil enim videtur in rebus humanis fragilius Gloria, & honore fauoris hominum, cum dependeat ex opinionibus hominum, quibus nihil mutabilius in vita hominum. Et inde eſt quòd Iſaias Pprpheta c. 40. huiuſmodi Gloriam nominat florem fœni.

De

De inde, *profegue il* S. D. Humanæ Gloriæ cupido animi magnitudinem aufert. Qui enim fauorem hominum quærit, neceſſæ eſt, vt in omni eo, quòd dicit, aut facit eorum voluntati deſeruiat; Et ſic dum placere hominibus ſtudet, fit ſeruus ſingulorum: Propter quòd & idem *Tullius in lib. de officijs*, cauendam dicit Gloriæ cupidinem, *Perche* Eripit animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio.

Che però conclude S. *Tomaſo nel capo ottauo del medeſimo libro*: Quoniam ergo mundanus honor, & hominum Gloria non eſt noſtræ ſolicitudinis ſufficiens præmium, inquirendum reſtat quale ſit eidem ſufficiens. *Che non è altro in fatti che l'eterna beatitudine, che la perfetta poſſeſſione di Dio, ſi come ne apporte il Teſtimonio d'Iſaia cap.* 28. Erit Dominus ſertum exultationis, & Diadema Gloriæ Populo ſuo.

Hoc autem ratione mæniteſtatur. Eſt enim mentibus omnium ratione vtentium inditum virtutis præmium Beatitudinem eſſe; Virtus enim vnius cuiuſque rei deſcribitur, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

Ad hoc autem Quiſque benè operando nititur peruenire, quòd eſt maximè deſiderio inditum: Hoc autem eſt eſſe fœlicem, quòd nullus poteſt non velle. Hoc igitur præmium virtutis expectatur, quòd hominem Beatum facit, quòd ſolum eſt bonum perfectum, quaſi omnia deſiderabilia in ſe comprehendens. Tale autem non eſt aliquod bonum terrenum, nam qui diuitias habent, amplius habere deſiderant: Et ſimiliter patet in cæteris, *come nell'honore, e Gloria mundana, Che chi ſale ad vna dignità minore, ſubito aſpira ad vn'altra maggiore*. Nihil igitur terrenum eſt quòd quietare deſiderium poſſit: Neque igitur tertenum aliquod Beatum facere poteſt, vt poſſit eſſe noſtrum præmium.

Sarà dunque la Beatitudine ſola: Quam dicimus vltimum deſideriorum finem: Cum enim deſiderium intellectualis naturæ, ſit vniuerſalis boni, hoc ſolùm bonum verè Beatum facere poterit, quo adepto nullum bonum reſtat, quòd amplius deſiderari poſſit.

Che poi in indiuiduo nen è altro che Dio. Il che proua ex conſequenti chiaramente con queſta ragione.

Mens humana vniuerſalis boni cognoſcitiua eſt per intellectum, & deſideratiua per voluntatem: Bonum autem vniuerſale non inuenitur niſi in Deo. Nihil ergo eſt, quòd poſſit hominem Beatum facere, eius imp'endo deſiderium, niſi Deus, de quo dicitur *in Pſal.* 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum.

In hoc ergo, *Ogn'vno*, ſuum premium ſtatuere debet: *Si come faceua il*

Real Profeta Pſal. 72. Quid mihi eſt in Cœlo, & à te quid volui ſuper terrau? Cui Quæſtioni poſtea reſpundens ſubiungit: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo meo ſpem meam. Ipſe enim eſt, qui dat ſalutem Regibus, non ſolum temporalem, qua communiter ſaluat homines, & iumenta, ſed eam, de qua per *Eſaiam* 51. *dicit*: Salus autem mea in ſempiternum erit, qua homines ſaluat, eos ad æqualitatem Angelorum perducens.

E così dunque conclude, che è ben altro queſt' Honore, & altra qaeſta Gloria, che quella del Mondo. Quis enim mundanus, & caducus honor huic honori ſimilis eſſe poteſt, vt homo ſit Ciuis, & Domeſticus Dei inter filios Dei computatus, & hereditatem Regni Cœleſtis aſſequatur cum Chriſto? Hic eſt honor, quem concupiſcens, & admirans Rex Dauid *dicebat Pſal.* 138. Nimis honorati ſunt amici tui Deus.

Et indi ſoggionge. Quæ inſuper humanæ laudis gloria huic comparari poteſt, quam non fallax blandientium lingua, non decepta Hominum opinio profert; ſed ex interioris conſcientiæ teſtimonio producit, & Dei teſtimonio confirmatur, qui ſuis confeſſoribus repromittit, quòd confiteatur eos in Gloria Patris coram Angelis Dei?

E doppo. Qui autem hanc gloriam quærunt eam inueniunt. *E di più*. Quam non querunt gloriam hominum, conſequuntur exemplo Salomonis, qui non ſolum ſapientiam, quam quæſiuit, accepit à Domino, ſed factus eſt ſuper Reges alios Glorioſus: *Perche in fatti biſogna che ſi verifichi il detto di Chriſto, che:* Qui ſe humiliat exaltabitur.

Che però termina per vltimo il diſcorſo Beda il Venerabile portato qui in Cattena dall' Angelico: Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Veniens autem Dominus, quem humilem inuenerit amici nomine beatificans aſcendere ſuperius præcipiet. Quicumque enim humiliauerit ſe ſicut paruulus, hic eſt maior in Regno Cœlorum.

Pulchrè autem dicitur: Tunc erit tibi Gloria, ne nunc quærere incipias quòd tibi ſeruatur in fine. Poteſt etiam & hoc in hac vita intelligi, quia quotidie Dominus ſuas nuptias intrat, ſuperbos deſpiciens, & humilibus ſepè tanta ſui ſpiritus onera præſtans, vt diſcumbentium, ideſt fidelium cœtus eos admirando glorificet.

Et ne apporta il S. D. la ſua ragione 2. 2. Quæſt. 25. art. 1. Amari eſt quoddam honorari, vt docet Philoſophus 8. Et hic. Cap. 8. Sed præter virtutem Religionis, qua colimus Deum vt ſummum rerum principium, eſt alia ordinata per ſe primo ad tribuendum honorem Iuſtis, ſcilicet dulia: Ergò præter virtutem Charitatis Theologicæ, qua diligimus Deum vt ſummum bonum, admittenda eſt alia ſupernaturalis, quæ ſit per ſe primò amicitia erga ipſos iuſtos.

Et

Et ad 2. Diuersos honores diuersis deferimus, secundùm propriam virtutem singulorum, *si come* Deo singularem latriæ honorem exhibemus propter eius singularem excellentiam.

Hor mi diranno, come si potrebbe sapere in che gradi di eccellenza consista la virtù dell'humiltà, per poterne far quella stima, che conuiene?

Propone S. Tomaso 1. 2. *q.* 27. *l'Articolo* 2. *doue cerca:* Vtrum cognitio sit causa amoris. Et ad 1. *da questa dottrina:* Dicendum, quòd ille qui quærit scientiam, non omninò ignorat. Sed secundùm aliquid eam præcognoscit, vel in vniuersali, vel in aliquo eius effectu, vel per hoc quòd audit eam laudari, *vt Augustinus dicit* 10. *de Trinit.* Sic autem eam cognoscere non est eam habere, sed cognoscere eam perfectè. *Hor donque per conoscere perfettamente questa virtù dell'humiltà.*

Andiamo parimente da S. Tomaso 2. 2. *Quæst.* 161. *a.* 6. *in corp. doue si tratta:* An conuenienter D. Benedictus in suaRegula distinguat duodecim gradus humilitatis. Quorum primus est, corde, & corpore semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus. Secundus, vt pauca verba, & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce. Tertius, vt non sit facilis, aut promptus ad risum. Quartus, Taciturnitas vsque ad interrogationem. Quintus, tenere quòd habet communis Monasterij Regula. Sextus, credere & pronunciare se omnibus viliorem. Septimus, Ad omnia indignum, & inutilem se confiteri, & credere. Octauus, Confessio peccatorũ. Nonus, per obedientiam in duris, & asperis patientiam amplecti. Decimus vt cum obedientia se submittat Maiori. Vndecimus, Vt voluntatẽ propriã nõ delectetur implere. Duodecimus, vt Deum timeat, & memorsit omnium, quę præcipit.

E risponde il S. D. Dicendum, quòd humilitas essentialiter in appetitu consistit, secundùm quòd aliquis refærant impetum animi sui ne inordinatè tendat in magna; Sed Regulam habet in cognitione, vt scilicet aliquis non se existimet supra id esse quòd est; & vtriusque principium, & radix est reuerentia, quam qui habet ad Deum: Ex interiori autem dispositione humilitatis procedunt quædam exteriora in verbis, & factis, & gestibus, quibus id, quod interius latet, manifestatur: Sicut & in cæteris virtutibus accidit, nam ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei sensatus vt *dicitur Eccl.* 19.

Et ideò in prædictis gradibus Humilitatis ponitur aliquid, quod pertinet ad humilitatis radicem, scilicet duodecimus Gradus, qui est vt homo Deum timeat, & memor sit omnium, quæ præcepit. Ponitur etiam aliquid pertinens ad appetitum, ne scilicet in propriam excellentiam inordinatè tendat: Quod Quidem fit tripliciter: Vno modo, vt homo non sequatur propriam voluntatem; Quod pertinet ad

vnde-

vndecimum Gradum. Alio modo, vt regulet eam secundum superioris arbitrium, quòd pertinet ad ad Gradum decimum. Tertio modo, vt ab hoc non desistat propter dura, & aspera, quæ occurrunt; Et hoc pertinet ad nonum.

Ponuntur etiam quædam pertinsntia ad æstimationem hominis recognoscentis suum defectum, & hoc tripliciter: Vno quidem modo per hoc, quòd proprios defectus recognoscat, & confiteatur; Quod pertinet ad Octauum Gradum. Secundo, vt ex consideratione sui defectus aliquis insufficientem se æstimet ad maiora; Quod pertinet ad Septimum. Tertiò, vt quantum ad hoc alios sibi præferat; Quod pertinet ad Sextum.

Ponuntur etiam quædam, quæ pertinent ad exteriora signa: Quorum vnum est in factis; vt scilicet homo non recedat in suis operibus à via communi, quod pertinet ad quintum. Alia duo sunt in verbis; scilicet, vt homo non præripiat tempus loquendi; Quod pertinet ad Quartum: Nec excedat modum in loquendo; Quod pertinet ad Secundum. Alia verò consistunt in exterioribus gestibus, puta in reprimendo extollentiam oculorum; Quod pertinet ad Primum; Et in cohibendo exterius visum, & alia ineptæ lætitia signa; Quod pertinet ad Tertium.

Ma qui resta per vltimo da essaminare: Quomodo sub Sexto, & Septimo ex prædictis Gradibus humilitatis contineantur illi septem, quos D. Anselmus enumerat in lib. De similitudinibus, quorum primus est, contemptibilem se esse cognoscere: Secundus, de hoc dolere. Tertius hoc confiteri. Quartus hoc persuadere, vt scilicet hoc velit credi. Quintus, vt patienter sustineat hoc dici. Sextus, vt patiatur contemptibiliter se tractari. Septimus, vt hoc amet.

Risponde l'Angelico iui: Ad tertium Dicendum, quòd Omnes Gradus, quos Anselmus ponit, reducuntur ad opinionem, & manifestationem, & voluntatem propriæ abiectionis: Nam primus Gradus pertinet ad cognitionem proprij defectus: Sed quia vituperabile esset si quis proprium defectum amaret, hoc per secundum Gtadum excluditur; Sed ad manifestationem sui defectus pertinent tertius, & quartus Gradus, vt scilicet aliquis non solum simpliciter suum defectum enunciet, sed etiam persuadeat. Alij autem tres Gradus pertinent ad appetitum, qui excellentiam exteriorem non quærit; Sed exteriorem abiectionem æquanimiter patitur, siue in verbis, siue in factis, quia sicut *Gregorius dicit in Regisiro*, Non grande est ijs nos esse humiles à quibus honoramur, quia & hoc seculares quilibet faciunt: Sed illis maximè humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur. Et hoc

per-

pertinet ad Quintum, & Sextum Gradum. Vel etiam deſiderantes exteriorem abiectionem amplectitur, quod pertinet ad ſeptimum Gradum. Et ſic omnes iſti Gradus continentur ſub Sexto, & Septimo ſuperius enumeratis.

Si deue però notare ſoggionge 2. 2. *Quæſt.* 161. *art.* 3. *ad* 3. Quomodo per humilitatem debet aliquis ita ſe ſubijcere alijs, vt hoc non vergat in eorum detrimentum iuxta illud D. Auguſtini in ſua Regula: Ne dum nimium ſeruatur humilitas, Regendi frangatur auctoritas. *E riſponde il S. D.* Dicendum, quòd humilitas, ſicut & cæteræ virtutes, præcipuè interius in Anima conſiſtit: Et ideò poteſt homo ſecundum interiorem actum animæ alteri ſe ſubijcere ſine hoc, quod occaſionem habeat alicuius quod pertineat ad detrimentum ſuæ ſalutis: Et hoc eſt, quod *Auguſtinus dicit in Regula:* Timore coram Deo Prælatus ſubſtratus ſit pedibus veſtris.

Sed in exterioribus humilitati s actibus, ſicut & in actibus cæterarum virtutum, eſt debita moderatio adhibenda, ne poſſint vergere in detrimentum alterius. Si autem aliquis, quod debet, faciat; Et alij ex hoc occaſionem ſumant peccandi; Non imputatur humiliter agenti, quia ille non ſcandalizat, quamuis alter ſcandalizetur.

Per vltimo ſoggiongo vn'altro importante auiſo che dà la N. S. Manel Caſtello dell'Anima cap. 2. *Manſ.* 1. *Che ſe bene* Suiipſius cognitio tanti tanti eſt momenti, vt eam vos nunquam vellem omittere, vel remittere, quantumcumque ſublimè in Cœlos vos eleuare contingat, cum quamdiù in terra agimus, nihil magis quàm humilitas nobis neceſſarium ſit. Numquam verò è miſeriarum noſtrarum vilitate, & cœno egredi, incongruum, & noxium eſt. Etenim quòd tam multis peccatis obnoxia ſim, nihil aliud hinc ſequturum, quàm vt ſublimius corruam. Denique forſitan nec ipſa progrediar, & alijs bonis quominus progrediantur, impedimento ero. Quam multas, Deus bonè, Diabolus Animas hac ratione decepit; Quod ſanè non aliundè prouenit, quàm quòd non ſatis intelligamus, nec aduertamus, aſtutam illam Vulpem, noſtri ipſorum cognitionem in damnum noſtrum torquere, ſi ſemper in illa hæreamus. Neque verò id mirum eſt, cum & hoc, & alia timenda ſint. Quammobrem moneo chariſſimæ, vt in Chriſtum Ieſum, vnicum bonum noſtrum, oculos conijciamus, ab illo enim, & à ſanctis eius veram humilitatem addiſcemus, & ibi intellectus, vt ante dictum eſt, nobilior euadere poterit, &c.

Perche come inſegna l'Angelico 2. 2. *Quæſt.* 161. *art.* 5. *in c.* Bonum humanæ virtutis in ordine rationis conſiſtit: Qui quidem principaliter attenditur reſpectu finis, *Che è Chriſto come l'accenna il S. M. P.* 2. Quæſt.

Quæſt. 104. *art.* 3. *in corp. doue dice Che Chriſto* Iam veniente, iudicialia præcepta obligationem amiſerunt: Lex enim fuit Pædagogus ducens ad Chriſtum, *vt dicitur ad Galat.* 3. *Il che tanto meglio voglio ſperare d'ogn'vno che mi hà ſentito, ſe la dottrina, che hà vdito procurerà di ridurla parimente alla prattica, poiche come cosi conclude egli ſteſſo* 1. *p. q.* 79. *art.* 11. *Vt dicitur in* 3. *de Anima*, Intellectus ſpeculatiuus per extentionem fit practicus, Et practicus dicitur qui hoc quod apprehendit ordinat ad opus.

Et in materia di ſouranità ſaremo più ſicuri ſtarne lontani: Perche come pure dice il S. M. lib. 1. *de Erud. Princip. c.* 1. Hæc poteſtas videtur eſſe altitudo, ſed eſt locus infimus tanquam Inferno proximus, & à Cœlo remotus: Facilè enim inde ad Infernum deſcenditur, & difficile in Cœlum aſcenditur.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Magiſter, quod eſt mandatù magnum in lege? Ait illi Ieſus; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Matthei Cap. 22.

Angelico nella ſua P. 2. Quæſt. 100. *art.* 7. *doue tratta:* Vtrum Præcepta Decalogi conuenienter tradantur in *c. Art. apporta queſta bella Dottrina*: Dicendum, quòd in præceptis diuinæ legis maxima ſapientia continetur. Vnde *dicitur Deut.* 4. Hæc eſt veſtra ſapientia, & intellectus coram populis. Sapientis autem eſt omnia debito modo, & ordine diſponere; & ideò manifeſtum eſſe debet, quòd præcepta legis conuenienti modo ſunt tradita. *E nell'argomento* Sed contra: *Sepient.* 11. *dicitur*, quòd Deus omnia fecit in numero, pondere, & menſura: Multò magis ergo in præceptis ſuæ legis congruum modum tradendi ſeruauit.

Hor entra qui il legiſta, e dice: Par eſt non habere mandatum, vel habere, & non apparere in l. Iuſiurandum 8. *Procurator nu.* 2. *ff. De Iureiu.*

reiu. Che però queſto Dottore con ragione richiede da Chriſto S. N. la debita informatione del Supremo Mandato della legge; Perche ſenza la ſufficiente notitia di eſſo, ſarebbe impoſſibile la ſua oſſeruãza: Laonde ſe bene è vero che, lex ſemper loquitur in l. 1. nu. 2. ff. de condi. ex lege; ad ogni modo è anche veriſſimo, Che lex debet inſinuari. in Autent. vt neque mil. neque fede. E ſe mi diranno, Che obligo habbiamo di ſapere le leggi? Riſponde il Dotto, Che leges ignorare eſt lata culpa in l. leges la. ij. nu. 1. C. de legibus. E tanto più ſe parliamo delle Diine, le quali dice S. Tomaſo 2.2. Quæſt. 147. art. 4. ad 1. Sunt de eo, quòd eſt neceſſitate ſalutis ſecundùm ſe, che ſiamo obligati di ſapere. Poiche come inſegna nella 1.2. Quæſt. 76. art. 2. in Corp. Omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta: Singuli autem ea, quæ ad eorum Statum, vel Officium ſpectant, vude propter negligentiam, ignorantia eorum, quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum. Affinche dunque mai in alcun tempo ci ſi poſſa imputare vn tal peccato, inttendiamo di gratia, & eſſaminiamo hoggi ancor noi il detto Commandamento, e vediamo come in fatti poſſiamo noi pratticarlo, & amar Dio con tutto il cuore, e con tutta l' Anima noſtra.

Attenti, che il ſaper queſto è di tutta importanza, e non conuiene, che S. Tomaſo naſcondi qui la ſua ſapienza tanto lodeuole, poiche come pure egli inſegna ſopra quel detto dell' Apoſtolo: Vtinam ſuſtineretis modi cum quid inſipientiæ meæ, ſed ſuportate me 2. Cer. 11. n. 1. Se bene, dice. Communis lex moralis eſt, qnòd homo non commendet ſeipſum, vt dicitur Prouerb. 27. Laudet te alienus: Poteſt tamen fieri in aliquo caſu præter hanc communem regulam, vt homo commendet ſe & laudabiliter hoc facit; tamen indiſcreti hoc reputant inſipientiam: vnde cum immineret caſus, quo Apoſtolus deberet ſe commendare, hortatur eos ad hoc quod iſtud non reputent ad inſipientiam. Et in queſta conformità dice parimente il S. D. lib. 1. c. Gent. c. 2 Ego hoc vel præcipuum vitæ meæ officium debere me Deo conſcius ſum, vt eum omnis ſermo meus, & ſenſus loquatur, quamuis proprias vires excedat, &c. A noi adeſſo.

Queſto Commandamento che il Signor Iddio ci dà dell'amor ſuo ci deue conſolar in eſtremo, Perche ci fà vedere che vi è amicitia trà lui e Noi, la quale parimente S. Tomaſo in 3. Sen. ad Hannib. Diſt. 28. quæſt. vnica aro. 1. eſtende alli Angeli? Dicendum, quòd amor amicitiæ non poteſt eſſe niſi eorum, qui eandem vitam participant, vnde non dicitur homo amicus eſſe Bruto, ſeu inſenſibili Creaturæ. Cum ergo charitas ſit quædam Amicitia, vt dicitur 1. Io. 1. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe in luce eſt, ſocietatem habemus ad inuicem, non poteſt

esse nisi eandem vitam participantium. Quamuis autem Angeli non participent nobiscum in vita naturali eadem secundùm speciem, tamen participant in vita spirituali, quæ est per gratiam, & in hac participant ad inuicem, & cum Deo. Ideò secundùm hanc vitam potest esse charitatis amicitia inter nos, & Angelos, & Deum.

La qual amicitia trà Dio, e noi richiede anche che si come lui ci obliga ad amarlo, e volergli bene, così parimente inclini egli stesso ad amarci, e volerci bene à noi, e non qualsiuoglia bene, ma lui medesimo, che è ogni bene P. 2. *Quæst.* 110. *art.* 1. *in corp. doue assegna due sorti d'amor di Dio verso le sue Creature:* Patet quòd quamlibet Dei dilectionem sequitur aliquod bonum in Creatura causatum, quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum. Et secundùm huiusmodi boni differentiam differens consideratur dilectio Dei ad Creaturam. Vna quidem communis, secundùm quam diligit omnia quæ sunt, *vt dicitur Sap.* 11. Secundùm quam esse naturale rebus creatis largitur. Alia autem dilectio est specialis, secundùm quam trahit Creaturam naturalem supra conditionem naturæ ad participationem Diuini Boni: Et secundùm hanc dilectionem vult Deus simpliciter Creaturæ bonum æternum, quòd est ipse.

Vi hà da esser dunque trà Dio, e noi reciprocanza d'amore; Il che spiegò vn bel ingegno fingendo Due Dei d'amore con li archi in mano, e con le saete vicendeuolmente riuolte al cuore, dicendo l'vn all'altro. Sume meas, sumam ego tuas mea vita sagittas, nec aliter noster conciliatur amor.

Il che concorda con la dottrina che dà l'Angelico P. 2. *Quæst.* 65. *art.* 5 *in c.* Dicendum, quòd charitas non solum significat amorem Dei, sed etiam amicitiam quandam ad ipsum, quæ quidem super amorem addit mutuam redamationem, cum quadam communicatione mutua, vt dicitur in 8. Ethic. Et quòd hoc ad charitatem pertineat patet per id quod *dicitur* 1. *Io.* 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. *Et* 1. *ad Corinth. dicitur.* Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem Filij eius: Hæc autem societas hominis ad Deum, quæ est quædam familiaris conuersatio cum ipso, inchoatur quidem hic in præsenti per gratiam, perficietur autem in futuro per gloriam: *E però con ragione ci dà Iddio questo Commandamento:* Diliges Dominum Deum tuum, *Perche mostrandoci il suo affetto di Padre, e ragiene che gli mostriamo il nostro da figli.*

Che però soggionge S. Crisostomo portato qui in Catena dal S. D. Diliges, non timebis: quia diligere magis est, quam timere: timere enim Seruorum est, diligere filiorum. Timor sub necessitate est; Dilectio

in

in libertate. Qui in timore seruit Deo, pœnam quidem euadit, mercedem verò iustitiæ non habet, quia inuitus fecit bonum propter timorem. Non vult ergo Deus, vt timetur seruiliter ab hominibus, quasi Dominus, sed vt diligatur quasi Pater, quia Adoptionis Spiritu donauit hominibus.

Ci rappresenta benissimo anche la sudetta dottrina di S. Tomaso la Nostra S. Madre Teresa cap. 39. Vitæ suæ, mentre dice: Sed ne mihi persuaderem, ipsum mei memoriã deposuisse, quia nunquã ille mei obliuiscebatur, sed necesse me esse facere, quod in me esset. Nec verò sine pietate quadam, & consolatione hæc à Domino mihi verba dicebantur, additis etiam alijs verbis qua re tam insignem in me contulit gratiam, ac fauorem, vt dicere ea non valeam, Hæc, quæ mox addam, sæpius mihi à Diuina eius Maiestate in magni amoris testimonium iterata sunt: Mea iam es tota, Filia, & vicissim Ego tuus. Quæ verò identidem repetere soleo, quæque meo quidem iudicio, vt veritissima dico, hæc sunt; Qua de re solicita esse debeo, nisi de te, Domine.

Spiega similmente la Santa questa familiarità, & amicitia con Dio in vna Carta ritrouata scritta di sua mano, quale riferisce il Martinez lib. 4. cap. 10. Vitæ doue dice cosi: Ad hoc vsque mane hae in afflictione versata sum, cumque in oratione agerem, magno quodam in raptu spiritum putaui meum ad vsque æterni Patris conspectum à Domino delatum; atque hunc illi dicentem audire. Hanc tibi reddo Pater, quam mihi dedisti: Ac tum videbar illi prope admoueri. Non est porrò hoc imaginarium quid, sed res certissima, tantasque Spiritus includit blanditias, vt verbis exponi eæ non quæant. Tum ille mihi verba quædam insussurauit, quorummodo non recordor; quorum quedam eò spectabant, vt gratiam mihi se communicaturum sponderet, Atque hoc ille me pacto aliquantò temporis spatio apud se detinuit.

Di più prosegue il medemo Scrittore: Alijs in Schedis hæc quinque; quæ sequuntur, scripta reliquit: Primum quidem quod contigit primo, quo Incarnationis Monasterio, præfuit, anno. Post hæc, *dice*, perseueraui in eo orandi modo, quem modo seruo, in quo nimirum Anima cum SS. Trinitate versatur: ac videre videbar, Patrem æternum ad me accedere, meque amicissimè compellare, hæcque inter alia mihi dicere, suum erga me amorem patefaciendo: Dedi tibi Filium meum, ac Spiritum Sanctum, & hanc Virginem; Quid dare mihi ipsa potes?

Alterum id est, Aliàs hæc ad me Dominus verba protulit: Noli timere Filia mea, vt quis te à me diuellere queat. Tum se mihi per visionem imaginariam, vti & aliàs admodum internæ repræsentauit,

uit, dextramque mihi ſuam porrexit, dicens: Reſpice clauum hunc; futurus enim eſt ſignum, & arrhabo, iam inde ab die hoc, Sponſam meam te fore: Hactenus id quidem ipſam promerita nondum eras: Poſthac honoris mei ſtudioſiſſimè rationem habebis, non modo vt Creatoris, Regis, ac Dei tui, verum etiam vt vera Sponſa mea: Honor quippe meus iam tuus eſt, ac tuus meus. Gratia porrò hæc tam eximiam in me operationem effecit, vt intra contineri ipſa non poſſem, & ſenſuum propè defectum patiens Dominum rogaui, vt vel meam extenderet, adaugeretque vilitatem, vel non tantos mihi conferret fauores: reuera eiſdem natura mea ſerendis impar videbatur: Et eò ipſo die tota imbuta ac perpluta manſi. Magnum inde poſtea Animæ emolumentum percepi, quamquam etiam maiorem quandam confuſionem, & afflictionem quod tam ſingularibus paria fauoribus obſequia non afferrem.

Contingit id ſecundo Præfecturæ eius in Incarnationis Cœnobio anno, in Octaua S. Martini Epiſcopi,

Tertium porrò hoc eſt. Poſtquam à Sacra Synaxi reuertiſſem, viſus mihi eſt apertè admodum Redemptor Ieſus ad latus meum aſſidere, & amiciſſimis me verbis, & ſuauiſſimis conſolari, his inter cætera: Ecce me Filia mea: Nam Ego ſum; tuas mihi oſtende manus; quas acceptas ſuo ille lateri videbatur inſerere, dicens: Reſpice vulnera mea, non es ſine me: Vitæ huius breuitatem pertranſi.

Quartum factum eſt tum, cum ad Hiſpalenſem fundationem conſtituendam iam abierat. Tum mihi Dominus ait; Noſti iam, quod ſit te inter & me connubium, ac proinde quod habeo, tuum eſt. Vnde omnes tibi, quos paſſus ſum, dolores, & labores cedo; Et ideò hos à Patre meo, velut proprium quid exigere potes, Et tametſi iam dudum ſcirem eſſe nos horum participes: iam tamen modo quodam adeò differenti facta particeps ſum, vt magnum quendam mihi nacta viderer Principatum: Nam qua mihi hanc gratiam familiaritate præſtiterit exponi hic non poteſt. Videbatur hanc Pater donationem admittere, & ratam habere. Ex illo verò tempore longè alia ratione attendi ad ea, quæ Dominus paſſus eſt, velut ad proprium meum peculium; Atque hæc me cogitatio mira voluptate perfundit.

Quintum denique hoc eſt: Cum nocte quadam grates Domino ob acceptum ab eodem beneficium perſolueret, audiuit ab illo: Quid à me poſtulas? quod non præſtem tibi? Quo [illegible] verborum occaſione ſic in vitæ Hiſtoria ſcribit Cap. 39. Cum importunis à Domino precibus poſtularem, vt cuidam, cui ipſa deuincta ob gratitudinem eram, oculorum vſum, quem propè totum amiſerat, cuiuſque commi-

ſeratione

ſeratione tangebar, redderet; verererque, ne in poſtulando ob mea ſcelera repulſam paterer; Mihi, vti aliàs frequenter ſe ſpectandum Dominus dedit, ac manus ſuæ ſiniſtræ plagam cœpit oſtendere, & dextra ingentem ſiniſtræ infixum clauum educere. Videbatur porrò vnà cum clauo etiam carnem euellere, quod nonniſi grauiſſimo cum dolore fieri videbatur, qui etiam me ad ei compatiendum excitauit. Tum ad me ille conuerſus, ne dubitarem, ſuaſit, quin, qui mei cauſa hæc paſſus erat, multò ea potius, ac facilius concederet, quæ ab ipſo poſtulanda contenderem. Quinimò ſe recepit, quidquid vnquam efflagitarem, id illicò mihi conceſſurum, quod me nihil petituram noſſet, quin ſuę id eſſet gloriæ conforme, non illibenter ſe proinde poſtulatis his meis modò morem geſturum. Monuit etiam, conſiderarem ſe, etiam tum, cùm nondum illi famularer, nihil penitus eorum, quæ ab ipſo p, opoſciſſem, vmquam mihi denegaſſe, imò eadem etiam longe qaam petere poſſe, & meliùs conceſſiſſe; Quantò verò magis modò, cùm ſe à me diligi ſciat, ac proinde hac de re certa eſſem, &c.

Hor mi diranno come s'intende, che dobbiamo amar il Signor'Iddio con tutto il cuore, e con tutta l'Anima noſtra?

Riſponde il medeſimo Boccadoro iui: Diligere autem Deum ex toto corde, eſt vt cor tuum, non ſit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quam Dei. Diligere autem Deum in tota anima eſt certiſſimum animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. Aliùs eſt enim Amor cordis, & alius eſt amor Animæ. Amor cordis quodammodo carnalis eſt, vt etiam carnaliter diligamus Deum, quod facere non poſſumus, niſi recedamus ab amore carnalium rerum. Cordis ergo amor ſentitur in corde, Animæ verò amor non ſentitur, ſed intelligitur: quia in iudicio Animæ conſiſtit. Qui enim credit apud Deum eſſe omne bonum, & nihil boni eſſe extra ipſum. Hic diligit Deum in tota Anima.

E ſe vogliono anche ſapere l'vltima particola: Et ex tota mente tua; *lo ſoggionge parimente il medeſimo*: Tota verò mente diligere Deum eſt, vt omnes ſenſus Deo vacent: Cuius enim intellectus Deo miniſtrat, cuius ſapientia circa Deum eſt, cuius cogitatio ea, quæ Dei ſunt tractat, cuius memoria, quæ bona ſunt recordatur: tota mente diligit Deum.

Spiega parimente qui lv N. S. Madre queſt'vnione d'amore verſo la Maeſtà Diuina in vna relatione che apporta il Martinez nel detto lib. 4. Vitæ cap. 20 nel fine cone dice la Santa come cosi gli dettò il Signora: Ne cogites, Filia, vnionem eſſe, arctè admodum aliquem mihi coniunctum eſſe (cum etiam, qui me peccando offendunt, mihi coniuncti

ſint

nt) vti nec fauores, & ſuauitates in oratione, etſi illa in ſublimi quodam ſit gradu, pereipi ſolitas ; quæ licet minus quid ſint, ſæpè tamen media ſunt ad Animas lucrifaciendas, licet in gratiæ ſtatu nō verſentur. Tum intelligebam, Vnionem purum eſſe, & mundum ſpiritū ſuper omnia terrena eleuatum nihil, vt in illorum reliqui ſit, ob quod ille Dei voluntatem derelinquere velit : ſed qui ita vnus ſit ſpiritus, & voluntas vna cum illius congruens, & abrenuntiatio ita Deo penitus intenta, & occupata, vt nulla amoris ſui ipſius, vel rei cuiuſpiam creatæ ibi vigeat memoria.

Mà ſentiamo anche la ſpiegatione di S. Agoſtino de Doctrina Chriſtiana rifferito pure iui da S. *Tomaſo*: Vel aliter : Deum ex toto corde diligere præciperis, vt omnes cogitationes tuas : ex tota Anima, vt omnem vitam tuam : Ex tota mente tua, vt omnem intellectum tum in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers.

Dal che conclude: Nullam ergo vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quaſi locum dare, vt alia re velit frui. Sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit. Tunc enim eſt optimus homo, cum tota vita ſua pergit in incommutabile bonum.

Mà dice quello. Inſegna pure S. Agoſtino rifferito dall' Angelico in 3. ſent. ad Hannibal. diſt. 27. art. 4. che : Cum ineſt aliquid carnalis concupiſcentiæ, non ex tota anima diligitur Deus : ſed hoc ſemper eſt in via : ergo non poteſt homo tota vita ſua pergere in incommutabile bonum. *E così ne meno* Poteſt in via prædictum Præceptum impleri.

Di più: Nemo poteſt in via ſimul ad multa cor ſuum conuertere ; ſed neceſſe eſt ad multa præter Deum cor in via conuertere. Ergo non poteſt conuerti in Deum totaliter.

Riſponde iui il S. *M. con vna Diſtintione molto importante, e che appaga molto*. Ad hoc dicendum eſt, quòd totum, & perfectum dicitur cui nihil deeſt : Hoc autem poteſt eſſe dnpliciter, aut eorū, quæ debet, aut eorū quę poteſt habere. Prima eſt totalitas Perfectionis Viæ. Secūda Patriæ ~~Illo Præcepto Secūda indicatur vt terminus viæ~~ Prima verò præcipitur Viatori, non ſecunda. De Prima totalitate, eſt omnia in Deū ordinare habitu, non ſemper actu. De Secunda actu, quia perfectio virtutis conſiſtit in habitu, quæ eſt perfectio Viatoris : Sed perfectio felicitatis, quæ eſt perfectio comprehenſoris conſiſtit in actu. Secunda perfectio excludit omnem affectum alienum, & hoc non poteſt eſſe in via, niſi per priuilegium ſpeciale, vt forte in Virgine fuit, & in raptu Apoſtoli Pauli. Prima autem excludit omnem affectum contrarium, & ſic poteſt impleri in Via. *E così reſta riſoluto il ſecondo Argomento*.

E quanto

E quanto al primo Solum prohibetur delectatio, & consensus.

E quanto alla perfettione de Viatori apporta la N. S. M. anche questo auiso, che la diede N. S. & è registrato nel cap. 40. della sua Vita. Quadam suasit mihi vice magna me amoris significatione consolando, ne contristarer, in hac enim Vita fieri non posse, vt in eodem semper viuamus statu: Quandoque enim me feruore mentis exæstuaturam, quandoque omni prorsus carituram, interdum distractionibus turbadam, aliàs in quiete futuram; interdum etiam tentàtionibus exagitandam: Verum spem in ipsum conijcerem, & nihil formidarem.

Mi diranno, e come si proua, che l'amor di Dio esclude ogni affetto contrario? Risponde subito con ogni chiarezza S. Tomaso lib. 3. contra Gent. cap. 143. nu. 4. Materia non consequitur formam ab Agente, nisi fuerit ad formam disposita conuenienter; Finis autem, & bonum est perfectio voluntatis, sicut forma materiæ. Voluntas igitur non consequitur ultimum finem, nisi fuerit disposita conuenienter. Disponitur autem ad finem uoluntas per intentionem, & desiderium finis: Non igitur consequitur finem, cuius intentio à fine auertitur.

Conferma questa verità il S.D. eodem libro cap. 151. doue tratta Quòd gratia gratum faciens causat in nobis dilectionem Dei. *Onde dice al nostro proposito:* Eorum, quorum unus est finis, oportet aliquam unionem esse in quantum ordinantur ad finem: Vnde, & in Ciuitate homines per quadam concordiam adunantur ut possint consequi Reipublicæ bonum: Et milites in Acie oportet uniri, & concorditer agere ad hoc, quòd Victotiam, quæ est communis finis, consequantur: Finis autem ultimus ad quem homo per auxilium diuinæ gratiæ perducitur, est Visio Dei per essentiam, quæ propria est ipsius Dei, & sic hoc finale bonum communicatur homini à Deo. Non potest igitur homo ad hunc finem perduci, nisi uniatur Deo per conformitatem uoluntatis, qui est proprius effectus dilectionis: Nam amicorum proprium est idem uelle, & de eisdem gaudere, & dolere. *Chi dunque professa d'amar Dio non deue hauer affetto contrario à lui.*

Item ibidem. Forma, per quam res ordinatur in aliquem finem assimilat quodammodo rem illam fini. Sicut corpus per formam grauitatis acquirit similitudinem, & conformitatem ad locum, ad quem naturaliter mouetur: Gratia autem gratum faciens est quædam forma in Homine, per quam ordinatur ad ultimum finem, qui Deus est. Per gratiam ergo Homo Dei similitudinem consequitur. *E se gliè in certo modo nell'essere simile, anche lo deue essere nell'operare, perche* Operari sequitur esse.

Chi

Chi dunque hà per fine l'amor Diuino, e l'osseruanza di tal Precetto deue escluder ogni amor alieno, & auerso ad esso. Ilche è tanto certo, che nemeno Iddio istesso può dispensare in questo come dice l'Angelico in P. sent. dist. 47. qu. 1. art. 4. dooe proua chiaramente Quod contra Præcepta Primæ Tabulæ, quæ ordinant immediatè in Deum, Deus dispensare non potest: Sed contrà Præcepta Secundæ Tabulę, quæ ordinant immediatè ad Proximum, Deus potest dispensare; Non autem homines dispensare possunt.

Et assegna parimente la ragione d'ambidue 1. 2. qu. 100. art. 8. in corp. dicendo, che: Præcepta Decalogi continent ipsam intentionem legislatoris, scilicet Dei: Nam Præcepta Primæ Tabulæ, quæ ordinant ad Deum, continent ipsum ordinem ad Bonum commune, & finale, quod Deus est; Præcepta autem secundæ Tabulæ continent ordinem iustitiæ inter homines obseruandæ, vt scilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum; Secundum hanc enim rationem sunt intelligenda Præcepta Decalogi, & ideò Præcepta Decalogi sunt omninò indispensabilia.

Mà andiamo nella 2. 2. qu. 44. art. 4 doue apporaa quest'altra Dottrina in proprij termini: Vtrum conuenienter mandetur quod Deus diligatur ex toto corde? Respondeo dicendum, quòd cum Præcepta dantur de actibus virtutum, hoc modo aliquis actus cadit sub Præcepto secundùm quòd est actus virtutis. Requiritur autem ad actum virtutis non solum quòd cadat super debitam materiam, sed etiam quòd vestiatur debitis circumstantijs, quibus sit proportionatus tali materiæ. Deus autem est diligendus sicut finis vltimus ad quem omnia sunt referenda. Et ideò totalitas quædam fuit designanda circa Præceptum de dilectione Dei.

Ne deue alcuno marauigliarsi di tal Precetto, poiche Iddio non obliga all'impossibile In 2. sent. dist. 28. quæst. 1. art. 3. in secundo Argumento, Sed contra, *essendoche,* Deus non est magis crudelis, quam homo: Sed homini imputatur in crudelitatem, si obliget aliquem per Præceptum ad id quod implere non possit: Ergo hoc de Deo nullo modo est æstimandum.

E però meritamente merita la correttione chi non l'osserua qu. 24. De Veritate *art. 14. ad 2.* Dicendùm, quòd rectè homo corripitur, qui Præcepta non implet: quia ex eius negligentia est, quòd gratiam non habet, per quam potest seruare mandata, quantùm ad modum, cum possit nihilominus per liberum arbitrium ea seruare quantùm ad substantiam,

Che però soggionge Quodlibeto 7. art. 17. ad 9. Dicendum, quòd in quo-

quolibet Præcepto duo ſunt conſideranda; ſcilicet finis Præcepti, & poſſibilitas obſeruandi: quia omnia Præcepta cuiuslibet legis ſunt ordiuata ad aliquod bonum inducendum, vel malum tollendum. Nec aliquid impoſſibile præcipi poteſt: Vnde dicit Hieronymus, qui dicit Deum aliquid præcepiſſe impoſſibile, anathema ſit.

Al qual proposito trà le Propoſitioni dannate di Ianſenio ne Decreti di Sommi Pontefici vna è queſta: Primam ptædictarum Propoſitionum: Aliqua Dei Præcepta Hominibus iuſtis volentibus, & conantibus ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia: Deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia ſunt, Temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & vti talem damnamus.

E nella materia præſente dell'Amor Diuino vi aggionge anche di ciò la ſua bella ragione S. Tomaſo 1. 2. quæſt. 28. art. 4. Perche dice il S. D. chi ama Dio è anche acceſo del zelo della ſua gloria, & honore, e conſeguentemente ſi sforza di ributar ogni coſa contraria: Dicendum, quòd zelus, quocumque modo ſumatur ex intenſione amoris prouenit. Manifeſtum eſt enim quòd qnantò aliqua virtus intenſius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium, vel repugnans. Cum igitur Amor ſit quidam motus in Amatum, vt Auguſtinus dicit in lib. 83. Quæſtionum, intenſus amor quærit excludere omne id quod ſibi repugnat; *Perche* Amor amicitiæ quærit bonum amici: Vnde quando eſt intenſus, facit Hominem moueri contra omne illud quod repugnat bono amici; Et ſecundùm hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quandò ſi qua dicuntur, vel fiunt contra bonum amici homo repellere ſtudet. Et per hunc etiammodum aliquis dicitur zelare pro Deo, quandò ea quæ ſunt contra honorem, vel voluntatem Dei, repellere ſecundùm poſſe conatur ſecundùm illud 3. *Reg.* 19. Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum. *Et* Io. 2. ſuper illud Zelus domus tuæ comedit me, *dicit Gloſſa:* Quod bono zelo comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit, corrigere ſatagit, ſi nequit, tolerat, & gemit.

Mà che occorre? Queſta ſola ragione ci dourebbe baſtare che ebi hà affetto di coſa contraria à Dio, moſtra che non ama Dio: Diſputate queſt. vnica de Charitate art. 6. Dicendum, quòd Charitas nullo modo poteſt eſſe ſimul cum peccato mortali; Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd omne peccatum mortale directè opponitur Charitati; Quicumque enim præelegit aliquid alteri, illud quod præelegit magis amat, vnde quia homo magis amat propriam vitam, & ſui conſiſtentiam, quàm voluptatem quantumcumque ſit magna voluptas, homo retraheretur ab ea, ſi eam exiſtimaret eſſe ſuæ vitæ infallibiliter

peremptiuam; Propter quòd dicit *Augustin. in lib. 83. quæstionum:* Quòd nemo est, qui non magis dolorem metuat, quam appetat voluptatem, quandoquidem videmus etiam immanissimas bestias à maximis voluptatibus abstinere dolorum metu. Ex hoc autem aliquis mortaliter peccat, quòd aliquid magis eligit, quàm viuere secundùm Deum, & ei inhærere: Vnde manifestum est, quòd quicumque mortaliter peccat ex hoc ipso magis amat aliud bonum quàm Deum, Hoc autem est de ratione Charitatis, quòd Deus super omnia diligatur. *Il che vedremo nella*

SECONDA PARTE.

S. Tomaso sopra quelle parole del Salmista Psal. 11. num. 3. Dispердat Dominus vniuersa labia dolosa, *dice*: Denotatur quòd in eis duplex cor erat, vnum in ore, & aliud intùs in anima. Geminatio duplex cor significat: ostendunt antem ore se habere vnum, corde autem habent aliud. Et ideò tam vehementer ad Patrem exorat: Dispердat Dominus vniuersa labia dolosa.

Non insegna già così la Nostra S. Madre Teresa, che procediamo con Dio, Vita cap. 11. doue dice, che è vna gran dignità amar Dio: Vt ergò iam de ijs, qui amoris serui esse incipiunt loquar; Sciendum est, tantam in hoc dignitatem sitam esse, vt cor mihi, cùm de hoc ipso vel cogito, præ lætitia gestiat; seruilis quippe Timor statim pellitur, si in primo hoc statu nos, prout oportet, geramus. Video quidem nihil esse, cuius pretio tantum, tamque immensum bonum comparari in terra posset: Si pro posse tamen animum à terrenis omnibus auelleremus; atque omne nostrum studium, & conuersatio in cœlis esset; certissimè mihi persuadeo, fore, vt bonum hoc, quàm breuissimo tempore nobis daretur, si modo (vti Sanctos nonnullos fecisse constat) nos quàm citissimè totaliter huc disponeremus.

Hor persuadendomi, che ogn'vno che mi ascolta sia così ben disposto, come s'intende questa totalità con cui dobbiamo amar il Signor'Iddio? E che buon conseglio ci può dar l'Angelico tanto versato in ogni scienza?

Dice il S. D. lib. 2. Physic. lect. 5. Circa causas considerandum est, quòd quadruplex est causa, efficiens, scilicet, perficiens, præparans, adiuuans, & consilians. Perficiens enim est, quod dat complementum motui, vel mutationi, sicut quod introducit formam substantialem in generatione. Præparans autem, seu disponens est, quod aptat materiam, seu subiectum ad vltimum complementum. Adiuuans verò est, quod nõ operatur ad proprium finem, sed ad finem alterius. Consilians autem

autē in his, quæ agunt à proposito est quod dat agenti formā, per q ꝫ agit, nā agens à proposito agit per suā sciētiam, quā Cōsiliās sibi tradit.

Hor trattando espressamente l'Angelico questo Precetto registrato nel Deuteronomio 6. v. 5. doue così dice: Diliges Dominum Deum tuum ex tota virtute tua: & ex tota fortitudine tua: *Nota dice il S. M. che* Differunt vis, & virtus; vis enim idem est, quod potentia: Sed secundum Philosophum Virtus est vltimum potentiæ: vnde equus habet vim eundi, virtutem currendi: Verum ipsa potentia vis gressibilis dicitur, quasi à gradiendo, non à currendo. Quælibet igitur potentia haber vltimum, & ideo virtutem, & fortitudinem, quæ licet secunrem idem sint, tamen distingui secundùm rationem possunt, vt sit virtus vltimum potentiæ ad agendum, & fortitudo vltimum potentiæ ad sustinendum. Diliges ergo Dominum non tantum ex vi: sed etiam ex virtute, cum diligendo, & laborando experiris summum potentiæ. Quod si in hoc summo, & vltimo termino actum dilectionis semper continuares, tunc non tantum & virtute, sed etiam ex tota virtute diligeres.

Vediamo dunque adesso li altri Documenti che apporta il S. M. intorno al Precetto dellu Carità, & Amor Diuino, à cui ci obliga. Et andiamo à drittura nella 2. 2. qu. 27. art. 5. doue specialmente spiega il Comandamento registrato nel Deuteronomio 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. *E dice così.*

Dicendum, quòd cum dilectio intelligatur, quasi medium inter Amantem, & Amatum, cum quæritur, An Deus possit totaliter diligi, triplicitèr potest intelligi.

Vno modo, vt modus totalitatis referatur ad rem dilectam, & sic Deus est totaliter diligendus; quia totum quod ad Deum pertinet, Homo diligere debet.

Alio modo potest intelligi, ità quòd totalitas referatur ad Diligentem: Et sic etiam Deus totaliter diligi debet; quia ex toto posse suo homo debet diligere Deum, & quicquid habet ad Dei amorem ordinare, secundum illud *Deut. 6.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Tertio modo potest intelligi, secundùm comparationem Diligentis ad rem dilectam, vt scilicet modus Diligentis adæquet modum rei dilectæ: Et hoc non potest esse. Cum enim vnumquodque in tantum diligibile sit, in quantum est bonum. Deus, cuius bonitas est infinita, est infinitè diligibilis: Nulla autem Creatura potest Deum infinitè diligere; quia omnis virtus Creaturæ, siuè naturalis, siuè infusa, est finita.

E ſe alcuno apportarà il detto di S. Bernardo, il quale dice nel libro De diligendo Deum, *che*, Cauſa diligendi Deum, *Deus* eſt, modus ſine modo diligere. *Dunque potiamo amarlo* infinitè.

Riſponde S. Tomaſo, che ciò s'intende ſolamente in quanto non ſi può preſiger vn termine vltimo all'amor di Dio: Mà ſempre più poti amo amarlo, e quanto più ſi ama tanta più s'infiama la volontà nel ſuo amore, iui Articulo 6.

Dicendum, quòd modus importat quandam menſuræ determinationem: Hæc autem determinatio inuenitur, & in menſura, & in menſurato: Aliter tamen, & aliter; in menſura enim inuenitur eſſentialiter, quia menſura, ſecundùm ſeipſam, eſt determinatiua, & modificatiua aliorum: in menſuratis autem inuenitur ſecundùm aliud, id eſt in quantum attingunt menſuram. Et ideò in menſura nihil poteſt accipi immodificatum: Sed res menſurata eſt immodificata, niſi menſuram attingat, ſiuè deficiat, ſiuè excedat. In omnibus autem appetibilibus, & agibilibus menſura eſt finis, quia eorum, quæ appetimus, & agimus, opòrtet propriam rationem ex fine accipere, vt patet per Philoſophum *in* 2. *Phyſic.* Et ideò finis, ſecundùm ſeipſum, habet modum; Ea verò, quæ ſunt ad finem, habent modum ex eo, quòd ſunt fini proportionata. Finis autem omnium actionum humanarum, & affectionum eſt Dilectio Dei, per quam maximè attingimus vltimum finem: Et ideò in dilectione Dei non poteſt accipi modus, ſicut in re menſurata, vt ſit in ea accipere plus, & minus, ſed quantò plus attingitur regula, tantò melius eſt: & ita quantò plus Deus diligitur, tantò eſt dilectio melior.

Diranno. Nell'altre Virtù s'arriua pure ad vn termine: exempli gratia, Nella Purità, dice S. *Anſelmo* De Conceptione Virginis, *che* Ea Puritate nituit, qua maior ſub Deo nequit intelligi. *Dunque ſimilmente ſi potrà giongere in queſta vita ad vn termine della Carità.*

Riſponde S. Tomaſo in 1. *Sent. Diſt.* 17. *Quæſt.* 2. *art.* 4. *ad* 3. Dicendum, quòd differt puritatis augmentum, & charitatis, augmentum enim Puritatis, eſt ſecundùm receſſum à contrario: Et quia in B. V. fuit depuratio ab omni peccato, ideò peruenit ad ſummum Puritatis, ſub Deo tamen, in quo non eſt aliqua potentia deficiendi, quę eſt in qualibet Creatura, quantum in ſe eſt. Charitatis autem augmentum eſt per acceſſum ad Diuinam Bonitatem, & ideò non habuit B. Virgo ſummam Charitatem, qua maior non poſſit intelligi, quia etiam profecit in Charitate, & Gratia.

E per riſponder più adequatamente in materia di tutte le altre virtù. Nelle diſputate Quaſt. vnica de Charit. art. 10. *ad* 9. *da queſt'altra dottrina*

trina. Dicendum, quòd aliarum virtutum moralium obiecta sunt bona humana, quæ non excedunt vires Hominis; Et ideò ad omnimodam earum perfectionem potest homo in hac vita peruenire: Sed obiectum charitatis est bonum increatum, quod vires hominis excedit; Et ideò non est ratio similis.

Et 1. 2. *Quæst.* 45. *art.* 4. Per augmentum obiecti augetur passio, vnde si bonum est amabile, & magis bonum est magis amabile: *Dunque essendo Iddio vn bene infinito mai dobbiamo sattiarci d'amarlo.*

E così moltiplicando questi atti s'accresce il merito nostro 1. 2. *Quæst.* 114. *art.* 8. *ad* 3. Dicendum, quòd quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gtatiæ.

Et 2. 2. *Quæst.* 24. *art.* 6. *ad* 1. Dicendum, quòd quilibet actus charitatis meretur vitam æternam, non quidem statim exibendam, sed suo tempore: similiter etiam quilibet actus charitatis meretur charitatis augmentum, non tamen statim augetur, sed quandò aliquis conatur ad huiusmodi augmentum,

Et in Corpore Art. c. Non quolibet actu charitatis, charitas augetur, sed quilibet actus charitatis disponit ad charitatis augmentū, in quantum ex vno actu charitatis homo redditur promptior iterum ad agendum secundùm charitatem; Et habilitate crescente homo prorumpit in actum feruentiorem dilectionis, quo conatur ad charitatis profectum; Et tunc charitas augetur in actu.

Si deue dunque far molta stima di questa virtù: E non solo per se stessa, mà anche per esser forma delle altre, come soggionge l'Angelico Quæst. 14. *de verit. art.* 5. *ad* 6. *& in c.* Oportet quòd Habitus in inferioribus viribus formentur per habitus, qui sunt in Superioribus; Et sic ab aliqua virtute superiori debet esse inferiorum virtutum formatio, non à gratia immediatè. Vnde communiter dicitur, quòd charitas est forma virtutum. Non solum in quantùm habet gratiam inseparabiliter annexam. Sed etiam ex hoc ipso quòd est charitas.

Et ad 3. Dicendum, quòd modus, quo charitas dicitur forma, appropinquat ad modum illum, quo exemplar formam dicimus; Quià id quod est perfectionis in fide, à charitate deducitur, ita quod charitas habeat illud essentialiter, fides verò, & aliæ virtutes participatiuè.

E chi hà la Carità parimente hà la Gratia Quæst. 27. *de verit. art.* 2. *ad* 4. Dicendum, quòd charitas non sufficeret ad merendum Bonum æternum, nisi præsuppositа idoneitate merentis, quæ est per gratiam; Aliter enim dilectio nostra non esset tanto præmio condigna.

Si

Si deue però sapere, che vi sono due sorti d' Idoneità, ò preparationi della Gratia, nota il S. D. 1. 2. quæst. 112. art. 1. ad 1. Dicendum, quòd Præparatio est quidem meritoria, sed non gratiæ, quæ iam habetur, sed gloriæ, quæ nondum habetur. Est & alia Præparatio Gratiæ imperfecta, quæ aliquando præcedit donum gratiæ gratum facientis, quæ tamen est à Deo mouente; Sed ista non sufficit ad meritum, nondum homine iustificato per gratiam: Quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia.

Et ne assegnala ragione di ciò nella 1. 2. Quæst. 109. art. 5. Perche come dice iui: Actus perducentes ad finem, oportet esse fini proportionatos. Nullus autem actus excedit proportionem principij actiui. Et ideò videmus in rebus naturalibus, quòd nulla res potest perficere effectum per suam operationem, qui excedat virtutem actiuam, sed solum potest producere per operationem suam effectum suæ virtuti proportionatum. Vita autem æterna est finis excedens proportionem naturæ humanæ, vt ex supradictis patet. Et ideò homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ, sed ad hoc exigitur altior virtus, quæ est virtus gratiæ. Et ideò sine gratia homo non potest mereri vitam æternam.

Vnde Quæst. 114. art. 2. Soggionge: Hoc enim est ex institutione Diuinæ Prouidentiæ, vt nihil agat vltra suam virtutem. Vita autem æterna est quoddam bonum excedens proportionem naturæ creatæ: Quia etiam excedit cognitionem, & desiderium eius, secundùm 1. *ad Corinth.* 2. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Et inde est quòd nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorij vitæ æternæ, nisi superaddatur aliquod supernaturale donum, quod gratia dicitur.

Per quam *soggionge a. 3. in c.* Homo consors factus diuinæ naturæ adoptatur in filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis, secundùm illud *Rom.* 8. Si filij, & Hæredes.

Il che parimente conferma in 3. dist. 27. Quæst. 2. art. 4. Quæstiunc. 4. doue proua: Quòd charitas non potest esse informis, ideſt absque Gratia. *Onde in corpore Questiunc. cosi dice:* Non potest esse charitas, nisi sit participatio Diuinæ naturæ, quæ est per gratiam; Et ideò charitas sine gratia esse non potest.

Et *Quæstiunc. 3. ad 2.* Similiter essentia Animæ superior est voluntate, in quantum ab essentia, & voluntas, & omnes vires Animæ fluunt; Et ideò gratia, quæ est perfectio Animæ constituens ipsam in esse speciali, est forma, & charitatis, & prudentiæ. Neque charitas esset virtus sine Gratia.

E la

E la gratia, soggiunge P. 2. quæst. 114. art. 4. Fit principium meriti principaliùs per charitatem, quam per alias virtutes. *Prima nell' Argomento Sed contra col testimonio della sacra Scrittura Ioan. 14.* Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & Ego diligam eum, & manifestabo ei metipsum. Sed in manifesta Dei cognitione consistit vita æterna, secundùm illud *Ioan. 17.* Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & viuum. Ergo meritum vitæ æternæ maximè residet penes charitatem.

Sentiamo hora parimente il corpo dell' Articolo: Dicendum, quòd, sicut ex dictis accipi potest, humanus actus habet rationem merendi ex dnobus. Primò quidem, & principaliter ex diuina ordinatione, secundùm quòd actus dicitur esse meritorius illius boni, ad quod homo diuinitus ordinatur. Secundò verò ex parte liberi arbitrij, in quantùm scilicet homo habet præ cæteris creaturis, vt per se agat voluntariè agens. Et quantùm ad vtrumque principalitas meriti penes charitatem consistit. Primò enim considerandùm est, quòd vita æterna in Dei fruitione consistit. Motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni, est proprius actus charitatis, per quem omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem, secundùm quòd aliæ virtutes imperantur à charitate, & ideò meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitem: Ad alias autem virtetes secundariò, secudùm quòd earum actus à charitate imperantur. Similitèr etiam manifestum est, quòd id, quod ex amore facimus, maximè voluntariè facimus. Vnde etiam secundùm quòd ad rationem meriti requiritur quòd sit voluntarium, principaliter meritum charitati attribuitur.

Come anche per essere la Carità virtù speciaale 2. 2. quæst. 23. art. 4. Prima nell' Argomento: Sed contra. Nullum generale connumeratur speciali: Sed Charitas connumeratur specialibus virtutibus, scilicet spei, & fidei secundùm illud *1. ad Corinth. 13.* Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Ergo charitas est specialis virtus.

Indi. Respondeo dicendum, quòd actus, & habitus specificantur per obiecta, vt ex supradictis patet. Proprium autem obiectum amoris est bonum, vt supra habitum est. Et ideò vbi est specialis ratio boni ibi est specialis ratio amoris. Bonum autem diuinum in quantùm est Beatitudinis obiectum, habet specialem rationem boni. Et ideò amor charitatis, quiest amor huius boni, est specialis amor. Vnde & charitas est specialis virtus.

Et art. 6. doue tratta: An charitas sit excellentissima virtutum: *Risponde Affirmatiuè. Et 1. 2. quæst. 66. cerca:* Vtrum charitas sit maxima inter virtutes theologicas? Et etiam respondet affirmatiuè &

Quæst.

Quæſt. vnica de charitate *Art. 2. Conclude il corpo dell'Articolo con queſte parole*: Sic igitur patet, quòd charitas non ſolùm eſt Virtus, ſed potiſſima virtutum.

In ſomma dice S. Giouanni 1. c. 1. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

E per fine dice il diuin Sposo all'anima di ciaſcun di noi come à ſua diletta Sposa: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: vt ſignaculum ſupra brachium tuum: Quia fortis eſt vt mors dilectio, dura vt infernus emulatio *Cant. 8. dove l'Angelico*: Quia, inquit, ſub arbore malo ſuſcitaui te: Hoc eſt quia paſſione in Cruce te redemi, pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: Hoc eſt habeto me ſemper in memoriam, & ne obliuiſcaris quanta pro tua ſalute pertulerim: Pone me inquit: vt ſignaculum ſuper cor tuum per fidem: Pone me vt ſignaculum ſuper brachium tuum per dignam operationem. Nam & nos quando aliquid rememorari nobis volumus, ſignaculum digito, vel brachio imponere ſolemus: vt illo admoniti, rei quam charam habemus recordemur. Et nos vt ſignaculum ſuper cor, & brachium Chriſtum imponere debemus: vt eius memoriam ſemper habeamus: Et vt rectè in illum credentes fidem ipſam bonis operibus exornemus: Quod ſi fecerimus, ipſe quoque nos velut ſignaculum aſſumet: Et noſtri recordabitur, iuxta quod Zorobabel Iudici Iudeæ repromittit: In illa die ſuſcipiam te Zorobabel ſerue meus, & ponam te ſicut ſignaculum in conſpectu meo: Nam ſi nos beneficiorum eius obliti fuerimus, nec ei dignas gratiarum actiones retulerimus: Ipſe quoque noſtri obliuiſcetur. Sicut de impio Rege Iechonia dicit. Si fuerit Iechonias annulus in dextera manu mea, inde euellam eum.

E mi piace metter qui ciò che ci mette in conſideratione anche il S. D. 3 P. quæſt. 49. a. 1. in corp. trattando parimente dell'effetto, che fà la memoria della Paſſione di Chriſto: Dicendum, quòd Paſſio Chriſti eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum per modum prouocantis ad Charitatem: Quia *vt Apoſt. dicit*: *Rom.* 5. Commendat Deus ſuam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Per charitatem autem conſequimur veniam peccatorum, ſecundùm illud Lucæ 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Che è ben ancora vn grande beneficio, &c.*

LAVS DEO.

DOMI-

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Videns Iesus fidem illorum dixit Paralytico: Confide fili: Remittuntur tibi peccata tua. *Matthæi Cap. 9.*

E è vero cio che dice il Legista, Che Medicus etiam dicitur, qui alicui parti corporis medicinam prębet in l. 1.ff.de varijs,& extraordinarijs cogni. *Tanto più dourà dirsi Medico quello, che guarisce da tutte le infermità: Anzi che à dirla, secõdo il parere di S. Teofilo portato in catena aurea da S. Tomaso in c. 14. Lucæ, assolutamente nõ è buõ Medico chi nõ è versato in ogni sorte de mali:* Non enim pium dices esse Medicũ pollicitum sanare podagram ictum verò digiti, vel dentis dolorem nolentem curare. *Hor chi è questo così eccellente Medico, che guarisce da tutti i morbi, se non Christo Signor Nostro? Rabano cittato dal medesimo Angelico sopra il corrente Euangelo riflettendo à quelle parole dette dal Saluatore.* Non est opus valentibus Medico, sed male habentibus; *dice:* Seipsum Medicum dicit, qui miro medicandi genere propter iniquitates nostras vulneratus est, vt vulnus peccatorum nostrorum sanaret. *E S. Crisostomo in Hom. parimente rifferito iui:* Monstrauit superius Christus suam virtutem per Doctrinam quando docuit eos, vt potestatem habens, per Leprosum quando dixit: Volo, mundare: Per Centurionem, qui dixit: Dic verbo, & sanabitur puer meus. *E qui nella sanità restituita al Paralitico, à cui disse il Saluatore,* Surge, tolle lectum tuum, vt quod fuit testimonium infirmitatis, *soggionge l'Espositore:* sit probatio sanitatis. *E l'Legista,* medicinarum nomine venit lectus in l. legati num. 4. ff. de alimento legato. *Se dunqu Christo è così eccellente Medico, niuno deue rifiutarlo; Onde non hà luogo in lui la legge, che dice: Che:* Medicus causa legitima subsistente reprobatur in l. Sed & reprobari num. 1. ff. de excusatio, & cura: *Mà bensì dobbiamo captiuarlo, e darli salario conforme all'altra legge che dice:* Medicis, antiani possunt constituere salarium in l. 1. ff. de decretis ab Ordinario faciendis. *Mà che salario dobbiamo darli? Lo dice l'Euangelista suo alleuo:* At Iesus videns fidem illorum. *Con questo stipendio ci guarirà ancora noi di tutti i nostri mali,*

e corporali: e spirituali. E se ne vogliamo hauer le proue attendiamo, che hor hora gliele apporto, se si compiaceranno darmi grata Vdienza conforme al solito, &c.

Insegna S. *Tomaso in* 1. *Cap. Ioannis lect* 3. *sopra quel passo del* S. *Euangelista*: Et vita erat lux hominum, Che: Multipliciter est gradus vitæ, Quædam nanque viuunt: Ssd absque luce: Quia nullam cogitationem habent: Sicut sunt plantæ. Vnde vita earum non est lux. Quædam verò viuunt, & cognoscunt: Sed tamen earum cognitio, cum sit sensus tantum, non est nisi particularium, & materialium, sicut est in brutis: Et ideò hæc, & vitam habent, & lucem quandam: Sed non lucem hominum: Qui viuunt, & cognoscunt, non solum ipsa vera. Sed ipsius veritatis rationem.

Hor dunque quali sono le ragioni, che apporta il S. *D. del nostro assunt: Et i motiui della nostra confidenza nel celeste Medico?*

Il S. *Dottore* 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 4. *ad* 2. *dice che*: Propter nullum impedimentum debet homo prætermittere studium suæ salutis.

Hor come potiamo persuaderci la Propositione allegata dalla virtù di Christo in poterci rimediare à tutti i nostri mali? Lo dice lui stesso Matthei 28. Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra. *Doue* S. *Girolamo portato dall'Angelico iui*: Illi potesta, s data est, qui Paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat, qui postea resurrexit. In Cœlo autem, & in terra potestas data est; vt qui ante regnabat in Cœlo, per fidem credentium regnet & in terris.

Et indi aggionge il S. *D. iui anche l' auttorità di Seueriano*: Filius quippe Dei Virginis filio, Deus Homini, Diuinitas carni contulit, quod semper ipse cum Patre possedit. *Qui, segue* S. *Girolomo*: Vsque ad consumatiouem sæculi cum Discipulis se futurum esse promittit, & se nunquam à credentibus recessurum.

Se dunque mai si parte da chi crede in lui, e porta sempre seco la Diuinità congionta, della quale afferma S. *Tomaso* 1. *p. quæst.* 21. *art.* 1. *ad* 1. *che talmente gli è communicata, Che* Non dat propter aliquod commodum ex datione expectatum, sed propter ipsam bonitatem; Vnde propriè Deus maximè est quodammodo solus liberalis, &c.

Ogni gran bene potiamo sperare da esso. E coloro che così l' intendono dice il S. *M. lib. vn. de æternitate Mundi*, Cum eis oritur sapientia, *Et eccone chiara la ragione*: *Poiche* Si aliqua causa sit qua posita in aliquo instanti non possit poni effectus eius ab ea procedens in eodem instanti hoc non est, nisi quia illi causæ deest aliquid de complemento. Causa enim completa, & causatum sunt simul. Sed Deo nunquam defuit aliquid de complemento: Ergo causatum eius semper

poteſt poni eo poſito. *Doue proua non eſſer implicanza, che Iddio poteſſe hauer creato il Mondo* ab æterno: Et ita non eſt neceſſarium quòd duratione præcedat. Præterea voluntas volentis nihil minuit de virtute eius: Et præcipuè in Deo. *Et il non hauerlo creato* ab æterno *è ſtato perche coſi hà voluto; Perche* Deus eſt agens per voluntatem; *Dal che ne ſegue*: Quòd poteſt facere vt cauſatum ab eo nunquam non ſit, *ò vero, Che ſolamente* ſit in tempore, *ſi come* ſecundùm fidem ab æterno non fuit, ſecundùm fidem Cattholicam, ſicut ſcriptura ſacra, quæ falli non poteſt, teſtatur.

E concorda qui parimente quella differenza, che apporta il S. D. 1. 2. quæſt. 110. art. 1. in c. circa Gratiam Dei, & gratiam hominis: Quia enim bonum creaturæ prouenit ex voluntate Diuina, ideò ex dilectione Dei, qua vult creaturæ bonum profluit aliquod bonum in creatura: Voluntas autem hominis mouetur ex aliquo bono præexiſtente in rebus: Et inde eſt, quòd dilectio hominis non cauſat totaliter rei bonitatem, ſed præſupponit ipſam vel in parte, vel in toto, &c.

Mà non ſolo potiamo ſperar da Chriſto ogni bene per ragione della ſua Diuinità vnita: Ma ancora per la Gratia, che dicono i Teologi: Gratia capitis in quantùm per illam in alios fit refuſio ad ſalutem; *Si come lo proua diretta mente l'Angelico iſteſſo nelle Diſputate quæſt. de gratia Chriſti Art. 5. in corp.* Dicendum, quòd, ſicut dicit Damaſcenus humanitas Chriſti quaſi inſtrumentum Diuinitatis fuit, & ideò actiones eius nobis poterant eſſe ſalubres. In quantùm ergo ſpeciale Diuinitatis inſtrumentum fuit, oportuit quandam ſpecialem coniunctionem ipſius ad diuinitatem eſſe. Vnaquæque autem ſuſtantia tantò à Deo pleniùs bonitatis eius participat, quantò ad eius bonitatem appropinquat, vt patet per Dionyſium 12. cap. Cœleſt. Hierarch. Vnde & humanitas Chriſti ex hoc ipſo quòd præ alijs viciniùs, & ſpecialiùs Diuinitati erat coniuncta, excellentius bonitatem diuinam participauit per gratiæ donum. Ex quo idoneitas in ea fuit, vt non ſolùm gratiam haberet, ſed etiam per eam gratia in alios transfunderetur, ſicut per corpora magis lucentia lumen ſolis ad alia tranſit. Et quia Chriſtus in omnes Creaturas rationales quodammodo effectus gratiarum influit, inde eſt, quòd ipſe eſt Principium quòdammodo omnis gratiæ ſecundùm humanitatem. Sicut Deus eſt principium omnis eſſe. Vnde ſicut in Deo omnis eſſendi perfectio adunatur, ita in Chriſto omnis gratiæ plenitudo, & virtutis inuenitur, per quam non ſolùm ipſe poſſit ingratiæ opus: Sed etiam alios in gratiam adducere. Et per hoc habet capitis rationem. In capite enim naturali non ſolum eſt vis ſenſitiua, ad hoc, quòd ſentiat per viſum, auditum, & tactum, & huiſmodi

iusmodi sensus, sed etiam est in eo, vt in radice, à qua in alia membra sensus effluunt. Sic ergo vna, & eadem gratia habitualis in Christo dicitur gratia vnionis, in quantùm congruit naturæ Diuinitati vnitæ: Et capitis, in quantùm per eam fit refusio in alios ad salutem: Singularis verò personæ, in quantùm ad opera meritoria perficiebat.

Hor mi diranno se Christo Signor Nostro è il fonte d'ogni nostro bene, e ci libera da ogni male, A che serue la nostra Fede?

Risponde S. Giouanni Crisostomo portato similmente dall' Angelico in Catena aurea super cap. 18. Lucæ: Sicut ab aliquo fonte hi quidem paruis Vasis modicum aquæ hauriunt, hi verò maioribus multum, fonte non distinguente mensuras: Et secundum fenestras, quæ aperiuntur magis, vel minus splendor Solis infunditur: Ita secundùm capacitatem intentionis hauritur gratia.

E conferma S. Tomaso tutto cio in molti casi come quello de' Sacramenti 3. p. quæst. 64. art. 1. ad 2. Doue dice, Che se bene: Quod est Sacramenti effectus, non impetratur Oratione Ecclesiæ, vel Ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in Sacramentis; Vnde effectus Sacramenti non datur melior per meliorem Ministrum: Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti Sacramentum per deuotionem Ministri. *Si che la propria dispositione giona molto per riceuer maggior gratia.*

Anzi che ne meno l'istesso Sacramento opera il suo principal effetto, se non vi concore la Fede 3. p. quæst. 60. art. 6. in corp. Super illud Ioannis, Iam vos mundi estis propter sermonem, &c. Vnde est, *dice S. Agostino*, illa tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur?

Et art. 7. ad 1. Dicendum, quòd sicut *Augustinus dicit* super Ioannem, Verbum operatur in Sacramentis, non quia dicitur, idest, non secundum exteriorem sonum vocis, sed quia creditur, idest, secundum sensum verborum, qui fide tenetur.

La qual Fede è certo, che non solamente risguarda l' operatione dell' intelleto, mà anche la buona dispositione della volontà 2. 2. quæst. 5. art. 4 Nam actus Fidei procedit, & ex intellectu & ex voluntate.

E cosi soggionge che: Fides potest in aliquo dici maior: vno modo ex parte intellectus propter maiorem certitudinem, & firmitatem. Alio modo ex parte voluntatis propter maiorem promptitudinem seu deuotionem, vel confidentiam.

La qual confidenza è certo, che potiamo stender ad ogni gran bisogno, se he s'appoggia non solo all'omnipotenza, mà anche alla bontà Diuina, che

che è infinita 2. 2. quæſt. 21. art. 2. ad 1. in ſpiegatione di quelle parole di Giuditta, che diſſe nella ſua Oratione: Exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem; *Doue l'Angelico*: Dicendum, quòd præſumere ponitur aliquando pro ſperare: Quia ipſa ſpes recta quæ habetur de Deo, præſumptio videtur ſi menſuretur ſecundùm conditionem humanam: Non autem eſt præſumptio, ſi attendatur immenſitas diuinæ bonitatis.

Che però la Creatura nel ſuo operare deue miſurar le ſue forze, le quali ſono finite, e limitate: Mà trattandoſi di Dio, e che Dio habbi da impiegar il ſuo potere, non habbiamo da darli miſura alcuna, e così ci può liberar dæ ogni mal'anno P. P. quæſt. 6. art. 1. ad 1. Dicendum, quòd habere modum, ſpeciem, & ordinem pertinet ad rationem boni creati; Sed bonum in in Deo eſt ſicut in cauſa: Vnde ad eum pertinet imponere alijs modum, ſpeciem, & ordinem: Vnde iſta tria ſunt in Deo ſicut in cauſa.

E ſi come caggiona in noi la ſperanza di lui, così anche di ogni ſuo aiuto per ogni oltro bene, che poſſiamo deſiderare, come lo ſoggionge il S. M. nella 3. P. quæſt. 7. art. 4. in corp. Dicendum, quòd ſicut de ratione fidei eſt quòd aliquis aſſentiat his, quæ non videt: ita de ratione ſpei eſt, quòd aliquis expectet idquod nundum habet. Et ſicut Fides, in quantum eſt virtus Theologica, non eſt de quocunque non viſo, ſed ſolum de Deo: Ita etiam ſpes, in quantum eſt virtus Theologica, habet pro obiecto ipſum Deum; Cuius fruitionem homo principaliter expectat per ſpei virtutem: Sed ex conſequenti ille qui habet virtutem ſpei poteſt etiam in alijs diuinum auxilium expectare: Sicut & ille, qui habet virtutem Fidei, non ſolum credit Deo de rebus diuinis, ſed etiam de quibuſcumque alijs diuinitus ſibi reuelatis.

Concorda con que ſta Dottrina S. Agoſtino lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. vlt. doue dice: Præmium virtutis erit ipſe, qui virtutem dedit, qui ſeipſum quo nihil amplius eſſe poteſt, promiſit.

Et ſuper *Pſal.* 112. Erige ſpem tuam ad bonum, bonorum omnium, à quo omnia in ſuo genere facta ſunt bona.

E S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 17. art. 2. dice: Non enim minus aliquid ab eo ſperandum eſt, quàm ſit ipſe *Et art. 5. conclude*: Et ſic patet, quod ſpei, in quantum eſt virtus, principale eius obiectum eſt Deus.

Et in ſecundo luogo vengono anche altri beni, che potiamo ſperar da Dio de quali fà mentione il S. D. iui quæſt. 83. art. 5. in corp. Dicendum, quòd ſicut Valerius Maximus refert, Socrates nihil vltra petendum à Dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent; Quia hi demum ſcirent quid vnicuique eſſet vtile: Nos autem plerumque id

votis

votis expetimus, quod non impetrasse melius foret. Quæ quidem sententia aliqualiter vera est quantum ad illa, quæ possunt malum euentum habere, quibus etiam homo potest malè,& benè vti, sicut sunt diuitiæ, quæ, vt ibidem dicitur multis exitio fuerunt: Honores etiam complures pessundederunt; Regna quorum exitus sepè miserabiles cernuntur, splendida coniugia, quæ nonunquam domos funditus euertunt.

Sunt tamen quædam bona, quibus homo malè vti non potest, quæ scilicet malum euentum habere non possunt: Hæc autem sunt, quibus beatificamur, & quibus Beatitudinem meremur: Quæ quidem Sancti orando absolutè petunt, secundum illud *Psal 79.* Ostende faciem tuam, & salui erimus, Et iterum 118. Deduc me in semitam mandatorum tuorum.

Onde soggionge iui art. 15. *ad* 2. Dicendum, quòd si illud quod petit aliquis pro seipso non sit ei ad beatitudinem vtile non meretur illud; Sed quandoque hoc petendo, & desiderando meritum amittit; puta si petat à Deo complementum alicuius peccati. Quandoque verò non est necessarium ad salutem, nec manifestè saluti contrarium: Et tunc, licet orans possit orando mereri vitam æternam, non tamen meretur illud obtinere quod petit. Vnde *Augustinus dicit in lib. Senten.* Prosperi: fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit vtile, magis nouit Medicus quàm ægrotus. Et propter hoc etiam Paulus non fuit exauditus petens amoueri stimulum carnis, quia non expediebat. Si verò id quod petitur, sit vtile ad Beatitudinem hominis, quasi pertinens ad eius salutem meretur illud non solum orando, sed etiam alia bona opera faciendo. Et ideò indubitanter accipit quod petit, sed quando debet accipere: Quædam enim non negantur, sed vt congruo dentur tempore differuntur; Quod tamen potest impediri, si in petendo non perseueret.

Mà dice quello, il tutto stà nel voler diuino, e chi sà se il Signor Iddio vorrà darmi ciò che io desidero?

Risponde di nuouo S. *Tomaso iui in corpore articuli.* Fides est necessaria ex parte Dei, quem oramus, vt scilicet credamus ab eo nos posse obtinere quod petimus. Vnde *Augustinus dicit in lib. de Verbis Domini.* Non nos hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Et *Chrysostomus dicit*: Nunquam oranti beneficia denegat, qui vt ornantes non deficiant sua pietate instigat.

Et *anche col suo essempio soggionge il S.M.in c.26.Matth.* Orabat Christus non propter se, sed propter nostrā vtilitatem orauit, vt daret nobis exem-

exemplum, vt in tribulatione recurramus ad Dominum.

Chi dunque ſi ſente inſtigato à pregar Dio, e buon ſegno, che anche ci vuol conceder le gratie, come conceſſe al Paralitico. Così conclude il Legiſta mentre dice che Argumentum à ſolitis eſt validum in l. Si librarius nu. 10. ff. de re iudicata.

E *così argumenta Giouanni Veſcouo in catena cittato dal S. M.* Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem ſic valuit aliena, vt intus, & extra ſanaret hominem?

Al che aggiongete dice la noſtra S. M. Tereſa nelle ſue meditationi in Orat. Dominic. Petitione quarta ſopra quelle parole: Panẽ noſtrũ quotidianum da uobis hodie, pro die Iouis, *Che*, Benè, & congruè huic diei adaptatur hæc petitio cum Titulo Paſtoris, cuius partes ſunt paſcere Gregem ſuum, panem nobis quotidianum concedendo; Patri enim, Regi, & Sponſo, Paſtoris officium exercere iure merito conuenit; Debitoque naturali nos filij eius, ſubditi, & Sponſæ vt nobis ſuſtentationem, & alimenta ſubminiſtret inſinuare poterimus; prout Maieſtatem ſuam, & noſtram dignitatem, etenim filij eius ſumus, decet; Ideoque non dicimus, vt hunc panem nobis accommodet, ſed vt det; Nec ab eo panem alienum, ſed noſtrum poſtulamus, quia enim filij ſumus, bona cuncta Patris Noſtri, noſtra ſunt.

Però ſoggionge S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 17. art. 2. ſempre dobbiamo hauer queſt'auuertenza; Quòd quæcunque bona non debemus à Deo petere, niſi in ordine ad Beatitudinem æternam. Vnde & ſpes principaliter quidem reſpicit Beatitudinem æternam. Alia verò, quæ petuntur à Deo, reſpicit ſecundariò in ordine ad Beatitudinem æternam. Sicut & fides principaliter quidem reſpicit Deum, & Secundariò reſpicit ea, quæ ad Deum ordinantur. Et *quæſt. vnica de ſpe art. 1. in corp. dice:* Sicut ergo ea quæ creduntur materialiterr omnia referuntur ad Deum, quamuis aliqua eorum ſint creata, ſicut quod credimus omnes Creaturas eſſe à Deo, & Corpus Chriſti eſſe filio Dei aſſumptum in vnitate Perſonæ, ita etiam omnia, quæ materialiter ſperantur, ordinantur in vnum finale ſperatum, quod eſt fruitio Dei. In ordine enim ad hanc fruitionem ſperamus adiuuari à Deo, nonſolum ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus beneficijs.

Mà non voglio tralaſciar vn' altra ragione di queſta confidanza molto eſſentiale, che è la gratia, che fà il Signor Iddio anche nelle coſe piu ardue, e difficili, che ſi poſſono occorrere in queſto Mondo: Prima nella 2. 2. quæſt. 17. art. 3. Dicendum, quòd ſpes poteſt eſſe alicuius dupliciter. Vno modo abſolutè, & ſic eſt ſolius boni ardui ad ſe pertinentis.

Et *quæſt. 28. art. 4. ad 2. dice:* Spes addit ex parte obiecti quandam ſpe-

ſpecialem rationem, ſcilicet arduum, & poſſibile adipiſci; & ideò ponitur ſpecialis virtus.

Come ſu la ſperanza di Abramo dice il S. M. ad Rom. 4. n. 18. doue dice l'Apoſtolo Che: Contra ſpem in ſpem credidit, vt fieret Pater multarum Gentium: *ſoura le quali parole al noſtro propoſito ſoggionge l'Angelico:* Propter magnitudinem fidei Abrahæ, qui contra ſpem cauſæ naturalis, vel humanæ credidit in ſpem diuinæ promiſſionis. Et in *cap. 41. Iob. lect. 1. afferma che* Dominus manum ſuam adhibuit vt ex ijs (*cioè dalle ſue grandi tribulationi, e perdite* in maiora proficeret: *Onde ſi dice: Che* Dominus benedixit nouiſſimis Iob: Scilicet multiplicando ea magis quam eius principio. Ideſt, quàm primæ eius proſperitati. Eſt enim potens facere plusquàm intelligimus aut petamus: vt dicitur: Deſiderauerat autem Iob, vt eſſet iuxta menſes priſtinos, ſed Dominus ei maiora reſtituit, & in duplo. Et quantum ad bona fortunæ, & quantum ad bona gratiæ. Quibus perductus eſt ad futuram gloriam, quæ durat per omnia ſæcula ſæculorum.

Item Quæſt. vnica de ſpe, art. 1. In obiecto ſpei quatuor conſiderantur. Primò quipem quòd ſit bonum, per quod ſpes differt à Timore. Secundò quòd ſit boni futuri, per quod differt à Gaudio, vel Delectatione. Tertiò quòd ſit boni ardui, per quod differt a Deſiderio. Quartò quòd ſit boni poſſibilis, per quod differt à deſperatione.

Amplius in *3. diſt. 26. quæſt. vnica art. 3. ad 3.* Timor eſt à difficili in genere malorum, ſpes autem à difficili in genere bonorum.

Et quæſt. 2. art. 2. in corp. Eſt aliquid arduum, quod excedit facultatem naturæ, ad quod homo per gratiam poteſt peruenire, ſcilicet Ipſe Deus, in quantum eſt noſtra Beatitudo; Ideò oportet, quòd ex aliquo dono gratuito naturæ ſuperaddito fiat inclinatio ad illud arduum, & illud donum eſt habitus ſpei.

E *finalmente in ſcripto ad Annibaldum in 3. diſt. 26. quæſt. vnica art. 2.* Quamuis ſit idem obiectum materialiter trium virtutum Theologicarum, tamen quia alia ratione tendunt in ipſum, quia fides reſpicit in ipſo ſummum verum, ſpes autem ſummum arduum, Charitas autem ſummum bonum, vnde obiecta earum formaliter differunt, ideò prædictæ virtutes ad inuicem diſtinguntur.

Onde in 3. diſt. 26. quæſt. 1. art. 2. ad 1. Difficile, vel arduum addit quandam ſpecialem rationem bonitatis, ſcilicet prætioſitatem quandam ex hoc ipſo, quòd non de facili habetur, ſicut dicitur omne rarum charum.

Però ſempre poſſibile à poſſederlo mediante il Diuino aiuto: de ſpe art. 1 In quantùm ſperamus aliquid vt poſſibile nobis per diuinum auxili-

um

am, ſpes noſtra attingit ad ipſum Deum, cuius auxilio innitimur.

Et art. 5. Spes non habet medium, & extrema ex parte principalis obiecti, quia diuino auxilio nemo poteſt nimis vti.

Et quæſt. ſequenti, art. 2. dice: Obiectum principale ſpei eſt Beatitudo æterna, ſecundùm quòd eſt poſſibilis haberi ex auxilio diuino.

Et in quæſt. vnica de ſpe art. 1. in corp. dice: Summum bonum eſt Beatitudo æternа, quam homo adipiſci non poteſt, niſi per auxilium diuinum, ſecundùm illius Rom 6. Gratia Dei vita æterna. Et ideò ſpes adipiſcendi vitam æternam habet duo obiecta, ſcilicet ipſam vitam æternam, quam quis ſperat, & auxilium diuinum à quo ſperat. Queſti per modum obiecti motiui, e quello per modum obiecti terminatiui.

Et in riſpoſta ad 4. Dicendum, quòd Spes, ſecundùm quòd refertur ad materiale obiecti (terminatiuum ſcilicet, & vt quod) eſt indiſpoſitio imperfecti; Quia quod ſperatur, nondum habetur, ſed ſecundùm quòd reſpicit obiectum formale (cioè, motiuum, & vt quo) ſcilicet auxilium diuinum, ſic eſt diſpoſitio perfecti. In hoc enim conſiſtit perfectio Hominis, vt Deo inhæreat.

Et art. 4. eiuſdem quæſtionis, dice: Spei ſecundum quòd eſt Virtus Theologica, obiectum formale, eſt auxilium diuinum cui inhæretur.

Laonde ibi quæſt. citata de Spe art. 1. Sicome Fides non habet rationem virtutis, niſi in quantum inhæret teſtimonio veritatis primæ, vt ei credat, quod ab ea manifeſtatur, ſecundùm illud Geneſ. 15. Credidit Abaham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Così Spes habet rationem virtutis ex hoc ipſo, quòd homo inhæret auxilio diuinæ poteſtatis ad conſequendam vitam æternam. Si enim aliquis inniteretur humano auxilio, vel ſuo, vel alterius, ad conſequendum perfectum bonum abſque auxilio diuino, eſſet hoc vitioſum, ſecundùm illud Hierem. 17 Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Sic igitur ſicut formale obiectum Fidei eſt Veritas Prima, per quam ſicut per quoddam medium aſſentit his, quæ creduntur, quæ ſunt materiale obiectum Fidei: ita etiam formale obiectum Spei eſt auxilium diuinæ poteſtatis, & pietatis, propter, quod tendit motus Spei in bona ſperata, quæ ſunt materiale obiectum Spei.

Et in queſta Speranza niuno reſta eſcluſo quæſt. 17. art 4. ad 3. Dicendum, quod Spes non innititur principaliter Gratiæ iam habitæ, ſed diuinæ omnipotentiæ, & miſericordiæ, per quam etiam qui Gratiam non habet, eam conſequi poteſt, vt ſic ad vitam æternam perueniat. E così ogn'vno può ſperare che per ſe ſteſſo vagli il detto di Chriſto. Con-

fide Fili remittuntur tibi peccata tua: *Poiche egli come cauſa efficiente preuiene la noſtra giuſtificatione: ibi in corp.* Spes duo reſpicit, ſcilicet bonum, quod obtinere intendit, & auxilium, per quòd illud bonum obtinetur. Bonum autem, quod aliquis ſperat obtinendum, habet rationem cauſæ finalis; auxilium autem, per quod aliquis ſperat illud bonum obtinere, habet rationem cauſæ efficientis: *E però chi ſpera di ottenere il detto fine deue raccorrer al diuino aiuto, poiche come dice S. Agoſtino in lib. de deffinit.* Nullum credimus ad ſalutem, niſi Deo iuuante venire, nullum inuitatum, ſalutem, niſi Deo auxiliante, operari, nullum niſi orantem, auxilium promereri.

Che è ancora vn'altra ragione che ci allarga il cuore à queſta confidanza, come meglio lo vedremo nella

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 1. 2. *quæſt.* 42. *art.* 3. *ad* 3. *dice che:* Spes eſt de bono, quod quis poteſt adipiſci: poteſt autem aliquis bonum adipiſci vel per ſe, vel per alium: & ideò Spes poteſt eſſe de actu Virtutis qui eſt in noſtra poteſtate conſtitutus.

E queſto è la noſtra Oratione, nella quale parimente hà poſto il Signor Iddio, come in certa conditione, la Speranza de beneficij diuini, de quali potiamo far capitale, mentre ſappiamo che egli ama le ſue Creature, e gli compartiſce le ſue gratie 1. 2. *qu.* 110. *art.* 1. Secundum communem modum loquendi, tripliciter gratia accipi conſueuit. Vno modo pro dilectione alicuius: ſicut conſueuimus dicere, quod iſte miles habet gratiam Regis, ideſt Rex habet eum gratum. Secundò ſumitur pro aliquo dono gratis dato: ſicut conſueuimus dicere: Hanc gratiam facio tibi. Tertio modo ſumitur pro recompenſatione beneficij gratis dati, ſecundùm quòd dicimus agere gratias beneficiorum. Quorum trium ſecundum dependet ex primo: ex amore enim, quo aliquis habet alium gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impendat. Ex ſecundo autem procedit tertium; quia ex beneficijs, gratiarum actio conſurgit.

Quantum igitur ad duo vltima, manifeſtum eſt, quòd gratia aliquid ponit in eo, qui gratiam accipit. Primò quidem, ipſum donum gratis datũ: Secundò huius doni recognitionẽ. Sed quantum ad primum eſt differentia attendenda circa gratiã Dei, & gratiã hominis: Quia n. bonum Creaturæ prouenit ex voluntate diuina, ideò ex dilectione Dei, qua vult Creaturæ bonum, profluit aliquod bonum in Creatura. Voluntas autem hominis mouetur ex bono præexiſtente in rebus: Et inde

eſt

est quòd dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed presupponit ipsam, vel in parte, vel in toto. Patet igitur, quod quamlibet Dei dilectionem sequitur aliquod bonum in Creatura causatum, quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum. Et secundùm huiusmodi boni differentiam differens consideratur dilectio Dei ad Creaturam. Vna quidem communis, secundùm quam diligit omnia quæ sunt, vt dicitur *Sap.* 11. Secundùm quam, esse naturale rebus creatis largitur, Alia autem dilectio est specialis secundùm quam trahit creaturam rationalem suprà conditionem naturæ ad participationem diuini boni, & secundùm hanc dilectionem dicitur aliquem diligere simpliciter, quia secundùm hanc dilectionem vult Deus simpliciter Creaturæ bonum æternum, quod est ipse.

Sic igitur per hoc, quòd dicitur homo gratiam Dei habere, significatur quiddam supernaturale in homine à Deo proueniens. Quandoque tamen Gratia Dei dicitur ipsa æterna Dei dilectio, secundùm quòd dicitur etiam Gratia Prædestinationis, in quantùm Deus gratuitò, & non ex meritis aliquos prædestinauit, siuè elegit. Dicitur enim *ad Ephes.* 1. Prædestinauit nos in adoptionem Filiorum in laudem gloriæ Gratiæ suæ.

Hor se il Signor'Iddio di sua pura gratia ci hà predestinati, & ogni nostro bene de sursum est descendens à Patre luminum *à che dunque serue l'Oratione?*

Risponde l'Angelico quæst.6. de Veritate art.6. circa finem corporis: Dico igitur quòd prædestinationis effectus est salus humana, quæ à Deo procedit sicut à prima causa. Sed eius possunt esse multæ aliæ causæ proximæ quasi instrumentales, quæ sunt ordinatæ à diuina Prædestinatiæne ad salutem humanam, sicut instrumenta applicantur ab Arrifice ad effectum artis explendum. Vnde sicut Prædestinationis diuinæ effectus est quòd iste saluetur, ita & quòd per Orationes tales, vel merita talia saluetur.

Et 2. 2. qu. 83. art.6. Non enim propter hoc oramus, vt diuinam dispositionem immutemus, sed vt impetremus quod Deus dispositi per orationes Sanctorum esse implendum, vt scilicet homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens antè sæcula dispositi donare.

Che però la N. S. Madre De via Perfectionis *doppo hauer molto essortato le Religiose a questa oratione conclude.* Cum ergo nulla omninò res sine aliquo saltem labore addiscatur, omnem quam huic rei impendetis operam, ac studium, Charissimæ Sorores meæ, vt beuè impensum (ex amore Dei vos rogo) arbitremini.

E parlando della ſua oratione Vita cap.4. dice: Procurabam, quantum quidem poteram, Ieſum Chriſtum Dominum, & omne bonum noſtrum, intus in animo meo præſentem quouis loco circumferre. Atque hæc orationis meæ erat ratio. Si quod vitæ eius myſterium meditatione accolerem, ipſum intus in animo velut præſentem fingebam. Nam ſi voluntas non habeat, quo ſe occupet, & amor nullum rei preſentis obiectum, in quo ſe ſe detineat, tunc anima velut ſine materia circa quam, & omni exercitio manet; & hæc ſolitudo, & ariditas valdè eam lancinat, & cogitationes vanæ incidentes mirè eam exagitant: Qui enim intellectu diſcurrit, & recogitat, quid ſit mundus quantum, & quid Deo debeat, quam multum Dominus pro ipſo tulerit, quàm verò parùm ei ſeruiat, quantùm denique Diligentibus ſe retribuat, eam inde doctrinam elicit, qua ſe contra cogitationes, peccandiue occaſiones, & pericula tueatur, &c.

Et cap. 8. De re autem, cuius aliquam experientiam habeo, hoc dicere poſſum, ſcilicet eum, qui ſemel orationem exercere cœpit, nullo eandem pacto intermittere debere, quæcumque demum peccata committat, cum hæc ipſa vnicum medium ſit ad reſurgendum, & in rectam viam redeundum, & ſine ea perdificile futurum ſit aliquod remedium inuenire.

Videat porrò ne Diabolus ita ipſum tentet, ſicut aliàs me tentauit, vt ſcilicet ex humilitate quadam eam intermittat, quinimò indubitatè ſibi perſuadeat, Verba Dei fallere non poſſe, vt potè qui promiſit ſe quotieſcumque verè nos commiſſorum pœnitet, & non amplius eum offendere proponimus, ad primam nos amicitiam, & gratiam admiſſurum, & eoſdem fauores nobis daturum, quos prius, & aliquando etiam maiores, ſi quidem id pœnitentia promereatur.

Eum verò, qui nondum Orationi ſe dare incepit ex amore Dei rogo, ne tanto ſe bono vllatenus fruſtratum velit, &c.

Mà mi diranno ſi potrebbe vn poco ſapere in ſoſtanza, & in termini terminanti, che coſa ſia oratione?

L'Angelico 1. p. qu.82. art.4: Fà queſta obiettione: Nihil velle poſſumus, niſi ſit intellectum: Si igitur ad intelligendum mouet voluntas volendo intelligere, oportebit, quòd etiam illud velle præcedat aliud intelligere; & illud intelligere aliud velle, & ſic in infinitum, quod eſt impoſſibile: Non ergo voluntas mouet intellectum.

Riſponde. Dicendum, quòd non oportet procedere in infinitum, ſed ſtatur, in intellectu ſicut in primo: Omnem enim voluntatis motum neceſſe eſt, quòd præcedat apprehenſio, ſed non omnem apprehenſionem præcedit motus voluntatis; ſed principium conſiliandi, &

intel-

intelligendi, est aliquod intellectiuum principium altius intellectu nostro quod est Deus, vt etiam *Arist. dicit in* 8. *Etich.* Et per hunc modum ostenditur quòd non est procedere in infinitum.

A noi adesso, & in ristretto al caso dell'Oratione proposto.

Risponde S. Tomaso in 4. *sent. dist.* 15. *qu.*4. *arc.* 1. *quæstiunc.* 1. *in c.* Dicendum, quòd sicut dicit Cassiodorus, Oratio dicitur quasi Oris ratio: Vnde ex suo nomine Oratio significat expressionem alicuius actus rationis per effectum oris: Habet autem ratio duos actus, etiam secundùm quòd est speculatiua: Primus est componere, & diuidere; & iste actus rationis exprimitur ore per orationem, quàm Philosophus 1. *Perierm.* describit: Secundus actus rationis est discurrere de vno in aliud innotescendi causa; & secundùm hoc syllogismus oratio quædam dicitur: Et quia Sermones Rethorici, qui Conciones dicuntur continent argumentationes ad persuadendum accommodatas, inde est, quòd etiam Orationes dicuntur, & Rethores Oratores: Et quia Orationes istæ præcipuè quantum ad genus causarum, quod Iudiciale dicitur, ordinantur ad hoc quòd aliquid à Iudice petamus (vnde & in Iure Aduocationes Postulationes dicuntur) ideò translatum est vlterius hoc nomen ad significandum Petitionem, quam Deo aliquis facit, velut Iudici, qui habet curam nostrorum actuum: Et sic definit Damascenus Orationem: Oratio est petitio decentium à Deo.

E *che il Signor'Iddio ci ascolti, lo soggionge il S.D.* 2. 2. *qu.*83. *a.* 1. *ad* 1. Dicendum, quòd desiderium pauperum dicitur Dominus exaudire; vel quia desiderium est causa petendi, cum petitio sit quodammodo desiderij interpres, vel hoc dicitur ad ostendendum exauditionis velocitatem; quia scilicet dum adhuc aliquid in desiderio pauperum est, Deus exaudit, antequam orationem proponant, secundùm illud *Esa.* 65. Eritque antequam clament, Ego exaudiam eos. Et *Psal.* 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.

Ma sopra tutte le cose dobbiamo domandare d'esser sempre vniti à lui, come dice S. Dionisio in 3. *cap. de Diu. Nom.* Ante omnia ab Oratione incipere nos est vtile, sicut Deo nos ipsos tradentes, & vnientes. *Doue l'Angelico:* Dicendum, quòd voluntas mouet rationem ad suum finem: Vnde nihil prohibet mouente Voluntate actum rationis tendere in finem charitatis, qui est Deo vniri: tendit autem Oratio in Deum, quasi à voluntate Charitatis mota, dupliciter; vno quidem modo, ex parte eius quod petitur; quia hoc præcipuè est in oratione petendum vt Deo vniamur, secundùm illud *Psal.* 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Dnmini omnibus diebus vitæ meæ.

Se *bene con tutto ciò non s'esclude, dice vn'altra volta S. Tomaso 2. 2. qu. 83. art. 6. in corp. L'Oratione per le cose necessarie alla Vita Humana iuxta illud Prouerb. 38.* Tribue tantum victui meo necessaria. Dicendum, quòd sicut Augustinus dicit ad Probam de orando Deum, Hoc licet orare, quod licet desiderare: Temporalia autem licet desiderare; non quidem principaliter, sed sicut quædam adminicula, quibus adiuuemur ad tendendum in Beatitudinem; in quantum scilicet per ea vita corporalis sustentatur, & in quantum nobis organicè deseruiunt ad actus Virtutum, vt etiam Philosophus dicit *in 1. Ethicor.* Et ideò pro temporalibus licet orare; Et hoc est, quod Augustinus dicit ad Probam, quòd sufficientiam vitæ non indecenter vult quisquis eam vult, & non amplius, quæ quidem non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis, vt non sit inconueniens eis, cum quibus viuendum est. Ista ergo cum habentur, vt teneantur, cùm non habentur, vt habeantur, orandum est.

E non solo per noi stessi, mà etiamdio per i nostri Prossimi: ibi art. 7. in corp. Dicendum, quòd sicut dictum est, illud debemus orando petere, quod debemus desiderare: desiderare autem debemus bona non solum nobis, sed alijs; Hoc enim pertinet ad rationem dilectionis, quam Proximis debemus impendere: Et ideò charitas hoc requirit, vt pro alijs oremus: Vnde Chrysostomus dicit super Mathæum: Pro se orare necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur; dulcior autem ante Deum est oratio non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat.

Mi diranno: An sit maioris meriti orare pro alio, quam pro seipso? *Risponde il S. D. Quodlib. 8. qu. 5. art. 1. in corp. e dice cht*: Ista comparatio potest dupliciter intelligi: Vno modo, vt aliquis ita oret pro alio, quod etiam pro seipso: Et tunc maioris meriti est pro alio orare, & pro seipso, quam pro se tantum, maioris enim meriti est amicum beneuolum, & beneficum esse sibi, & alijs quam sibi tantum.

Alio modo potest intelligi, vt aliquis oret pro alio, & non pro se; & sic ostenderetur esse alteri beneuolus magis quam sibi, & ita peccaret in ordine charitatis, magis alium quam se diligens: Et hoc modo intelligendo comparationem, melius est orare pro se, quam pro alio.

Equi vi concorre ogni legge: Amicabilia enim, quæ sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum, *come insegna il Filosofo lib. 9. Ethich. c. 8. Et in ciò si conforma l'huomo in certo modo d'analogia con l'istesso Iddio, di cui dice il medesimo S. M. 1. p. qu. 19. art. 9. in corp.*

che

che Nullum autem bonum Deus magis vult, quàm ſuam bonitatem. In Deo autem nullus eſt defectus, ſed ſumma perfectio *ibidem qu.* 49. *art.*2. *in corp. E la bentà dell'huomo* eſt ſimilitudo Diuinæ bonitatis, *e come tale anche* Deus illam diligit *in* 3. *ſent. ad Hannibaldum diſt.*32. *quaſt. vnica art.*1. *e poi per vltimo già ſi sà, che l'huomo è ſtato creato in gratia di ſe ſteſſo, e non d'altrui.* Et ideò homo ex charitate debet magis ſeipſum diligere, quam proximum ita quod homo ipſe prius participet bonum diuinum, quàm quòd alius aſſocietur ſibi in hac participatione 2. 2. *qu.*26. *art* 14. E *tanto baſti, &c.*

LAVS DEO.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN

Simile factum eſt Regnum Cœlorum Homini Regi, qui fecit nuptias Filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias.

Matth. 22.

An Gregorio in Paſtorali p. 1. *c.*1. *dice queſte gran parole.* Qui ea, quæ Dei ſunt ſapiunt, à Domino ſapiuntur: Et qui ea, quæ Dei ſunt neſciunt, à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. *Hor chi non sà, che le coſe di Dio*, pro hoc ſtatu *non poſſiamo ſaperle tutte inſieme, ne in vn giorno dice S. Tomaſo* 2. 2. *quæſt.* 180. *art.*3. Dicendum, quòd de vita contemplatiua nunc loquimur ſecundùm, quòd ad hominem pertinet. Hæc autem differentiam eſt inter hominem, & Angelum, vt patet *per Dionyſium* 7. *cap. de Diu. nominibus* quòd Angelus ſimplici apprehenſione veritatẽ intuetur: Homo autem quodam proceſſu ex multis pertingit ad intuitum ſimplicis veritatis. *Il che ſegue in due modi, ſoggionge iui il S. M. ad* 4. Vno modo per ea, quæ ab alio accipit: Et ſic quidem quantum ad ea, quæ homo à Deo accipit neceſſaria eſt oratio, ſecundùm illud *Sap.* 7. Inuocaui, & venit in me Spiritus Sapientiæ. Quàntum verò ad ea, quæ accipit ab homine

mine, neceſſarius eſt auditus ſecundùm quod accipit ex voce loquentis. Et lectio ſecnndùm quòd accipit ex eo, quod per ſcripturam eſt traditum. Alio modo neceſſarium eſt, quòd adhiheat pròprium ſtudium: & ſic requiritur Meditatio.

Vogliamo noi hoggi meditar qualche bel Punto ſpirituale delle coſe di Dio? Non credo che ſi poſſa penſar il più bello, ne il più allegro del propoſto nel Tema già detto: Simile factum eſt, &c. *doue S. Criſoſtomo portato qui da Vgone:* Quare nuptias vocat? Vt nihil ſit triſte, nihil calamitoſum, *Apoc. 19.* Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe byſſino ſplendenti, & candido; byſſinum ſunt iuſtificationes Sanctorum. Et dixit mihi Scribæ Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. *Mi ſiamo noi di queſti inuitati? Io lo ſpero, e tutti loro deuono ſperarlo, e con che fondamento? Adeſſo glielo apporto. Attenti.*

Per ſtar attenti à queſta Predica è il rappreſentarli l'allegrezza ch'apporta la dottrina di Chriſto. Però ſentino ciò che dice à queſto propoſito. S. Tomaſo in 15.cap. Io.lect. 3. ſopra quel teſto: Omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. *Propone il S. D. la difficolta:* Si ergo omnia eis nota fecit: Sequitur, quòd tot ſciebant Diſcipuli quot, & Filius, *e ſubito riſponde.* Dicendum ſecundum Chriſoſt. (omnia quæcumque audiui,) quæ ſcilicet vos audire oportebat (nota feci vobis) non autem omnia ſimpliciter: *infra c.16.* multa habeo vobis dicere, &c Vel dicendum ſecundum Greg. & melius: Eiuſdem rei poteſt haberi cognitio perfecta, & imperfecta: ſiiut in ſcientijs apparet, quod qui ſcit principia omnia vnius ſcientiæ, dicitur ſcire ſcientiã illam: ſed imperfectè eam ſcit. Vnde qui docet aliqua principia alicuius ſcientię poteſt dicere ſe docuiſſe ſcientiam illam: quia omnia quæ ſunt ſcientiæ illius ſunt in principijs eius virtute: ſed illam eandem ſcientiam perfectiùs ſcit, quando concluſiones ſingulas, quę virtute erant in principijs, nouit. Sic ergo & de diuinis poteſt haberi duplex cognitio. Vna imperfecta, & hęc habetur per fidem: quę eſt prælibatio illius futurę Beatitudinis, & cognitionis quam habemus in Patria. *Hebr. 11.* Eſt autem fides ſperandarum rerum ſubſtantia, &c. Vnde de hac cognitione dicit (omnia nota feci vobis) ſcilicet in fide ſecundùm quandam prælibationem: ſicut Concluſiones virtute ſunt in principijs. Vnde dicit Gregorius Omnia quę nota facit ſeruis ſuis, ſunt gaudia internę charitatis, & feſta ſupernę Patrię: quę quotidiè mentibus per aſpirationem ſui amoris imprimit: dum enim audita ſuperna cęleſtia amamus: amata nouimus: quia ipſe amor notitia eſt; *Se dunque le Signorie loro deſiderano godere di ſimili fauori ſtiano attenti, che*

il

il ſoggetto di ſimil conuitto ci porta direttamente à quelli.

Per queſto conuitto già ſi sà che s'intende l'Eterna Beatitudine la quale ogn'vno può ſperare per ſe, e per li altri come inſegna S. Tomaſo 2.2.q.17. art.3. doue in fine dell'Articolo dice: che, Præſuppoſita vnione amoris ad alterum, iam aliquis poteſt ſperare, & deſiderare aliquid alteri ſicut ſibi: & ſecundùm hoc aliquis poteſt ſperare alteri vitam æternam, in quàntum eſt ei vnitus per amorem. Et ſicut eſt eadem virtus charitatis, qua quis diligit Deum, ſeipſum, & proximum; ita etiam eſt eadem Virtus Spei qua quis ſperat ſibi, & alij.

E che il proprio oggetto della Speranza ſia l'iſteſſa eterna Beatitudine l'inſegna elegãtemẽte iui Articulo 2. Dicendũ, quòd ſicut dictum eſt, Spes de qua nunc loquimur attingit Deum, innitens eius auxilio ad conſequendum bonum ſperatum. Oportet autem effectum eſſe cauſæ proportionatum; & ideò bonum quòd propriè, & principaliter à Deo ſperare debemus eſt bonum infinitum, quod proportionatur Virtuti Dei adiuuantis: Nam infinitæ Virtutis eſt proprium ad infinitum bonum perducere. Hoc autem bonum eſt Vita æterna, quæ in fruitioue ipſius Dei conſiſtit; Non enim minus aliquid ab eo ſperandum eſt, quàm ſit ipſe, cum non ſit minor eius bonitas, per quam bona Creaturæ communicat, quàm eius eſſentia: Et ideò proprium, & principale obiectum Spei eſt Beatitudo æterna. Non enim *ſoggionge opuſc.2. ad Riginaldum* Amor rectus eſſe poteſt, niſi debitus finis Spei ſtatuatur: nec hoc eſſe poteſt ſi veritatis agnitio deſit. Primo igitur neceſſaria eſt fides per quam veritatem cognoſcas. Secundò, Spes per quam in debito fine tua intentio collocetur. Tertiò neceſſaria eſt Charitas, per quam tuus affectus totaliter ordinetur. *E che queſto fine che dobbiamo ſperare ſia il Signor'Iddio, anche ſpecificatamente lo dice il S. D. in Epiſt. ad Roman. cap.* 1. Quamuis Dominus ſit Deus omnium per creationem, & gubernationem; ſpecialiter tamen dicitur eſſe Deus iuſtorum tripliciter. Primò quidem, ſecundùm ſpecialem curam, quam de eis gerit; *Pſal.* Oculi Domini ſuper iuſtos. Secundò, per ſpecialem cultum: *Exodi* 15. Iſte Deus meus, & glorificabo eum. Tertiò, quia eorum præmium, *Geneſ.*15. Ego Dominus merces tua magna nimis.

Ne ci deue ciò parere impoſſibile dice il S.3.contrà Gent. cap.54.perche non ſi deue giudicare Diuinam ſubſtantiam ſic eſſe extra facultatem intellectus creati, quaſi aliquid omninò extraneum ab ipſo, ſicut eſt ſonus à viſu, vel ſubſtantia immaterialis à ſenſu (nam ipſa Diuina ſubſtantia eſt Primum intelligibile, & totius intellectualis cognitionis principium) ſed eſt extra facultatem intellectus creati, ſiuè excedens vir-

tutem cius ſicut excellentia ſenſibilia ſunt extrà facultatem ſenſuum.

Et *quaſt.8. de Verit. art.1. in corp. apporta parimente queſt'altra ragione anche piu propria, e intrinſeca: Eſſendo che dice:* Vltima perfectio cuiuslibet rei eſt, quando pertingit ad ſuum principium: Ipſe autem Deus omnes creaturas rationales immediatè condidit, vt fides noſtra tenet, vnde oportet ſecundùm fidem, vt omnis creatura rationalis, quæ ad Beatitudinem peruenit, Deum per eſſentiam videat.

Si deue però ſapere, per compimento della dottrina, ſoggionge il S. D. *in 4. diſt.49. qu.2. art.3. ad 3. che* Totã eſſentiã Diuinã Sancti videbunt in Patria, ſed nõ totaliter, quia modus, quo cõuertuntur ad Deum cognoſcendum, non eſt æqualis modo, quo Deus eſt cognoſcibilis.

Hor dunque come potiamo ſperar l'eterna beatitudine vltimo fine à noi & alli noſtri amici?

Non dal luogo, non dalla nobiltà, e naſcita, ne meno dalle Stelle.

Quanto al luogo S. Gregorio lib.6. Reg. Epiſt.5. ſeu cap.169. Qnælibet occulta loca ſine gratia Dei animam ſaluare non poſſunt: quod aliquando in ipſis quoque conſpicimus errantibus Electorum. Nam Loth in ipſa peruerſa Ciuitate fuit iuſtus: In Monte peccauit. Sed iſta cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim Paradiſo iucundius? Quid Cœlo ſecurius? Et tamen Homo ex Paradiſo, & Angelus de Cœlo peccando cecidit.

Oue S. Bernarao in Serm. Nuſquam eſt ſecuritas, fratres, nec in Cœlo, nec in Paradiſo, multò minus in Mundo. In Cœlo enim cecidit Angelus ſub præſentia Diuinitatis. In Paradiſo Adam de loco voluptatis, In Mundo Iudas de Schola Saluatoris.

Quanto alla naſcita S. Criſoſtomo portato dall'Angelico in cap.3. Matth. Quid enim prodeſt ei, quem ſordidant mores, Generatio clara? Aut quid nocet illi Generatio vilis, quem mores adornant? Melius eſt enim alicui, vt in eo glorientur Parentes, quia talem filium habent, quam vt ipſe in Parentibus glorietur.

A tal propoſito domanda S. Tomoſo in Catena ſuper cap. 1. Matthæi: Quare peccatrices in linea Meſſiæ aſſumptæ? *E riſponde con l'autorità di S. Ambroſio ſuper Lucam,* Vt maculatæ quoque originis non recuſaret iniuriam. Simul ne puderet Eccleſiam de Peccatoribus congregari, cum Dominus de peccatoribus naſceretur. Poſtremò vt beneficium Redemptionis etiam à ſuis maioribus inchoaret, ne quis putaret originis maculam impedimento poſſe eſſe Virtuti, nec ſe inſolens de ſui nobilitate iactaret.

Quanto alle Stelle lo dice parimente S. Criſoſtomo in due parole citato anche in Catena in 1. c. Matth. Si Stellæ eſt, quòd aut mali ſumus, aut

boni.

boni. Ergo nec bonum noſtrum laudandum eſt, nec vituperandum malum, quia nec in nobis eſt voluntarius actus: Vt quid enim mali mei pœnam ſuſcipiam, quòd non voluntate, ſed neceſſitate commiſſi? Ipſa denique Mandata Dei ne peccent Homines, aut hortamenta vt fugiant bonum, hanc inſipientiam deſtruunt: Quis enim iubet aliquem ne faciat malum quod non poteſt declinare, aut faciat bonum ad quod non poteſt peruenire?

Biſogna dunque argomentar la noſtra ſalute da altri principij, che altri non ſono che li aiuti Diuini dice l'Angelico nelle Diſputate quæſt. vnica de Spe art. 1. in corp. Spes adipiſcendi vitam æternam habet duo obiecta, ſcilicet ipſam vitam æternam quam quis ſperat, & auxilium Diuinum, à quo ſperat.

Et 2. 2. quæſt. 129. art. 6. Dicendùm, quòd nomen fiduciæ ex fide aſſumptum eſſe videtur: ad fidem autem pertinet aliquid, & alicui credere. Pertinet autem fiducia ad Spem ſecundùm illud *Iob* 11. Habebis fiduciam propoſita tibi Spe. Et ideò nomen fiduciæ hoc principaliter ſignificare videtur, quòd aliquis Spem concipiat ex hoc quòd credit verbis alicuius auxilium promittentis.

E che il Signor'Iddio, così habbi promeſſo, ſi vede in Ezechiele, cap. 36. Faciam vt in Præceptis meis ambuletis, & operemini, *doue S. Agoſtino tom. 7. in lib. de Cratia, & libero arbitrio cap.* 15. Certum eſt, *dice*, Nos velle, cum volumus, ſed ille facit vt velimus. Certum eſt nos facere cum facimus, ſed ille facit, vt faciamus præbens vires efficaciſſimas Voluntati.

E S. Tomaſo in c. 2. Epiſtolæ ad Epheſ. Deus præparauit nobis bona opera, in quantum diſpoſuit prædeſtinatione ſua ſe nobis illa daturum.

Parimente S. Bernardo in tract. de Gratia, & lib. arbitr. paulò ante finem: Totum bonum opus liberum arbitrium peragit, & totum Gratia, ſed vt totum in illo, ſic totum ex illa.

Item S. *Agoſtino de dono perſeuerantiæ cap. 6.* Tutiores igitur viuimus ſi totum Deo damus, non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus. *Et cap. 13.* Nos ergò volumus, ſed Deus in nobis operatur, & velle: Nos ergo operamur, ſed Deus in nobis operatur, & operari pro bona voluntate: Hoc expedit credere, hoc eſt pium, hoc eſt verum, vt ſit humilis, & ſubmiſſa confeſſio, vt totum detur Deo.

Item lib. retract. cap. 9. Et quia omnia bona magna, & media, & minima ex Deo ſunt, ſequitur quòd ex Deo ſit bonus vſus liberæ voluntatis.

Di nuouo S. Tomaſo 1. P. quæſt. 83. art. 1. In ſolutionibus Argumentorum. Et in *2. Sent. diſt. 37. quæſt. 1. art. 2. ad 4.* Operatio illius

agentis, qui per ſe agit, oportet vt in primum agens ſicut in cauſam reducatur: Quamuis enim huiuſmodi agentia per ſe agant, quia per propriam naturam, & proprium iudicium actus ſuos determinant, non tamen à ſe habent quòd agant, ſed à Primo agente, quod eis, & eſſe, & poſſe, & agere confert.

Al che aggiongete dice il S. D. il Decreto diuino ſenza il quale niuna coſa viene à luce: De veritate quæſt. 3. art. 6. Quia ad ea quæ ſunt, vel fuerunt, vel erunt, producenda, determinatur ex propoſito diuinæ voluntatis.

E così dice 1. p. quæſt. 16. arr. 7. ad 3. Illud quod nunc eſt, ex eo futurum fuit antequam eſſet, quia in cauſa ſua erat vt fieret. Vnde ſublata cauſa non eſſet futurum illud fieri: Sola autem Prima cauſa eſt æterna. Vnde ex hoc non requiritur, quòd ea quæ ſunt, ſemper fuerit verum, ea futura eſſe niſi quatenus in cauſa ſempiterna fuit vt eſſent futura: Quæ quidem cauſa ſolus Deus eſt.

Onde conclude 1. contra Gentes cap. 68. Omnia igitur Deus cognoſcit ſuam eſſentiam cognoſcendo, ad quæ ſua causalitas extenditur: Extenditur autem ad operationes intellectus, & voluntatis.

Et quæſt. 2. de verit art. 12. Deus cognoſcit res, quatenus eſt cauſa earum: Sed Deus non tantum eſt cauſa neceſſariorum: Sed etiam contingentium: Ergo tam neceſſaria, quam contingentia cognoſcit.

E nel ſeſto Argomento così dice: Scire eſt cauſam rei cognoſcere: Sed Deus ſcit omnium contingentium cauſas, ſcit enim ſeipſum, qui eſt cauſa omnium: Ergo ipſe scit contingentia.

Et art. 9. Primæ Part. quæſt. 14. ad 3. Scientia Dei eſt cauſa rerum, adiuncta voluntate: Vnde non oporter, quòd quæcumque ſcit Deus, ſint, vel fuerit, vel futura ſint; Sed ſolum ea, quæ vult eſſe, vel permittit eſſe.

Se dunque ci hà ordinati all'eterna Beatiaudine, dobbiamo ſperare che mediante la ſua diuina gratia ogn'vno potrà arriuarli, e far opere meritorie pe eſſa 1. 2. quæſt. 109. art. 2.

Prima nell' Argomento Sed contra, *doue apporta l'autorità di S. Paolo Rom. 9.* Non eſt volentis ſcilicet velle. Neque currentis, ſcilicet currere. Sed miſerentis Dei. *Et Auguſtinus dicit in lib. de Correct.* Et gratia, quòd ſine gratia nullum prorſus ſiue cogitando, ſiue volendo, & amando, ſiuè agendo, faciunt homines bonum.

Indi nel corpo dell'Articolo: Dicendum, quòd natura hominis poteſt dupliciter conſiderari: Vno modo in ſui integritate: Sicut fuit in Primo Parente ante peccatum. Alio modo, ſecundùm quòd eſt corrupta in nobis poſt peccatum primi Parentis. Secundùm autem

vtrun-

vtrunque ſtatum natura humana indiget auxilio diuino ad faciendum, vel volendum quodcumqne bonum, ſicut Primo mouente: vt dictum eſt. Sed in ſtatu naturæ integræ quantum ad ſufficientiam operatiuæ virtutis poterat homo per ſua naturalia velle, & operari bonum ſuæ naturæ proportionatum, quale eſt bonum virtutis acquiſitæ, non autem bonum ſuper excedens, quale eſt bonum virtutis infuſæ: Sed in ſtatu naturæ corruptæ etiam deficit homo ab hoc, quòd ſecundùm ſuam naturam poteſt, vt non poſſit totum huiuſmodi bonum implere per ſua naturalia. Quia tamen natura humana per peccatum non eſt totaliter corrupta, vt ſcilicet toto bono naturæ priuetur, poteſt quidem etiam in ſtatu naturæ corruptæ per virtutem ſuæ naturæ aliquod bonum particulare agere (ſicut edificare domos, plantare vineas, & alia huiuſmodi) non tamen totum bonum ſibi connaturale, ita quòd in nullo deficiat, ſicut homo infirmus potèſt per ſeipſum aliquem motum habere, non tamen perfectè poteſt moueri motu hominis ſani, niſi ſanetur auxilio medicinæ. Sic igitur virtute gratuita ſuperaddita virtuti naturæ indiget homo in ſtatu naturæ integræ, quantum ad vnum, ſcilicet ad operandum, & volendum bonum ſupernaturale. Sed in ſtatu naturæ corruptæ quantùm ad duo, ſcilicet vt ſanetur, & vlterius, vt bonum ſupernaturalis virtutis operetur, quòd eſt meritorium. Vlterius autem in vtroque ſtatu indiget homo auxilio diuino, vt ab ipſo moueatur ad benè agendum.

Mà non voglio qui omettere le obiettioni con le sue riſpoſte che fà, e dà il S. D. eſſendo molto importanti per il caſo preſente, e per altri. Dice dunque doppo il titolo dell' Articolo che propone in queſti termini: Vtrum homo poſſit velle, & facere bonum abſque gratia. Videtur quòd homò poſſit velle, vt facere bonum abſque gratia. Illud enim eſt in nomihis poteſtate, cuius ipſe eſt Dominus: Sed homo eſt Dominus ſuorum actuum, & maximè eius, quod eſt velle: Ergo homo poteſt velle, & facere bonum per ſeipſum abſque auxilio gratiæ.

Præterea, vnum quodque poteſt magis in id quod eſt ſibi ſecundùm naturam, quàm in id, quod eſt ſibi præter naturam, ſed peccatum eſt contra naturam [*vt Damaſc. dicit in 2. lib.*] opus autem virtutis eſt homini ſecundum naturam, vt ſupradictum eſt: Cum igitur homo per ſeipſum poſſit peccare, videtur quòd multò magis per ſeipſum poſſit bonum velle, & facere.

Præt. Bonum intellectus eſt verum, *vt Philoſ. dicit in 6. Ethic.* Sed intellectus poteſt cognoſcere verum per ſeipſum, ſicut, & quælibet alia res poteſt ſuam naturalem operationem per ſe facere. Ergo multò magis homo poteſt per ſeipſum facere, & velle bonum.

Riſpon-

Respondè: Ad primum ergo dicendum, quòd homo est Dominus suorum actuum, & volendi, & non volendi propter deliberationem rationis, quæ potest flecti ad vnam partem, vel ad aliam: Sed quòd deliberet, vel non deliberet, etsi huiusmodi etiam sit Dominus, oportet, quòd hoc sit per deliberationem præcedentem, & cum hoc non procedat in infinitum, oportet quòd finaliter deueniatur ad hoc, quòd liberum arbitrium hominis moueatur ab aliquo exteriori principio, quod est supra mentem humanam, scilicet à Deo, vt etiam Philpsoph. probat in cap. de bona fortuna: Vnde mens hominis etiam sani non ita habet dominium sui actus, quin & indigeat moueri à Deo: Et multò magis liberum arbitrium hominis infirmi post peccatum, per quod impeditur à bono per corruptionem naturæ.

Ad secundum dicendum, quòd peccare nihil aliud est, quàm deficere à bono, quod conuenit alicui secundùm suam naturam. Vnaquæque autem res creata, sicut esse non habet nisi ab alio, & in se considerata nihil est: ita indiget conseruari in bono suæ naturæ conuenienti ab alio, potest enim per seipsam deficere à bono, sicut & per seipsam potest deficere in non esse, nisi diuinitus conseruaretur.

Ad tertium dicendom, quòd etiam verum non potest homo cognoscere sine auxilio diuino, & tamen magis est natura humana corrupta per peccatum, quantùm ad appetitum boni, quam quantùm ad cognitionem veri.

Conferma la N. S. Madre Teresa tutto ciò in più luoghi de' suoi scritti, e prima nel fine del cap. 7. di sua vita, doue dice: Che tal cognitione, Est quædam humilitatis species sibi ipsi non fidere, sed credere Deum illorum, quibuscum homo conuersatur, intuitu auxiliaturum. Sum fateor, ego omnium creaturarum infirmissima, & miserrima; Sed nihil eum puto perditurum, qui se se humiliando, tametsi per se fortis sit, id tamen de se neutiquam credit, sed ei credet, qui hac in re multum est versatus. Equidem hoc de me ipsa fateri possum me, nisi hanc mihi Dominus veritatem aperuisset, mediaque dedisset, ad sæpè cum ijs, qui in orandi arte, & modo versati erant, agendum, modo lapsantem, ac modo resurgentem, haud dubiè in infernum præcipitem lapsuram fecisse: ad cadendum quippe multos habebam amicos, a quibus iuuabar: Vt verò resurgerem, adeo sola ipsa eram: vt etiam nùm mirer, quomodo non semper in lapsu solo affixa hæserim, denique misericordiam decanto, quia ipse solus mihi manum ad resurgendum porrexit. Ipse sit in æternum benedictus. Amen.

Item Cap. 8. in fine. Conciones, quas audiebam, aliquando summæ mihi erant consolationi, aliquandò verò valdè me cruciabant, quòd

quòd in illis intelligerem, multum me distare ab eo, quod esse debebam. Rogabam itaque Dominum, vt me adiuuaret: Sed (prout mihi nunc quidem videtur) in eo debui tunc errasse, quòd fiduciam non penitus in Diuina eius Maiestate ponerem, nullam verò penitus in memetipsa. Quæritabam itaque remedium, & conatum adhibebam quem poteram: Sed verisimile est, non intellexisse me, omnia parum, aut nihil iuuare, nisi de nobis ipsis penitus diffidentes, fiduciam omnem in Deo ponamus.

Mà qui entra vn bel dubbio, e lo propone la medesima iui cap. 11. Cur huic tam paucis diebus deuotionem elargitur, mihi verò post tot annos elapsos adhuc eam denegat.

E risponde l'istessa: Credamus ante omnia non nisi ad maius bonum nostrum esse: Ducat nos eius Maiestas quocumque voluerit; Non sumus iam nostri, sed quanti, quanti sumus, eius sumus. Quinimò etiam nimis quam magnam nobis gratiam præstat, cum vult, vt in horto ipsius fodere, & apud horti Dominum consistere velimus (ipse enim haud dubiè nobiscum est) Et si plantas, & flores hos nonnullis non aliter crescere velit, quàm dum ipsi magno cum labore aquam quam dat, hauriunt; Alijs autem nullo etiam labore adhibito, quid mea id refert? Fac tu, Domine, quodcumque volueris: Hoc solum præsta, ne te ego offendam, & virtutes (si quam modo è sola singulari bonitate tua mihi dederis) amittam. Pati volo, Domine, quandoquidem tu passus es, & voluntas tua omnimodis, & quocumque modo in me fiat.

Et indi soggionge al nostro intento. Cap. 18. Iam ergo, vt de hac aqua de Cœlis descendente, quò copia, & abundantia sua vniuersum hunc hortum repleat, & reficiat, loquar, ad oculum patet, quantam Hortulanus quietem haberet, si dominus nunquam ab ea, si quando opus est, dando cessaret; Quanta insuper is voluptate repleretur, ac gaudio, si numquam hyems, ac semper temperata serenitas, & aura foret, itaut numquam ei aut flores, aut fructus deessent. At quandiu hic viuimus, id fieri nequit: Semper quippe curremus oportet, vt cum aqua vna defecerit, aliam ipsi nobis procuremus. Cœlestis aqua subinde tunc cum minimè eam Hortulanus expectat, delabitur. Hoc constat; in principio quidem id ferè semper non nisi post longam, & frequentem orationem mentalem accidere solere, Dominus quippe auiculam hanc ex vno gradu ad alium sustollit, & sic in nido collocat, vt quietem tandem inueniat: Nam postquam vidit eam longo iam tempore volitasse, & identidem, tum intellectu, & voluntate, tum omnibus viribus suis Dominum quærere, eique placere tuisse conatam,

natam, ſuum ei pro labore ſuſcepto præmium, etiam in hac vita dare vult.

Mà dice Quello. Multi ſperant ſe habituros vitam æternam, quam non habebunt. *Come dunque potiamo aſſicurarci nelle noſtre ſperanze delli aiuti diuini?*

A queſto riſponderà S. Tomaſo nella.

SECONDA PARTE.

Dunque ſarà pur vero, che ſaranno beati coloro, che entraranno alle nozze del figliuolo del Rè de Cieli, & alla gran Cena dell'Agnello? Alcerto che ſi. Sed heù, *ſoggionge S. Tomaſo in Apocal. cap. 19.* Hodie aliæ nuptiæ fiunt, quia Spiritus contrahit cum terra, cum homines terrenis adhærent, vnde rectè dicuntur homines, viri diuitiarũ. *Pſal. 75.* Et nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. Tales autem nuptiæ vertentur in luctum. 2. *Machabeor. 9.* Conuerſæ ſunt nuptiæ in luctum. *Mà non ſaranno ſimili le altre che ſanno beati per ſempre quelli, che vi entrano:* Beati qui ad Cœnam Agni vocati ſunt, *cioè ſoggionge iui il S. D.* à Deo, ideſt, quos Deus præordinauit ad hæc: Et rectè hic nominatur Agnus: Quia pro illa coniunctione conſumanda in gloria immolatus eſt *Lucæ 13.* Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei. Et nota quòd non dicit Prandium: Sed Cœnam: quia Prandium fuit ante Cœnam: Cœna verò fuit poſt Prandium. Poſt Cœnam verò non reſtat alia refectio, & ideò æterna refectio, quæ non finietur nec alia ei ſuccedet. Prandium ergo gratiæ eſt in via; Sed Cœna gloriæ datur in Patria: Et verè qui ibi erunt, beati erunt. Tum propter plenitudinem totius dulcedinis. Tum propter ſecuritatem inamiſibilitatis. Gregorius ſuper hunc locum. Ad æternum conuiuium quiſquis ſemel intrauerit, vlterius non exibit.

Colasù adunque dobbiamo hauer la mira, & prender iui il noſtro luogo, ſi come così ce l'inſegna S. Paolo ad Hebr. 13. 4. *Poiche:* Non habemus hic manentem Ciuitatem, ſed futuram inquirimus. *E vi apporta la ſua ragione il S. D.* Homo enim libenter manet in loco ſuo proprio: Non ergo habemus hic manentem Ciuitatem, ſed vbi eſt Chriſtus. Ergo exeamus ad ipſum.

A noi adeſſo: Può ogn'vno di noi concepir ſi grande ſperanza?

L'Angelico 3. Sent. diſt. 13. Quæſt. 2. art. 2. in 2. Arg. dice che: In Hominem ſapientem non cadit perturbatio. *E lo proua con l'autorità di Seneca.* Primò ſic: Fortius non perturbatur à debiliori: Sed virtus eſt fortior malitia: Ergo non perturbatur ab ea: Nec à virtute;

quia

quia virtus non eſt virtuti contraria: Ergo nullo modo. Secundò ſic: Nullus perturbatur niſi de eo quòd bonum ſuum perditur, vel diminuitur: Sed ſapiens non perdit bona ſua, nec ei poſſunt auferri, quæ ſunt bona animæ; quia bona corporis non reputat ſua: Ergo non perturbatur. Tertiò ſic: quia fortuna nihil eripit, niſi quod dedit: Sed non dedit virtutem: Ergo ipſam auferre non poteſt.

Hor doue ſi fonda la ſperanza della vita eterna? Riſponde il S. D. 2. 2. quæſt. 1. art. 3. ad 1. Spei non ſubeſt falſum: Non enim aliquis ſperat ſe habiturum vitam æternam ſecundùm propriam poteſtatem: Hoc enim eſſet præſumptuoſum; Sed ſecundùm auxilium gratiæ: in quæ ſi perſeuerauerit, omninò, & infallibiliter vitam æternam conſequetur.

E che queſto aiuto il Signor Iddio ce lo dia, lo proua breuemente il S. M. Opuſc. 2. in compendio Theologiæ cap. 143. doue in termini terminanti tratta: Quod Deus ſpecialiter homini prouidet per gratiam: *in tal modo*: Quia verò vltimus finis creaturæ rationalis facultatem naturæ ipſius excedit, caverò quæ ſunt ad finem debent eſſe fini proportionata ſecundùm rectum prouidentiæ ordinem, conſequens eſt vt creaturæ rationali etiam adiutoria diuinitus conferantur, non ſolum quæ ſunt proportionata naturæ, ſed etiam quæ facultatem naturæ excedunt. Vnde ſupra naturalem facultatem rationis imponitur homini diuinitùs lumen gratiæ, per quod interius perficitur ad virtutem, & quantum ad cognitionem, dum eleuatur mens hominis per lumen huiuſmodi ad cognoſcendum ea quæ rationem excedunt; Et quantum ad actionem, & affectionem, dum per lumen huiuſmodi affectus hominis ſupra creata omnia eleuatur ad Deum diligendum, & ſperandum in ipſo, & ad agendum ea quæ talis amor requirit.

Diranno. Vediamo pure tanti che non perſeuerano, Chi dunque mi aſſicura ch'io non ſia ancora vno di eſſi? Riſpondo cun vn racconto di S. Criſoſtomo lib. 3. in Apologia vitæ Monaſticæ *doue diſputando contro i Parenti, che impediſcono i figliuoli da farſi Religioſi, perche dicono, & oppongono*: Vnde nobis conſtare poterit, quòd, filius meus perſeuerabit, & nunquam à propoſito hoc decidet. Multi enim excidere. *A' quali riſponde il Santo*: Vnde verò tibi conſtat, quòd non perſeuerabit? Multi enim perſeuerauerunt, & quidem multò plures quàm qui exciderunt. Itaque iſtorum cauſa magis confidendum eſt, quam illorum cauſa metuendum.

Mà che occore metterci in queſte perplesità dice S. Agoſtino 4. Conf. cap. 9. Te nemo amittit, niſi qui dimittit. *S. Paolo Rom. 11.* Dona Dei ſunt ſine pœnitentia.

E l'istesso Iddio per il suo Profeta Malachia cap. 3. Ego Deus, & non mutor: *Che però conclude S. Tomaso* 2. 2. *quæst.* 17. *art.* 1. *ad* 1. Spe attingente Deum nullus potest malè vti: Sicut nec virtute morali attingente rationem.

Il che, soggiunge il S.M. iui art. 6. *ad* 3. *si fonda nella Bontà Diuina, che come nostro vltimo fine ci tira col suo aiuto à conseguirlo, e non à perderlo:* Dicendum, quòd spes facit tendere in Deum sicut in quoddam adiutorium efficax ad subueniendum.

Et indi risponde alla difficolta sudetta, quæst. 18. *art.* 4. *ad* 3. Dicendum, quòd hoc quod aliqui habentes spem defficiant a consecutione Beatitudinis, contingit ex defectu liberi arbitrij ponentis obstaculum peccati; Non autem ex deffectu Diuinæ potentiæ, vel misericordiæ, cui spes innititur. Vnde hoc non præiudicat certitudinem spei.

Che però S. Paolo ad Hebr. 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam tamquam anchoram habemus animæ tutam, & firmam. *Et ad Corinth.* 1. Vt spes nostra firma sit pro vobis. *Et* 2. *ad Corinth.* 1. Ob quam causam hæc patior, sed non confundor; Scio enim cui credidi, & certus sum, quòd potens est propositum meum seruare. *Onde il S. Concilio Tridentino Sess.* 6. *cap.* 13. *insegna.* Nemo de Perseuerantiæ munere sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent.

E ne apporta subito la sua ragione il S. D. in 3. *dist.* 26. *quæst.* 2. *art.* 4 *doue dice cosi:* Spes supponit facultatem in finem perueniendi, quæ quidem est ex liberalitate diuina ordinante nos in finem, & ex meritis, secundùm quæ omnes virtutes in finem vltimum perueniunt: Ideò certitudo spei causatur ex liberalitate diuina ordinante nos in finem, & ex inclinatione omnium aliarum virtutum, & etiam ex inclinatione ipsius habitus. Et ideò præter certitudinem quam habet, vt quædam virtus, includit certitudinem, quæ est in omnibus alijs virtutibus, & vlterius certitudinem diuinæ ordinationis.

La quale è sempre stata dalla Creatione del Mondo auanti la venuta di Christo, è molto più doppo di essa 2. 2. *quæst.* 1. *de fide art.* 7. *ad* 1. Dicendum, quòd semper fuerunt eadem sperandæ apud homines à Christo; Quia tamen ad hæc sperandæ homines non peruenerunt nisi per Christum, quantò à Christo fuerunt remotiores secundùm tempus, tanto fuerunt à consequutione sperandorũ longinquiores. Vnde *Apost. dicit ad Hebr.* 11. Iuxta fidem defuncti sunt omnes iusti: non acceptis repromissionibus, sed à longè eas respicientes. Quàntò autem aliquid à longinquioribus videtur, tantò minus distinctè videtur; Et

ideò

ideò bona ſperanda diſtinctius cognouerunt, qui fuerunt aduenturi Chriſti vicini.

Et ad 4. Dicendum, quòd vltima conſummatio gratiæ facta eſt per Chriſtum; Vnde & tempus eius dicitur tempus plenitudinis, *ad Gal.* 4. Et ideò illi qui fuerunt propinquiores Chriſto, vel ante, ſicut Ioannes Baptiſta; vel poſt ſicut Apoſtoli, plenius myſteria fidei cognouerunt; quia & circa ſtatum hominis hoc videmus, quòd perfectio eſt in iuuentute, & tantò habet homo perfectiorem ſtatum, vel ante, vel poſt, quantò eſt iuuenturi propinquior.

E così ſe mai l'huomo hà hauuto Speranza di ſua ſalute, queſto è il tempo più opportuno. Che però dice l'Angelico 1. 2. *quæſt.* 106. *art.* 4. Huic ſtatui nouæ legis nullus alius ſtatus ſuccedet, ſucceſſit enim ſtatus nouæ legis ſtatui veteris legis, tamquam perfectior imperfectiori: Nullus autem ſtatus præſentis vitæ poteſt eſſe perfectior, quàm ſtatus nouæ legis. *Et ecco la ragione.*

Nihil enim poteſt eſſe propinquius fini vltimo, quam quod immediatè in finem vltimum introducit, hoc autem facit noua lex, Vnde *Apoſtolus dicit ad Hebr.* 10. Habentes, itaque fratres, fiduciam iu introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem.

Mà qui entrano duo obiettioni 2. 2. *quæſt.* 17. *art.* 2. *la Prima.* Videtur quòd Beatitudo æterna, *che è quel* introitus Sanctorum, *che dice l'Apoſtolo*, non ſit obiectum proprium ſpei. Illud enim homo non ſperat, quòd omnem animi ſui motum excedit, cum ſpei actus ſit quidam animi motus. Sed Beatitudo æterna excedit omnem humani animi motum. *Dicit enim Apoſtolus* 1. *ad Corinth.* 2. Quod in cor hominis non aſcendit: Ergo Beatitudo non eſt proprium obiectum ſpei.

Præterea, Petitio eſt ſpei interpretatiua. *Dicitur enim in Pſal.* 36. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Sed homo petit licitè à Deo non ſolum Beatitudinem æternam, ſed etiam bona præſentis vitæ, tam ſpiritualia, quam temporalia, & etiam liberationem à malis, quæ in Beatitudine æterna non erunt, vt patet in oratione Dominica, *Matth.* 6. Ergo Beatitudo æterna non eſt proprium obiectum ſpei.

Ad primum ergo dicendum, quòd Beatitudo æterna perfectè quidem in cor hominis non aſcendit, vt ſcilicet cognoſci poſſet ab homine viatore, Quæ, & Qualis ſit, ſed ſecundum communem rationem, ſcilicet, boni perfecti, cadere poteſt in apprehenſione hominis. Et hoc modo motus ſpei in ipſam conſurgit. Vnde & ſignantur *Apoſto-*

ius dicit; Spes incedit vſque ad interiora velaminis, quia id quod ſperamus, eſt nobis adhuc velatum.

Ad ſecundum dicendum, quòd quæcumque alia bona non debemus à Deo petere, niſi in ordine ad Beatitudinem æternam: Vnde et ſpes principaliter quidem reſpicit Beatitudinem æternam. Alia verò quæ petuntur à Deo, reſpicit ſecundariò in ordine ad Beatitudinem æternam, ſicut & fides principaliter quidem reſpicit Deum, & ſecundario reſpicit ea, quæ ad Deum ordinantur.

A queſto propoſito mi piace apportar quella riflettione che fà la N. S. Madre ſopra quelle parole del Pater Noſter; Adueniat Regnum tuum: Duplex ſenſus eſt huius petitionis: vel vt petamus à Domino nobis Regnum Cœlorum æternum ad quod creati ſumus, & ius tamquam filij eius habemus, conferri; vel vt ipſe regnet in nobis, nos autem Regnum eius efficiamur.

Intellectus vterque Catholicus eſt, & cum ſacris ſcripturis conueniens, prout mihi Theologi dicunt. De primo enim dixit Dominus Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine Mundi. De ſecundo verò S. Ioannes ait quòd Sancti concinent in Gloria: Redemiſti nos Domine Deus in ſanguine tuo, & feciſti nos Regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri tuo.

Huiuſmodi intellectus ſiue expoſitiones mirabiliter omnibus alijs antecellunt, & inſignis in eis præfulget eminentia hæc, nimirum quòd quando Deus loquitur nobiſcum, vocat, & dicit ſeipſum Regnum noſtrum: Nos verò loquentes cum eo, ipſum benedicimus, quia ſumus Regnum eius; Sicque alternatim, & per vices cæleſtis huius beneuolentiæ reſpectus, & obſequia amoris plena commutamus. Neſcio quæ maior ſit hominis dignitas, an quod Deus glorietur, & in ſummo pretio habeat poſſidere nos tamquam ſuum Regnum, eiuſque Maieſtas hac poſſeſſione (cum ipſe ſit qui eſt) ita contentetur. An quòd ipſe velit noſtrum eſſe Regnum, & nobis ſe tradere in poſſeſſionem, & hæreditatem opulentiſſimam. Interim mihi magis probatur quòd nos Regnum eius ſimus; Inde enim prouenit illum eſſe Regnum noſtrum. Dixit aliquando Catharinæ Senenſi: Tu de me cogita, & omnis mihi de te tuiſque commodis erit cogitatio. Cuidam verò Matri dixit eam: Tu rerum mearum curam habe, Et ego tuarum curam ſuſcipiam. Ergo ſollicitè tales effici non negligamus in quibus magnificiat Diuina illa Maieſtas, & in delicijs habeat regnare, Ipſe enim prouidebit, & ſolicitè curabit, vt nos in eo Regnum poſſideamus. Et hoc eſt Regnum de quo idem Dominus in Euangelio meminit dicens: Quærite primum, & ante omnia Regnum Dei, & obliuiſci-

uiſcimini cæterorum; Nolite ſoliciti eſſe; Scit enim Pater veſter quibus indigeatis, & ipſi ſemper cura eſt de vobis. De hoc pariter Regno inquit S. Paulus quod ſit Gaudium, & pax in Spiritu Sancto.

E concorda parimente la Santa Madre con l'Angelico opuſc. 3. nell'iſteſſa eſpoſitione doue dice: Cum Deus ſit Pater noſter, non ſolum debemus eum reuereri, & timere: Sed etiam ad eum habere debemus dulcem, & pium affectum. Hic autem affectus facit nos petere quòd adueniat Regnum Dei: Tit: Piè, & iuſtè viuamus in hoc ſæculo expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei. Quod quidem Regnum eſt valdè deſiderandum propter tria. Primò propter ſummam iuſtitiam, quæ eſt in eo. *Eſa. 6.* Populus tuus omnes iuſti. Hic enim, mali ſunt mixti bonis: Sed ibi nullus malus erit, & nullus peccator

Item propter perfectiſſimam libertatem: Hic enim non eſt libertas: quanquam omnes naturaliter deſiderent eam: Sed ibi erit omnimoda libertas contra omnem ſeruitutem: *Rom* 8. ipſa creatura liberabitur à corruptione. Et non ſolum erunt ibi omnes liberi: Sed erunt Reges *Apocal.* 2. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum. Cuius ratio eſt: quia omnes erunt eiuſdem voluntatis cum Deo: Et Deus volet quicquid Sancti volent: Et Sancti quicquid Deus voluerit: Vnde cum voluntate Dei ſiet voluntas eorum: Et ideò omnes regnabunt: Quia omnium voluntas fiet: Et Dominus erit corona omnium. *Eſa.* 28. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ: Et ſertum exultationis reſiduo populi ſui. Item propter mirabilem affluentiam. *Eſa.* 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. *Pſal.* Qui replet in bonis deſiderium tuum, &c. Et nota, quòd homo inueniet omnia in Deo excellentiùs, & perfectiùs omni eo quod in Mundo quæritur. Si delectationem quæris, ſummam inuenies in Deo. Si diuitias, ibi omnem ſufficientiam inuenies propter quam ſunt diuitiæ: Et ſic de aliis. Auguſtinus in confeſſionibus. Anima cum fornicatur abs te, quærit extra te: quæ pura, & limpida non inuenit niſi cum redit ad te.

E però dice il S. D. 1. 2. quæſt. 67. art. 6. ad 1. Che: Imperfectio charitatis per accidens ſe habet ad ipſam, quia non eſt de ratione amoris imperfectio: Remoto autem eo, quod eſt per accidens, nihilominus remanet ſubſtantia rei, vnde euacuata imperfectione Charitatis, non euacuatur ipſa Charitas.

Il che prega S. D. M. ci conceda à tutti. Amen, amen, amnen.

LAVS DEO.

DOMI-

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN

Heri hora ſeptima reliquit eum febris. Io. 4.

SAN Gregorio ſcriuendo à *Venantio lib. 1. Epiſt. 33* ponderando *in particolare quelle parole di S. Paolo, che ſcriſſe à quelli d'Effeſo, cioè*: Mundę ſunt manus meæ à ſanguine omnium veſtrum, non enim ſubterfugi quominus annuntiarem omnem conſilium Dei vobis, *Così conclude*: Mundus ergo à ſanguine eorum non eſſet, ſi eis conſilium annuntiare noluiſſet. *Quindi Nicolao Papa* ad Michaelem Imperatorem in Epiſtola, *il cui principio è*, Propoſueramus, *dice*. Diſpenſatio eſt nobis cæleſtis ſeminis iniuncta: Væ ſi non ſparſerimus: Væ ſi tacuerimus, Quod cum electionis vas formidet, & clamet, quantò magis cuilibet exiguo timendum eſt? *Si vede dunque l'obligo ſtretto che ha ogn' vno, che è eſpoſto alla cura dell' anime di ſoſtentarle ſempre con ſaluteuoli diſcorſi: Che però hebbe à dire S. Leone Veſcouo* Ad Clerum, & Plebem conſtantinopolitanæ Vrbis *Epiſt. 22.* Si in laicis vix tolerabilis videtur inſcitia, quantò magis in ijs, qui præſunt nec excuſatione digna eſt, nec venia. Vnde ex *7. Synodo cap. 2. ſi caua, che ſe bene one diſſe il Real Profeta Pſal. 118.* in iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos, *ciò appartiene à tutti*, Omnes quidem Chriſtianos obſeruare ſaluberimum eſt; *Ad ogni modo dice la S. Sinodo deuono principalmente oſſeruarlo i Prelati*, Præcipuè hos qui hierarchicam conſecutſunt Dignitatem. *E poco doppo*: Subſtantia enim Sumini Sacerdotii noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, ideſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina. *E S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 187. art. 4. ad 2* Dicendum, quòd Prælatis competit prædicare ex officio. *E perche cauſa ſi deue attender à queſt' eſſercitio, & in particolare s' hà da predicar la ſcrittura Diuina? Riſponde S. Zefirino Papa Epiſt. 1.* Ad Epiſcopos Siciliæ: Sicut ſtellas Cœli non extinguit nox, ſic mentes fidelium firmamento inhærentes Sanctæ Scripturæ non obſcurat mundana iniquitas. *Per goder dunque ancor noi in parte di queſto bene ſarà il preſente diſcorſo cauato dal corrente Euangelo. Attenti, & comenciamo.*

La Noſtra Santa Madre Tereſa vita cap. 13. dice: In ea ſemper opi-

nione

nione fui, & ero, Christianum quemlibet operam dare debere, vt semper, si fieri possit, conferat cum eo, qui Doctrina luculenter instructus est; & quo hic erit Doctior, eo id ei futurum melius. *Vnde accenna il Martinez lib. 1. cap. 17. Vitæ. Che l'istessa* S. Pedem non mouebat, nedum quid maius auspicabatur, nisi electissimos ante Theologos in consilium adhibuisset cum quibus rem omnem communicabat. *Nel che si conferma la Santa con i Prouerbij cap. 2. n. 11. doue dice* Salomone, *che*: Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te; Vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur, &c.

A noi adesso conforme ci obligano le nostre Constitutioni Par. 2. cap. 4. num. 6. doue dicono: Lectores Theologiæ operam dabunt Sacram Doctrinam à Sanctis Patribus, præcipuè à D. Thoma traditam edocere. *andiamo conforme al solito da cosi gran Maestro, e vediamo ciò che dice ne suoi Sermoni sopra il corrente Euangelo.*

Dice dunque, che, Moraliter duo notantur in verbis istis. Primò Peccatoris infirmitas, scilicet febris. Secundò quot sint ad curationem ipsius necessaria, reliquit eum febris.

Circa primum uota, quòd Peccatores laborant septem febribus. *E à tutte vi sono i suoi rimedij. Laonde sicome nota S. Tomaso opusc. 28. de fato art. 1. sopra quel detto di Ptolomeo*: quòd Sapiens homo dominabitur Astris. Vnde dicit Commentator quòd si effectus circuli cœlestis in curando humores corpus disponat ad quartanam, Sapiens Medicus hoc præuidens per calida, & humida corpora disponit ad sanitatem: & tunc excluso effectu cœlesti quartana non inducitur: *così à paritate segue nelle febri spirituali dell'anima nostra se il Medico spirituale vi appliea i suoi rimedij preseruatiui a' suoi tempi. non è l'huomo necessitato al loro influsso per qualsiuoglia impressione di Stelle: poiche come dice S. Gregorio in Homil. de Epiphan. Domini:* Stellæ factæ sunt propter hominem, non homo propter stellas: Si ergo Stellarum motus non esset in hominis ministerio stella quæ Magis apparuit, non moueretur ad nutum Domini, quod est inconueniens, &c.

Hor qual sara la prima di queste febri?

Prima est Continua, quæ est luxuria: *Oseæ* 4. Fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam Deum dereliquerunt in non custodiendo.

Febris, secundum Medicos, est intemperies calida totius corporis. *Onde durando questa intemperie, dura parimente la febre*: Quandiu enim materia peccans, & causa febrem fouens persistit, necesse est vt febris perseueret.

S. *Ambrosio de Abel, & Cain*: Sæuus criminum stimulus libido est quæ nunquam manere quietum patitur affectum; Nocte feruet, die anhelat.

ES. *Tomaso* 2. 2. *q.* 153. *art* 4. Dicendum, quòd Vitium capitale eſt quòd habet finem multum appetibilem: Finis autem luxuriæ eſt delectatio venereorum, quæ eſt maxima. Vnde huiuſmodi delectatio eſt maximè appetibilis ſecundùm appetitum ſenſitiuum, tum propter vehementiam delectationis, tum etiam propter connaturalitatem huiuſmodi concupiſcentiæ.

Et 2. 2. *qu.* 55. *art.* 8. *ad* 1. *apporta l'autorità del Filoſofo, il quale* Venerem doloſam appellat in quantum ſcilicet Hominem ſubitò furripit: vnde & ſubdit, quòd Venus furetur intellectum multum Sapientis.

S. *Gregorio in Moralibus:* Ex quo luxuria ſemel mentem alicuius occupauerit, vix eum bona cogitare permittit. Sunt enim deſideria viſcoſa, quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex defenſione gloriatio, ex ex gloriatione damnatio.

E finalmente S. *Agoſtino de ſingularitate Clericorum:* Quanti, & quales Clerici poſt Confeſſionum, & Victoriarum calcata certamina, poſt magnalia, & ſigna mirabilia vſquequaque monſtrata noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe, quùm volunt in naui fragili nauigare. Quantos Leones domuit vna infirmitas delicata, ideſt luxuria, quæ cum ſit vilis,, & miſera, de magnis efficit prædam.

Mà che occorre? Dice la N.S. Madre De via perfectionis cap. 7. Neque enim nos defatigemus oportet in dicendo malum de re, quæ ipſe infernus eſt, imò nec de minimo, quod in eo ſitum eſt malo, ſatis malorum dici poteſt.

Qual ſarà il ſuo rimedio? la medeſima ini cap. 10. Inſigne aduerſus hoc remedium eſt continuò, quàm omnia vana ſint, & quàm citò prætereant, recogitare, vt ſic affectus & cor à rebus adeò vilibus auellatur, & perpetuò duraturis applicetur. Eſto enim hoc tenue, & ſimplex remedium eſſe videatur, Animã tamen maximopere corroborat. Ad hæc, vt etiam paruis in rebus magna reflexio, & aduertentia adhibeatur, vt, nimirum ſtatim, atque in aliquam nos propendere animaduertimus cogitationem noſtram, inde dimouere, & auertere, atque ad Deum conuertere ſtudeamus.

Ma vediamo ciò che dice S. *Tomaſo* 2. 2. *quæſt.* 124. *art.* 5. *ad* 1. Chriſtianus dicitur, qui Chriſti eſt: Dicitur autem aliquis eſſe Chriſti, non ſolùm ex eo quòd habet fidem Chriſti, ſed etiam ex eo quòd Spiritu Chriſti ad opera virtuoſa procedit; ſecundùm illud *ad Rom.* 8. Si

quis

quis Spiritum Christi non habet; hic non est eius. Et etiam ex hoc, quòd ad imitationē Christi peccatis moritur, secùndùm illud *ad Galat.* 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.

Ilche singolarmente risplende nella Verginità voluntaria, è fermata di più col voto perpetuo; sicome ne habbiamo l'essempio nella Beatissima Vergine Madre di Dio, della quale dice il S. D. 3. P. quæst. 28. art. 4. Perfectionis opera magis sunt laudabilia si ex voto celebrentur. Virginitas autem in Matrem Dei præcipuè debuit pollere: Et ideò conueniens fuit, vt Virginitas eius ex voto esset Deo consecrata.

E parlando della Castità 2. 2. qu. 15. art. 1. dice che Nomen castitatis sumitur ex hoc quòd per rationem concupiscentia castigatur, quæ ad modum pueri est refrenanda,

Mà sentiamo Vgone à S. Victore: Duobus modis ignis extinguitur, scilicet dùm subtrahuntur ligna, vel aspergitur aqua. Sic luxuriæ flamma, dùm subtrahuntur carnis incentiua, vel dùm mens irrigatur lacrymarum affluentia, suffocatur ne noceat.

De primo: *Eccl.* 9. Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Noli circumspicere in vicis Ciuitatis, nec oberraueris in Plateis illius. Auerte faciem tuam à Muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierunt.

De secundo *Sap.* 8. Sciui quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det. *Matth.* 17 Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium.

Laonde S. *Girolomo in Isaiam*: Oratio Deum lænit, sed lacryma cogit, hæc vngit, illa pungit;

Quanto al Primo vi cōcorda l'Angelico opusc. 64. perche forsi Non satis posset quis hac sagitta percussus se ieiunijs, vigilijs, ac disciplinis affligere, & orare; quia si non fugiat personā, & omnē occasionē despiciat, nunquam curabitur ab illo morbo, sed magis augebitur illud vulnus

Al qual proposito parimente spiega quel detto dell'Ecclesiastico cap. 42. Melior est iniquitas Viri, quam Mulier benefaciens. *Quæst. 3. de malo art. 13. ad 2.* Secundùm literalem sensum melior est iniquitas Viri, idest vir iniquus ad commorandū, quàm mulier benefaciens Facilius enim homo præcipitaretur in peccatum ex familiari conuersatione cum bona muliere, quàm cum malo Viro: Et hoc patet per hoc quòd præmittitur: In medio Mulierum noli commorari: & per illud quod sequitur, & mulier confundens in opprobrium.

S. Thomas Opusc. 64. De periculo familiaritatis dominarum, vel

mulierum Multi nimis afficiuntur ad ſeipſos, quidam ad aliquas perſonas, quidam ad honores, quidam ad diuitias temporales. Et quia hæc ſunt ſicut murus inter Deum & animam, ideò nullus homo habens aliquid de prædictis, poteſt in via Dei proficere, nec habere puram orationem, & maximè quando eſt carnalis affectio ad perſonam. Et de hac intendo loqui modo. Nam talis affectio, multos ſpirituales ſub ſpecie amicitæ ſpiritualis, à ſtatu orationis impedit, & impediuit. Hæc eſt inquietudo mentis peſtifera, orationem mentis, & oris inficiens, & diſpergens, & affectus contrarios orationi in mente generat, & exercet. Nam ſicut oratio pura mentem purificat, & illuminat, lętificat, fortificat, & impinguat, ſic carnalis affectio, & immunda, mentem inficit, & obſcurat, contriſtat, debilitat, & ſiccat, &c. Et quoniam ſpiritualibus loquor, propter quos iſta ſcribuntur, nouerint ipſi, quòd licet carnalis affectio ſit omnibus periculoſa, & damnoſa, eis tamen pernicioſa eſt magis, maximè quando conuerſantur cum perſona, quæ ſpiritualis videtur: nam quamuis eorum principium videatur eſſe purum, frequens tamen familiaritas domeſticum eſt periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum, bono colore depictum. Quæ quidem familiaritas, quantò plus creſcit, tantò plùs infirmitatur principale motiuum, & vtriuſque puritas maculatur, &c. vide ibi.

Indi conclude. Propter quod ſequamur auxilium, ſiuè conſilium B. Hieronym. dicentis. Fœminam quam vides benè conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia: Quia initium libidinis, in viſitatione mulierum eſt: & mundus cum mulieribus non meliùs quam fugiendo vincitur: quia cum cæteris vitijs, & morbis quis poſſet reſiſtere: huic tamen non poteſt niſi per fugam. Et alibi. Si mulier potuit vincere eum qui iam erat in paradiſo, non eſt mirum ſi eos impediat, qui nondum ad paradiſum peruenerunt. Et idem. Solus cum ſola non ſedeas in ſecreto abſque arbitro, & teſte. Et iterum ne ſub eodem tecto cum muliere manſeris: Nec in præterita caſtitate confidas: quia nec tu Sanſone: Nec Salomone ſapientior. Si fortè dicas, iam corpus mortuum eſt: Dico tibi quoniam Diabolus viuit: cuius flatus, prunas extinctas ardere facit: Item idem dicit: Omnes Virgines Chriſti, & puellas, aut æqualiter dilige: aut æqualiter ignora. Item B. Auguſtinus dicit. Sermo breuis, & rigidus cum mulieribus eſt habendus. Nec tamen quia ſanctiores fuerunt, ideò minus cauendæ. *Anzi che*. Quia Sanctiores fuerint, eò magis allicuntur, & ſub prætextu blandi ſermonis immiſcet ſe viſcus impiſſimæ libidinis. Crede mihi. Epiſcopus ſum. Epiſcopo loquor, non mentior. Cedros Lybani,

ideſt

ideſt contemplationis altiſſimæ homines. Et gregum arietes, ideſt, Magnos Prælatos Eccleſiæ, ſub hac ſpecie corruiſſe reperi: de quorum caſu non magis præſumebam, quam Hierony. & Ambro: ſicut etiam ait Bernard. Quotidiè conuerſaris cum muliere, & continens vis putari? Eſto quod ſis: maculam tamen ſuſpicionis portas: Scandalum mihi es. Tolle materiam, & cauſam ſcandali: quia vęh homini illi per quem ſcandalum venit.

In ſomma conclude il Sauio nel cap. 2. citeato ne Prouerbi la Donna Mollit Sermones ſuos. Et relinquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec aprehendent ſemitas vitæ.

Secunda febris eſt Quotidiana, quæ eſt Gula, in qua quotidie peccatur. *Iſaiæ 56.* Comedamus, & bibamus, ſummamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic, & cras, & multò amplius.

Hæc ſecundum Medicos, fit ex impura materia, aliiſque humoribus permixta, cuiuſmodi eſt, quæ in pectore accidit, vel in parte inferiori ventris, aut in vtero: vnde febris catharalis, vt plurimum dicitur.

Lucæ 6. Vęh vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Idem 21. Attendite vobis ne fortè grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius Vitæ.

Doue S. Iſidoro lib. 1. de Summo Bono: Gulæ ſaturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque euertere facit.

S. Ambrogio De Ieiunio: Malæ Dominæ ſeruitur Gulæ, quæ ſemper expetit, numquam expletur: Quid enim inſatiabilius ventre? hodie ſuſcipit, cras exigit, cum impletus fuerit diſputatur de continentia, cum digeſſerit, Vale Virtutibus dicitur.

S. *Tomaſo 2. 2. quæſt. 148. art. 2. ad 4.* Dicendum, quòd Gula dicitur Virtutes auferre non tàm propter ſe, quàm etiam propter Vitia, quæ ex ea oriuntur: Dicit enim Gregorius in Paſtorali: Dum venter per ingluuiem tenditur, virtutes animę per luxuriam deſtruuntur.

Si deue però notare ibi ad 2. Quòd Vitium Gulæ non conſiſtit in ſubſtantia cibi, ſed in concupiſcentia non regulata ratione: & ideò ſi aliquis excedat in quantitate cibi non propter concupiſcentiam cibi, ſed æſtimans id ſibi neceſſarium eſſe, non pertinet hoc ad Gulam, ſed ad aliquam imperitiam; ſed hoc ſolùm pertinet ad Gulam, quòd aliquis propter concupiſcentiam cibi delectabilis, ſcienter excedat menſuram in edendo.

Nel qual eccesſo può arriuar à peccato mortale quæſt. 14. de Malo doue

dice, che: Si quis ſcienter propter immoderatam concupiſcentiam cibi graue ſuo corpori nocumentum inferret, nimis comedendo, & nociua ſumendo, non excuſaretur à peccato mortali.

Et art. 5. in corp. proua parimente che: Gula eſt Vitium capitale: Dicendum, quòd Vitium capitale dicitur, ex quo alia vitia oriuntur. ſecundùm rationem cauſæ finalis, in quantùm ſcilicet habet finem multum appetibilem: vnde ex eius appetitu Homines prouocantur multipliciter ad peccandum. Ex hoc autem aliquis finis redditur multum appetibilis, quòd habet aliquam de conditionibus felicitatis, quæ eſt naturaliter appetibilis: Pertinet autem ad rationem felicitatis delectatio: Et ideò vitium Gulæ, quod eſt circa delectationes tactus, quæ ſunt præcipuæ inter alias, conuenienter ponitur inter vitia capitalia.

Mà ſentiamo ancor meglio queſta dottrina nell'Articolo ſecondo della cittata queſtione della 2. 2. in corpore doue così diſcorre il S. M. Vitium Gulæ propriè conſiſtit in concupiſcientia inordinata. Ordo autem rationis per concupiſcentiam ordinantis dupliciter tolli poteſt. Vno modo quantùm ad ea, quæ ſunt ad finem prout ſcilicet non ſunt ita commenſurata, vt ſint proportionata fini. Alio modo quantùm ad ipſum finem, prout ſcilicet concupiſcentia hominem auertit à fine debito. Si ergo inordinatio concupiſcentiæ accipiatur in Gula ſecundùm auerſionem à fine vltimo, ſic Gula erit peccatum mortale. Quod quidem contingit, quando delectationi Gulæ homo inhæret tanquam fini, propter quem Deum contemnit, paratus ſcilicet contra Præcepta Dei agere, vt delectationes huiuſmodi aſſequatur.

I ſuoi rimedij ſono due, vno ſopranaturale, l'altro naturale. Del Primo Hæbr. 13. Optimum eſt Gratia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulentibus in eis.

Doue S. Giouanni Damaſceno: Si Gula impugnaris, ventrem coerce, numero, & menſura cibus, & potus ſumatur. Animæ ſeparatio à corpore, iudicium venturum, & horrenda gehennæ flamma, pariter, & Regni cœleſtis deſiderium, aſſiduè coram oculis obſeruentur, ſicq; Ventris opprimetur voluptas.

E S. Tomaſo direttamente 2. 2. qu. 146. art. 2. vi applica la propria Virtù oppoſta, che è l'Aſtinenza, dicendo; Virtus moralis conſeruat bonum rationis contra impetus paſſionum: Et ideò vbi inuenitur ſpecialis ratio, qua paſſio abſtrahit à bono rationis, ibi neceſſe eſt eſſe ſpecialem virtutem. Delectationes autem ciborum natæ ſunt abſtrahere hominem à bono rationis, tum propter earum magnitudinem: tum etiam propter neceſſitatem ciborum, quibus homo indiget ad vi-

tæ

tæ conſeruationem, quam maximè homo deſiderat: & ideò abſtinentia eſt ſpecialis Virtus.

Ma la N. S. Madre vi oppone per freno il caſtigo De via Perfectionis cap. 40. Quis tunc miſellæ animæ erit ſtatus, quæ è tam vehementibus doloribus, & tormentis (qualia ſunt tormenta mortis) iamiam egreſſa, derepentè in haſce manus incidet, quam triſtem, & nullam ibi quietem inueniet: Quam diſcerpta, & lacerata in tartarum rapietur! A' quam multis diuerſorum generum Serpentibus illic circumdabitur! Quem ei locus ipſe horrorem incutiet! Quàm ferale, & incommodum iſtud ei erit diuerſorium! Si ne vna quidem nocte incommodum hoſpitium æquanimiter ferri quæat (Præſertim ſi Hoſpes delicatus ſit, quales verisimile eſt pleroſque eſſe, qui illuc deſcendunt) quid ergo miſeram illam animam ſenſuram putatis, cum ad tale hoſpitium, quod iam æternum illi, & perpetuum futurum eſt, diuertet?

Et indi conclude: Non quæramus ergo in hoc Mundo delicias, aut commoda, Chariſſimæ: Benè hic ſumus, incommodum quod hic patimur diuerſorium, vnica dumtaxat durat nocte: Deum laudemus: & hac in vita de peccatis pœnitentiam ageré ſatagamus. Quàm verò illi mors dulcis, & optabilis erit, qui eam pro omnibus peccatis ſuis iam fecerit, vt ad purgatorium conſcēdere ipſum neceſſe non ſit! imò fieri poſſet, vt iam inde ab hac vita incipiat frui Gloria. Nullum hic omninò in ſe timorem ſentiet, ſed plenam, & abſolutam pacem: non ergo omnimodis, Chariſſimæ, ac totis viribus, connitemur, vt huc pertingamus, cum id poſſibile ſit? Id autem ſi negligamus, magna haud dubiè ignauia, ac deſidia erit. Deum verò rogemus, vt ſi ſtatim à morte nos pœnam pati oporteat, eo ſaltem in loco eam patiamur, vbi eam libenter patiamur certa cum Spe, quòd ab illa aliquando eripiendæ ſimus, atque vbi amicitia, & gratia illius neutiquam excidamus; vtque hanc in hac vita nobis concedat, ne in tentationem ignaræ, & non intelligentes incidamus.

Quanto al rimedio naturale. Ariſt. lib. 1. *Reth. cap.* 6. Vita ipſa etiamſi nullum aliud bonum conſequatur, per ſe tamen amatur, optatur, deſideratur.

Hora chi non sà che è regola di Galeno, e d' Hipocrate. Quòd Gula interficit plures, quàm gladius.

Item Hipocrate l. de alim. Vbi cibus præter naturam ingeſtus eſt, hic morbum facit, & repletiones quæ ad extremum deueniunt, graues ſunt. E *però diſſe ſauiamente colui*: Eſſe cupis ſanus, ſit tibi parca manus. Pone Gulæ metas, vt ſit tibi longa ætas.

Quindi S. Tomaſo ſopra quelle parole di S. Pietro c. 1. Miniſtrate in fide

fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinenti am, *dice* 2. 2. *quæſt.* 146. *art.* 1. In præmiſſa authoritate Petri dicitur, in ſcientia eſſe abſtinentiam miniſtrandam; vt ſcilicet homo à cibis abſtineat prout oportet, pro congruentia hominum, cum quibus viuit, & perſonæ ſuæ, & pro valetudinis ſuæ neceſſitate.

Per tanto ſoggionge il S. D. Quodl. 5 *art.* 18. Dicendum, quòd ſecundùm Philoſophum 1. Politic. cap. 1. Aliter eſt iudicandum de fine, aliter de his, quæ ſunt ad finem; illud enim, quod quæritur tanquam finis, abſque menſura quærendum eſt; In his autem, quæ ſunt ad finem, eſt adhibenda menſura ſecundùm proportionem ad finem; ſicut Medicus ſanitatem, quæ eſt finis eius, facit quantumcumque maiorem poteſt, ſed adhibet medicinam ſecundùm quòd conuenit ad ſanitatem faciendam.

Eſt ergo conſiderandum, quòd in ſpirituali vita Dilectio Dei eſt ſicut finis, ieiunia autem, & vigiliæ, & alia exercitia corporalia non quæruntur tanquam finis, quia ſicut dicitur *Rom.* 14. Non eſt Regnum Dei eſca, & potus, ſed adhibentur tanquam neceſſaria ad finem, ideſt ad domandas concupiſcientias carnis, ſecundùm illud *Apoſtoli* 1. *ad Corinth. cap.* 9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, &c. Et ideò huiuſmodi ſunt adhibenda cum quadam menſura rationis, vt ſcilicet concupiſcentia deuitetur, & natura non extinguatur, ſecundùm illud *Ad Rom.* 12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, & poſtea ſubdit, Rationabile obſequium veſtrum.

Si verò aliquis in tantum virtutem naturæ debilitet per ieiunia, & vigilias, & alia huiuſmodi, quòd non ſufficiat debita opera exequi, puta Prædicator prædicare, Doctor docere, Cantor cãtare, & ſic de alijs, abſque dubio peccat; ſicut peccaret Vir, qui nimia abſtinentia ſe impotentem redderet ad debitum Vxori reddendum.

E di ſimile diſcretione anche auiſa la Serafica Madre nel Caſtello dell'anima cap. 3, *che oue ſi rendeſſero impotenti le Religioſe all'Oſſeruanza Regolare:* Ad hæc det operam *la Superiora*, vt ſufficienter dormiant, & comedant, quoadusque vires naturales ipſis redeant, ſi fortè hac ratione perditæ ſint.

Che però à tal propoſito dice il S. D. nella cittata queſtione delle 2. 2. *art.* 1. Dicendum, quòd Gula non nominat quemlibet appetitum edendi, & bibendi, ſed inordinatum. Dicitur autem appetitus inordinatus ex eo, quòd recedit ab ordine rationis, in quo bonum virtutis moralis conſiſtit.

Tertia Febris eſt Tertiana, quæ ſignificat Iracundiam ex accenſione caloris. *Eccl.* 28. Secundùm ligna Siluæ, ſic ignis exardeſcit, & ſecundùm

cundùm virtutem Hominis ſic iracundia illius erit, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam exaltabit viam ſuam.

Tertiana, Secundum Medicos, fit ex bile, & tot ſunt Tertianæ quo tuplex eſt bilis. Et ſecundum Galenum ſeptem periodis terminatur, ſingulique vltra duodecim horas non ſe extendunt. *Eccleſ.* 27. Ira, & furor vtraque execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum.

Ambroſius lib. 1. moral. Quanta ſit iracundiæ culpa penſare poſſumus, per quam dum manſuetudo amittitur ſupernæ Imaginis ſimilitudo vitiatur.

Et Angelico 2. 2. quæſt. 158. art. 6. ad 3. Dicendum, quòd Ira dicitur eſſe ianua vitiorum per accidens, ſcilicet remouendo prohibens, ideſt impediendo iudicium rationis per quod homo retrahitur à malis: Dirrectè autem, & per ſe eſt cauſa aliquorum ſpecialium peccatorum, quæ dicuntur filiæ eius, *Quali nomina nel ſeguente Articolo, E ſono ſei, cioè*: Rixa, Tumor mentis, Contumelia, Clamor, Indignatio & Blaſphemia.

E però, Ira eſt vitium capitale. ibi *in corp.* Dicendum, quòd vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur: Habet autem hoc Ira, quòd ex ea multa vitia oriri poſſunt duplici ratione; Primò ex parte ſui obiecti, quod multum habet de ratione appetibilitatis, in quantum ſcilicet vindicta appetitur ſub ratione iuſti, vel honeſti, quod ſua dignitate allicit. Alio modo ex ſuo impetu, quo mentem præcipitat ad inordinata quecumque agenda: Vnde manifeſtum eſt, quòd Ira eſt vitium capitale.

Però ſi deue anche ſapere An, & quando ira ſit peccatum mortale, & Veniale *ibi art. 3.* Dicendum, quòd motus iræ poteſt eſſe inordinatus, & peccatum dupliciter.

Vno modo ex parte appetibilis, vtpotè cum aliquis appetit iniuſtam vindictam: Et ſic ex genere ſuo ira eſt peccatum mortale, quia contrariatur Charitati, & Iuſtitiæ. Poteſt tamen contingere, quòd talis appetitus ſit peccatum veniale propter imperfectionem actus; quæ quidem imperfectio attenditur; vel ex parte appetentis, puta cùm motus iræ præuenit iudicium rationis, vel etiam ex parte appetibilis, puta cum aliquis appetit in aliquo modico ſe vindicare, quod quaſi nihil eſt reputandum, ita etiam quod ſi actu inferatur, non eſſet peccatum mortale; Puta ſi aliquis parùm trahit puerum aliquem per capillos, vel aliquid huiuſmodi

Alio modo poteſt eſſe motus iræ inordinatus quantùm ad modum iraſcendi; vtpotè ſi nimis ardenter iraſcatur interiùs; Vel ſi nimis

exte-

exteriùs manifeſtet ſigna iræ: & ſic ira ſecundum ſe non habet de ſuo genere rationem peccati mortalis. Poteſt tamen contingere, quòd ſit peccatum mortale, puta ſi ex vehementia iræ aliquis excidat à dilectione Dei, & proximi.

Si come ne apporta l'eſempio il S. M poſtill. it Geneſ. 25. in Eſaù. verſo il fratello ſuo Giacob, de quali così dice: Primus non ſolum concupiſcentia, ſed & iracundia totus eſt rufus, & hiſpidus: Nam ſemper horrendo zelo, & odio proſequitur fratrem ſuum; prout dicitur Amos, 1. Secundus autem ſimplicitate, & quieta intra ſe manſione gaudet: Et tunc ob neceſſariæ rei parui penſionem Primogenituram alteri debitam ſibi acquirit.

Suo rimedio? Prouerb. 15. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. *Ad Epheſ.* 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.

Doue Vgone, ideſt, ira non duret vſque ad occaſum Solis. *Mà come ſi può fare? Procurar di ſcordarſi ſubito dell' ingiuria riceuuta. P. 2. q. 48. art. 2. ad 2.* Philoſophus dicit in 8. *Ethic.* Quod ſi diuturna fiat Amici abſentia, videtur amicitiæ obliuionem facere, ſed in præſentia Amici ſemper per tempus multiplicatur cauſa amicitiæ, & ideò amicitia creſcit. Et ſimiliter eſt de ira ſi continuè multiplicaretur cauſa ipſius. Vnde Beda ſuper Parabolas Salomonis *lib* 5. Hæc eſt natura iræ vt dilata langueſcat, & pereat: prolata verò magis ac magis conflagret.

Item S. *Tomaſo in Epiſt ad Titum* 3. *ſopra quelle parole:* Sed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines; Eramus enim aliquando, & nos inſipientes, & increduli, &c. *lect.* 1. Eſt Modeſtia virtus, per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, vt non offendat cuiuſque aſpectum *Philip.* 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. *Prouerb.* 22. Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ, gloria, & vita, &c. Quantò autem aliquis eſt impetuoſior in interioribus affectibus, tantò refrænatur difficilius etiam in exterioribus. Talis autem eſt inter omnes affectus iræ: Et ideò contra hoc ponit manſuetudinem, quæ moderatur paſſiones iræ. Vnde dicit, omnem manſuetudinem oſtendentes ad omnes homines. *Matth.* 11. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. *Iacobi.* 1 In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare Animas veſtras.

Deinde cum dicit, eramus enim, & nos &c. aſſignat rationem prædictorum, & maximè huius vltimi, ſcilicet, quòd ſint manſueti. Poſſent enim dicere, quomodo erimus manſueti ad infideles? Quo-

modo

modo ad malos? Non enim hoc possumus. Respondet, considera te qualis fueris. Et ideò contra iram optimum remedium est recognitio fragilitatis propriæ.

E per vltimo vi soggionge la N. Santa Madre Teresa quest' altro motiuo, esponendo quelle parole del Pater noster: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Possunt verba hæc (prout quidem sonant) in rigore intelligi, postulantes, vt nobis remittat, sicut nos dimittimus; quilibet enim, qui ad Deum exorandum accedit, præsumitur, quòd omnibus dimiserit à quibus offensus fuit, & ipso petendi modo expressè nosmetipsos, qualiter petere, & quales in Dei conspectu venientes esse debeamus admonemur; Quarè si nostris Debitoribus offensas non dimiserimus, ipsimet in nos sententiam proferimus, quòd planè indigni sumus remissione: Ait enim sapiens: Homo Homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit.

E S. Tomaso Opusc. 3. sopra la seconda petitione del Pater noster sul fine: Secundum primam expositionem ex quo homo desiderat, quòd Deus sit Dominus omnium, non vindicat se de iniuria sibi illata, sed reseruat eam Deo. Nam si vindicares te non quæreres, quòd aduenire Regnum Dei. Secundùm verò secundam expositionem, si tu expectas regnum eius, idest gloriam Paradisi, non debes curare si perdis res mundanas. Item secundùm tertiam expositionem, si tu petis, quòd Deus regnet in te, & Christus, cum ipse fuerit mitissimus, & tu debes esse mitis *Matth.* 11. Discite à me quia mitis sum. *Hebr.* 14. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.

E finalmente di nuouo trà li suoi ricordi dà questo pure la Santa Madre che è il 59. Nunquam aliquem in iracundia reprehendes; Sed cum iam illa præterijt; ac tum demum reprehensio tua proderit reprehenso.

Quarta Febris est Quartana quæ significat Acediam, quæ prouenit ex melanchonia *Prouerb.* 25. Sicut tinea, vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Secundum Medicos Febris non iudicatur esse Quartana quia de quarto in quartum paroxismet, sed quia à melancholia dependet, cui proprietas inest, vt apta sit de quarto in quartum periodicare. *Et insegna Ipocrate Aphor.* 25. *Che*, Æstiuæ quartanæ magna ex parte breues: Autumnales longę, & maximè quæ hyemem attingunt.

S. Tomaso 2. 2. *quæst.* 35. *art.* 1. *in corp.* Dicendum, quòd Acedia secundùm Damascenum est quædam tristitia aggrauans, quæ scilicet ita deprimit animum hominis, vt nihil ei agere, libeat, sicut ea, quæ

ſunt acida etiam frigida ſunt: Et ideò acidà importat quoddam tedium operandi, vt patet per hoc, quod dicitur in Gloſſa ſuper illud Pſalmiſtæ, omnem eſcam abominata eſt anima eorum: Et à quibuſdam dicitur, quòd acedia eſt torpor mentis bona negligentis inchoare: Huiuſmodi autem triſtitia ſemper eſt mala, quandoque quidem etiam ſecundùm ſeipſam; Quandoque verò ſecundùm effectum. Triſtitia enim ſecundùm ſe mala eſt, quæ eſt de eo quod eſt apparens malum, & verè bonum: Sicut è contrario mala delectatio eſt, quæ eſt de eo quod eſt apparens bonum, & verè malum. Cum ergo ſpirituale bonum ſit verè bonũ, Triſtitia quę eſt de Spirituali bono eſt ſecundũ ſe mala. Sed etiam Triſtitia, quæ eſt de verè malo, mala eſt ſecundùm effectum, ſi ſic aggrauet nominem, vt eum totaliter à bono opere retrahat; Vnde & *Apoſtolus. 2. ad Corinth. 2.* Non vult vt pœnitens maiori triſtitia de peccato abſorbeatur: Quia ergo acedia ſecundùm quod hic ſumitur nominat triſtitia ſpiritualis boni, eſt dupliciter mala, & ſecundùm ſe, & ſecundùm effectum: Et ideò acedia eſt peccatum.

Si deue però anche ſapere ibi art. 3. in corp. Che: Si ſit inchoatio peccati in ſola ſenſualitate, & non pertingat vſque ad conſenſum ratiois, propter imperfectionem actus, eſt peccatum veniale; Sicut in genere Adulterij Concupiſcentia, quæ conſiſtit in ſola ſenſualitate, eſt peccatum veniale, ſi tamen peruenitur vſque ad conſenſum rationis, eſt peccatum mortale: Ita etiam, & motus Acediæ in ſola ſenſualitate quandoque eſt propter repugnantiam Carnis ad ſpiritum, & tunc eſt peccatum veniale: Quandoque verò contingit vſque ad rationem, quæ conſentit in fugam, & deteſtationem boni diuini, carne contra ſpiritum omninò prævalente, & tunc manifeſtum eſt, quòd Acedia eſt peccatum mortale.

Mi diranno: An receſſus mentis à quocunque ſpirituali bono, etiam ab illo, ad quod aliquis non tenetur, ſit Acedia.

Riſponde iui il S. M. art. 2. ad 2. Dicendum, quòd Accedia non eſt receſſus mentalis à quocumque ſpirituali bono, ſed à bono diuino, cui oportet mentem inhærere ex neceſſitate: Vnde ſi quis contriſtetur de hoc, quòd aliquis cogit eum implere opera virtutis, quæ facere non tenetur, non eſt peccatum Acediæ; Sed quando contriſtatur de his quæ ei imminent facienda propter Deum.

Mi diranno: Vtrum Acedia ſit vitium capitale. Et vtrum conuenienter *D. Gregorius 31. Moral.* Aſſignet ſex filias ipſius, malitiam, rancorem, puſillanimitatem, deſperationem, torporem circa præcepta, euagationem mentis circa illicita?

Riſponde il S. D. Quæſt. 11. de malo art. 4. in corp. Dicendum, quòd vitium

vitium capitale est ex quo alia vitia oriuntur, secundùm rationem causæ finalis: Sicut autem homines propter delectationem quandam procedunt ad multa facienda, vel vitanda; Ita etiam & propter tristitiam fugiendam: Vtrumque enim eiusdem rationis esse videtur, sicut quærere bonum, & fugere malum. Cum ergo Acedia sit quædam tristitia de bono diuino interno, sicut inuidia de bono proximi; sicut ex inuidia multa vitia oriuntur, in quantùm homo multa facit inordinatè ad huiusmodi tristitiam repellendam, quæ consequitur de bono proximi, ita etiam & Accedia est vitium capitale.

Sed quia etiam nullus homo est, qui absque delectatione in tristitia manere possit, *vt Philosophus dicit in 6. Ethic.* Ideò ex tristitia duo consequuntur: Quorum vnum est, vt recedat à contristantibus: Aliud est vt ad alia transeat, in quibus delectetur: Et secundùm hoc *Philosophus dicit in 2. Ethic.* Quòd illi, qui non possunt gaudere de delectationibus spiritualibus, vt plurimum transferunt se ad delectationes corporales, & secundùm hoc ex tristitia, quæ concipitur ex spiritualibus bonis, sequitur Euagatio circa illicita, in quibus animus carnalis delectatur.

In fuga autẽ Tristitiæ talis processus attenditur, quòd primò quidem homo ea fugit, secundò etiam persequitur; Ad fugam autem spiritualium bonorum, quæ delectare possunt, pertinet & recessus à bono diuino sperato, & hæc est Desperatio: Et iterum recessus à bono spirituali agendo, qui quidem quantum ad communia, quæ sunt de necessitate salutis, est Torpor circa præcepta: Quantùm autem ad ardua, quæ cadunt sub consilijs, est Pusillanimitas.

Vlterius autem contingit, quòd si aliquis inuitus detineatur in spiritualibus bonis, quæ ipsum contristant, concipit primò quidem indignationem ad Prælatos, vel ad quascumque Personas in his detinentes; & hic est Rancor: Secundò verò concipit indignationem, & odium contra etiam ipsa spiritualia bona, & hæc propriè est malitia.

Mi diranno: Vtrum etiam D. Isidorus in libro de summo bono conuenienter assignet septem filias Accdiæ, scilicet otiositatem, somnolentiam, importunitatem mentis, inquietudinem corporis, instabilitatem, verbositatem, & curiositatem?

Risponde S. Tomaso similmente 2. 2 quæst. 35. art. 4. ad 3. Dicendum, quòd illa, quæ Isidorus ponit oriri ex Acedia, & Tristitia, reducuntur ad ea, quæ Gregorius ponit: Nam amaritudo, quam Isidorus ponit oriri ex Tristitia, est quidam affectus Rancoris; Otiositas autem, & somnolentia reducuntur ad Torporem circa præcepta, circa

quæ eſt aliquis otioſus omninò ea prætermittens; Et ſomnolentus ea negligenter implens.

Omnia autem alia quinque, quæ ponit ex Acedia oriri, pertinent ad Euagationem mentis circa illicita, quæ quidem ſecundùm quòd in ipſa arce mentis reſidet volentis importunè ad diuerſa ſe diffundere, vocatur importunitas mentis: Secundùm autem quòd pertinet ad cognitionem, dicitur curioſitas; Quantum ad locutionem, dicitur verboſitas: Quantum autem ad corpus in eodem loco non manens, dicitur inquietudo corporis, quando ſcilicet aliquis per inordinatos motus membrorum vagacitatem indicat mentis: Quantum autem ad diuerſa loca, dicitur inſtabilitas ſecundùm mutabilitatem propoſiti.

Diranno: Cui nam præcepto opponitur Acedia? *Riſponde iui art. 3. ad 1.* Dicendum, quòd Acedia contrariatur Præcepto de ſantificatione Sabbati, in quo, ſecundùm quòd eſt Præceptum morale, præcipitur quies mentis in Deo, cui etiam contrariatur Triſtitia mentis de bono Diuino. *E ſe finalmente mi domandaranno*: Quàm fugienda ſit Acedia, & quanta mala cauſet?

Riſponde quæſt. 11. de malo art. 3. in 3. Argum. Sed contra ſuper illud, Quare triſtis es anima mea? *Dicit Gloſſa*, Quòd docet hic triſtitiã ſæculi fugiendam, quæ patientiam, & charitatem, & ſpem extinguit, & totam bonam vitam confundit.

SVO RIMEDIO?

Sentiamo per noſtra conſolatione la Noſtra Santa Madre Vita cap. 11. Ad hæc in Cruce tollenda Chriſtum adiuuet, & recogitet, illum toto vitæ tempore eam tuliſſe; Præterea Regnum ſuum non quærat hic in terra; firmum proinde propoſitum concipiat, non ſinendi, vt Chriſtus cum Cruce ſua in terram concidat, eſto etiam toto vitæ tempore in ariditate ſe permanere oporteret: Veniet enim tempus cum ſimul omnia ei compenſabuntur. Ne metuat fore, vt ſuam hic operam perdat: Bono enim Domino ſeruit, qui ſuos ad ipſum oculos continuò directos habet, &c. Porrò ipſa mihi perſuadeo, Dominum, hac via nos non niſi ad maius bonum noſtrum, velle deducere, vt intelligamus nimirum, quàm è nobis ipſis miſeri ſumus: Quas enim pòſtea elargitur gratias, tantæ ſunt dignitatis, vt antè per experientiam noſtram nos paupertatem, ac miſeriam agnoſcere velit, quàm illas nobis elargiatur, ne quod Lucifero olim factum eſt, fiat nobis. Ee quid autem facis, Domine mi, quod non in maius animæ illius bonum cedat, quam tuam iam de facto eſſe noſti, quæque ſe totaliter in manus tuas reſignat, ad te quocumque ieris, ſequendum, etiam vſque ad mortem Crucis; Quæ denique te in ea baiulanda iuuare, & tibi ſoli

eam

eam non relinquere parata eſt? Quiſquis autem hanc in ſe reſolutionem videbit, nihil eſt, quòd metuat.

Vgone lib. 3. de animo: Vis nunquam eſſe triſtis? Benè viue, bona vita ſemper gaudium habet.

Quinta Ethica, quæ eſt auaritia, quæ difficile, vel nunquam curatur. Ethica ſecundùm Medicos in partium ſubſtantia immediatè inhæret, in qua volunt aliqui feruorem minimè fieri eo quod partes ſolidæ feruere nequeant. *Eccl.* 4. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. *Marci* 10. Filioli quam difficile eſt confidentes in pecunijs in Regnum Dei introire facilius eſt Camelũ per foramen acus tranſire, quàm diuitiẽ intrare in Regnũ Cęlorũ.

S. *Girolamo*: Cum cætera vitia ſeneſcant in homine, ſola Auaritia iuueneſcit.

S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 118. art. 5. ad 3. dice che Auaritia dicitur peccatum inſanabile: Dicendum, quòd aliter eſt inſanabile peccatum in Spiritum Sanctum, & aliter Auaritia: Nam peccatum in Spiritum Sanctum eſt inſanabile ex parte contemptus: Puta quia homo contemnit vel miſericordiam, vel Iuſtitiam Diuinam, aut aliquod horum, per quæ hominis peccata ſanantur: Et ideò talis inſanabilitas pertinet ad maiorem grauitatem peccati: Auaritia verò habet inſanabilitatem ex parte defectus humani, in quem ſcilicet ſemper procedit humana natura; quia quò aliquis eſt magis deficiens, eò magis indiget adminiculo exteriorum rerum: Et ideò magis in auaritiam labitur: Vnde per talem inſanabilitatem non oſtenditur peccatum eſſe grauius, ſed quodammodo per hoc eſſe periculoſius.

Et prima ſecundæ quæſt. 84. art. 1. dice che l'Auaritia vt eſt inordinatus appetitus diuitiarum, radix eſt omnium peccatorum.

Item 2. 2. *quæſt. 118. art. 7. in corp. proua*: Quod Auaritia eſt vitium capitale: Dicendum, quòd vitium capitale dicitur, ex quo alia vitia oriuntur ſecundùm rationem finis, qui cum ſit multum appetibilis, propter eius appetitum homo procedit ad multa facienda, vel bona, vel mala: Finis autem maximè appetibilis eſt Beatitudo vel fęlicitas, qui eſt vltimus finis humanæ vitæ: Et ideò quantò aliquid magis participat conditiones fœlicitatis, tantò magis eſt appetibile: Eſt autem vna de conditionibus fœlicitatis vt ſit per ſe ſufficiens, alioquin non quietaret appetitum tanquam vltimus finis: Sed per ſe ſufficientiam maximè repromittunt diuitiæ, vt *Boetius dicit 3. de conſol.* Cuius ratio eſt. Quia ſicut *Philoſophus dicit in 5. Ethic.* Denario vtimur quaſi fidè iuſſore ad omnia habenda Et *Eccleſ. 10. dicitur*: Quod pecuniæ obediunt omnia: Et ideò auaritia, quæ conſiſtit in appetitu pecuniæ, eſt vitium capitale.

Mi diranno perche causa S. Paolo ad Ephes. 5. chiama l'Auaritia: Idolorum seruitus.?

Risponde l' Angelico: In expositione illius capitis *Lect. 3.* Quòd Apostolus Auaritiam vocat Idololatriam, quoniã Idololatria est quando honor soli Deo debitus impenditur Creaturæ. Nunc autem Deo dupliciter honor debetur, scilicet vt in eo finem nostrum constituamus, & vt in eo fiduciam nostram finaliter ponamus; Ergo qui hoc in creaturis ponit, reus est Idololatriæ. Hoc autem facit Auarus, qui finem suum in re creata constituit, & etiam totam suam fiduciam: *Oseæ* 8. Argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi Idola vt interirent: Et hoc quia vt *dicitur Prouerb.* 11. Qui confidit in diuitijs suis, corruet.

Sed nunquid Auari honorem Deo debitum exibentes Creaturæ, realiter sunt Idololatræ, & per se? Dico quòd non: quia in moralibus actus, seu opera iudicantur ex fine: Ille ergo per se est Idololatra, qui intendit per se cultum exibere Creaturæ: Hoc autem non intendit Auarus per se, sed per accidens hoc facit, in quantum superfluè, & inordinatè diligit.

Et *Opusc. 7. soggionge.* Concupiscentia quid infinitum est, quilibet autem sapiens debet intendere finem aliquem: Imò nullus debet ire per viam infinitam *Isaiæ* 5. Væh qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Et quod concupiscentia nunquam satietur, ratio est, quia cor hominis factum est ad recipiendum Deum: Vnde Augustinus in 1. confessionum: Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Id ergo quod minus est Deo ipsum implere non potest *Psal.* 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. *Che però Eccles.* 10. *dicitur:* Auaro nihil est scelestius: *E doppo:* Nihil est iniquius quàm amare pecuniam: Hic enim & animam suam venalem habet: Et *Tulius dicit in* 1. de officijs. Nihil est tam angusti animi, tamque parui quam amare pecuniam. *Doue S. Tomaso* 2. 2. *quæst.* 118. *art.* 5. *ad* 1. Dicendum, quòd authoritates illæ loquuntur de auaritia ex parte boni cui subditur appetitus: Vnde & in Ecclesiastico pro ratione subditur, quòd Auarus animam suam venalem habet; quia videlicet animam suam (ideſt vitam suam) exponit periculis pro pecunia: Et ideò subdit, quoniam in vita sua proiecit [ideſt contempsit) intima sua; vt scilicet pecuniam lucraretur. Tullius etiam addit hoc esse angusti animi, vt scilicet velit pecuniæ subijci.

E finalmente la Nostra Santa Madre in vita sua Cap. 2. in poche parole: Dico eum super omnia totius Mundi bona Dominium habe-

re,

re, qui hæc ipsa negligit, & contemnit.

Mà qual sarà il suo rimedio? Già si sà che la Definitione de contrarij è questa: Contraria sunt opposita, quæ sub eodem genere maximè distant: Eidem subiecto insunt, à quo mutuò se expellunt.

Qual sarà dunque il contrario all' Auaritia? La liberalità 2. 2. q. 117. art. 4. ad 3. Dicendum, quòd dare, & accipere se habent: sicut agere, & pati. Non est autē idem principiū agendi, & patiendi. Vnde quia liberalitas est principium dationis non pertinet ad liberalem vt sit promptus ad recipiendum, & multò minus ad petendum. Vnde versus.

Si quis in hoc Mundo vult multis gratus haberi.
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Ordinat autem ad dandum aliqua secundùm conuenientiam liberalitatis, scilicet fructus propriarum possessionum, quos solicitè procurat: vt eis liberaliter vtatur.

E che la liberalità sia Virtù particolare, lo proua iui il S. D. art. 1. Prima nell' Argomento Sed contra *con l'autorità di S. Ambrosio, il quale dice in 1. de offic.* quòd in Euangelio multas Doctrinas accepimus iustæ liberalitatis: Sed in Euangelio non docentur nisi ea, quæ ad virtutem pertinent. Ergo liberalitas est Virtus.

Et in corp. Art. assegna la sua ragione. Dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de libero arb. Benè vti his quibus malè vti possumus, pertinet ad Virtutem. Possumus autem benè, & malè vti non solum his, quæ intra nos sunt (puta, potentijs, & passionibus animæ) sed etiam his, quæ extra nos sunt, scilicet rebus huius Mundi, concessis nobis ad sustentationem vitæ: & ideò cum bene vti his rebus pertineat ad liberalitatem, consequens est, quòd liberalitas virtus sit.

E così soggionge art. 6. in fine: Ex hoc quòd Homo non est amatiuus pecuniæ, sequitur quòd de facili vtatur ea, & ad seipsum, & ad vtilitatem aliorum, & ad honorem Dei: & secundùm hoc habet quandam excellentiam, ex hoc quòd vtilis est ad multa.

E così si dice della N. S. Madre Vita cap. 1. lib. 4. Etsi verò miro paupertatis studio teneretur, liberalis tamen cum primis, & generosa erat. Denique in omnibus suis erat numeris absolutissima.

Sexta Ephimera, quæ est Superbia, quia citò deficit. *Psal. 72.* Deiecisti eos dum alleuarentur.

Ephimera Febris, secundùm Medicos ab Ephemeron dicitur quòd est vnus dies, & à Latinis Diaria vocatur. Hæc communi omium acceptione in spirituum inflammatione consistit. Vnde ex breuitate Febris colligitur facillima eiusdem subiectæ materiæ resolutio, nihil autem citius, & facilius resolui potest spirituum materia.

Vgone

Vgone ſopra il detto Salmo: Deieciſti eos, &c. ideſt, *dice,* Simul eleua iſti, & deieciſti, ſicut in lucta luctator ſimul eleuat Socium,& deijcit. *Iob* 24. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent. *Et Iſa.* 11. Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium.

S. *Tomaſo* P. 2. *quæſt.* 84. *art.* 2. Superbia eſt primum omnium peccatorum, & principium eorum in quantum habet rationem finis.

Et ideò *Soggionge il S. D.* 2. 2. *quæſt.* 163. *art.* 1. Ibi fuit primum peccatum hominis vbi potuit eſſe primus appetitus inordinati finis. Vnde relinquitur quòd primum peccatum hominis fuit in hoc quòd appetijt quoddam ſpiritus bonum ſupra ſuam menſuram quod pertinet ad ſuperbiam. Vnde manifeſtum eſt quòd primum peccatum primi hominis fuit ſuperbia.

Che però ſi deue anche ſchiuare da noi Tobiæ 4. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas. *Onde S. Tomaſo ne apporta ſimilmente la propria ragione* 2. 2. *quæſt.* 162. *art.* 1. Dicendum, quòd Superbia nominatur ex hoc quòd aliquis per voluntatem tendit ſupra id quod eſt: Vnde dicit Iſidorus in lib. Etymol. Supebus dictus eſt quia vult ſuper videri quàm eſt, qui enim vult ſupergredi quod eſt, ſuperbus eſt: Habet autem hoc ratio recta, vt voluntas vniuſcuiuſque feratur in id quod eſt proportionatum ſibi: Et ideò manifeſtum eſt quòd Superbia importat aliquid quod aduerſatur rationi rectæ: Hoc autem facit rationem peccati; quia ſecundùm Dionyſium 4. *cap. de Diuin. Nom.* Malum Animæ eſt præter rationem eſte: Vnde manifeſtum eſt quòd ſuperbia eſt peccatum.

Mi diranno à che genere di peccati ſi riduce la ſuperbia: Riſponde iui art. 5. Dicendum, quòd ſuperbia humilitati opponitur: Humilitas autem propriè reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum: Vnde è contrario ſuperbia propriè reſpicit defectum huius ſubiectionis, ſecundùm ſcilicet quòd aliquis ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi præfixum ſecundùm diuinam regulam, vel menſuram contra id quod *Apoſtolus dicit* 2. *ad Corinth.* 10. Nos autem non in immenſum gloriamur, ſed ſecundùm menſuram, qua menſus eſt nobis Deus. Et ideò *dicitur Eccl.* 10. Initium ſuperbiæ homini apoſtatare à Deo: Quia ſecundum hoc radix ſuperbiæ conſideratur, quòd homo aliqualiter non ſubijcitur Deo, & regulis ipſius. Manifeſtum eſt autem quòd hoc ipſum quod eſt non ſubijci Deo habet rationem peccati mortalis: Hoc enim eſt auerti à Deo: Vnde conſequens eſt quòd ſuperbia ſecundùm Genus ſuum eſt peccatum mortale.

Sicut tamen in alijs, quæ ex ſuo genere ſunt peccata mortalia, putà fornicatione, & adulterio, ſunt aliqui motus qui ſunt peccata venia-

lia

lia propter eorum imperfectionem, quia ſcilicet præueniunt rationis iudicium, & ſunt præter eius conſenſum: Ita etiam, & circa Superbiam accidit, quòd aliqui motus Superbiæ ſunt peccata venialia, dum eis ratio non conſentit.

Doppo il Genere vengono le ſpecie. E però ſi cerca: Quot, & quæ ſint ſpecies Superbiæ.

Riſponde iui art. 4. in 1. Argumento. Quatuor Superbiæ ſpecies Gregorius aſſignat 13. *moral. dicens*. Quatuor quippe ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur: Cum bonum aut à ſemetipſis habere æſtimant: aut ſi ſibi datum deſuper credunt pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putant: aut cum iactant ſe habere quod non habent: aut deſpectis cæteris ſingulariter videri appetunt habere quod habent.

Mà non voglio ometter i Gradi della Superbia, che apporta S. Bernar. do cittato iui ad 4. Che ſono oppoſti alli 12. Gradi dell'humiltà. Et ſono: Curioſitas, mentis leuitas, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, defenſio peccatorum, ſimulata Confeſſio, rebellio, libertas, peccandi conſuetudo.

Li quali come ſijno oppoſti all' Humiltà lo ſpiega l' Angelico iui: Nam primus gradus humilitatis eſt corde, & opere ſemper humilitatem oſtendere defixis in terram aſpectibus: Cui opponitur Curioſitas, per quam aliquis curioſè vbique, & inordinatè circonſpicit. Secundus gradus humilitatis eſt vt pauca verba, & rationabilia loquatur aliquis non clamoroſa voce: contra quem opponitur leuitas mentis per quam ſcilicet homo ſuperbè ſe habet in verbo. Tertius gradus humilitatis eſt, vt non ſit facilis, & promptus in riſu: cui opponitur inepta lætitia. Quartus gradus humilitatis eſt taciturnitas vſque ad interrogationem: cui opponitur iactantia. Quintus gradus humilitatis eſt tenere quod communis Regula Monaſterij habet: Cui opponitur ſingularitas per quam ſcilicet aliquis Sanctior vult apparere. Sextus gradus humilitatis eſt credere, & pronunciare ſe omnibus viliorem: cui oppoitur arrogantia per quam ſcilicet homo ſe alijs præfert. Septimus gradus humilitatis eſt ad omnia inutilem, & indignum ſe confiteri, & credere: cui opponitur præſumptio per quam aliquis reputat ſe eſſe ſufficientem ad maiora. Octauus gradus humilitatis eſt, in duris, & aſperis patientiam amplecti: cui opponitur ſimulata confeſſio per quam ſcilicet aliquis non vult ſubire pœnam pro peccatis quæ ſimulatè confitetur. Decimus gradus humilitatis eſt obedientia: cui opponitur rebellio. Vndecimus gradus humilitatis eſt vt homo non delectetur facere propriam voluntatem: cui opponitur libertas per

quam ſcilicet homo delectatur liberè facere quod vult. Vltimus autem gradus humilitatis eſt timor Dei: cui opponitur peccandi conſuetudo, quæ implicat Dei contemptum.

Mi diranno. An ſuperbia ſit vitium capitale, vel potius Regina omnium vitiorum, & mater?

Riſponde il S. M. iui art. 8. Dicendum, quòd Superbia dupliciter conſiderari poteſt: Vno modo ſecundùm ſe, prout ſcilicet eſt quoddam ſpeciale peccatum: Alio modo ſecundùm quòd habet quandam influentiam in omnia peccata. Capitalia autem vitia ponuntur quædam ſpecialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriuntur: Et ideò quidam conſiderantes ſuperbiam, ſecundùm quod eſt quoddam ſpeciale peccatum, connumeraverunt cum alijs vitijs capitalibus: Gregorius verò *lib.* 31. *moral.* Conſiderans vniuerſalem eius influentiam, quam habet in omnia vitia, non connumeravit alijs capitalibus vitijs, ſed poſuit eam Reginam omnium vitiorum, & Matrem: Vnde ait: Ipſa vitiorum Regina Superbia cum deuictum plenè cor cœperit, mox illud ſeptem principalibus vitijs quaſi quibuſdam ſuis Ducibus deuaſtandum tradit, ex quibus vitiorum multitudines oriuntur.

Suo vimedio? *Dice* S. *Agoſtino nella ſua Regola*, Cætera peccata in malis operibus exercentur, vt fiant; Superbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant: Aliunde tamen ſit facile ipſam vitare. *Doue* S. *Tomaſo* 2. 2. *quæſt.* 162. *art.* 6. *ad.* 1. Dicendum, quòd aliquod peccatum difficilè cauetur dupliciter. Vno modo propter vehementiam impugnationis; Sicut Ira vehementer impugnat propter ſuum impetum; Et adhuc difficiliùs eſt reſiſtere concupiſcentiæ propter eius connaturalitatem, *vt dicitur in* 2. *Ethic. cap.* 3. Et talis difficultas vitandi peccatum grauitatem peccati diminuit; quia quantò aliquis minoris tentationis impetu cadit, tantò grauiùs peccat. Vt *Auguſtinus dicit*. Alio modo difficile eſt vitare aliquod peccatum, propter eius latentiam: Et hoc modo ſuperbiam difficilè eſt vitare, quia etiam ex ipſis bonis occaſionem ſumit: Et ideò ſignanter *Auguſtinus dicit*, quòd bonis operibus inſidiatur. *Et in Pſal.* 41. *dicitur*. In via hac qua ambulabam, abſcunderunt ſuperbi laqueum mihi. Et ideò motus ſuperbiæ occultè ſubrepens non habet maximam grauitatem antequam per iudicium rationis deprehendatur.

Sed poſtquam deprehenſus fuerit per rationem, tunc facilè euitatur; Tum ex conſideratione propriæ infirmitatis, ſecundùm illud *Eccleſ.* 10. Quid ſuperbis terra, & cinis? Tum ex conſideratione magnitudinis Diuinæ ſecundùm illud *Iob.* 15. Quid tumet contra Deum

Spi-

Spiritus tuus? Tum etiam ex imperfectione bonorum de quibus superbit homo, secundum illud *Isa.* 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et infra 54. Quasi menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

E vi soggionge la Santa Madre Teresa De via perfectionis *cap.* 40. Cum ergo inter vos charissimæ videbitis aliquam, cui tales Dominus gratias confert, ingentes ei propterea gratias agite, & laudate; Sed nolite idcircò putare, illam iam in tuto esse; sed potius vestris illam precibus tunc magis iuuate: Nemo enim, quandiù hic viuit, & inter media tempestuosi huius maris pericula nauigat, esse potest securus.

Essendo che la sicurezza nostra, e conseruatione nel bene, viene da Dio: Disputate quæst. 5. de conseruatione rerum in esse à Deo *art.* 2. *doue prona chiaramente*: Quòd omnis effectus à sua causa dependet, secundum quòd est eius causa. *Et art.* 1. *eiusdem:* Dicendum, quòd absque omni dubio credendum est, quòd res conseruantur in esse à Deo, ita quòd in momento in nihilum redigerentur, cum à Deo desererentur.

E *finalmente nelle disputate quæst.* 3. *de creatione art.* 7. *dice assolutamente*: Quòd Deus in qualibet re operatur, in quantum eius virtute quælibet res indiget ad agendum, & in quantum conseruat eam, & in quantum applicat actioni; *E però di noi sempre dobbiamo temere, come dice l' Apostolo ad Philip.* 2. Cum metu est tremore vestram salutem operamini: *Doue però notate soggionge il S. D.* 1. 2. *quæst.* 44. *art.* 4. *in Argumento sed contra. Che:* Timor non impedit bonam operationem.

Septima putrida, quæ est Inuidia: *Prouerb.* 14. Vita carnis sanitas cordis: Putredo ossium Inuidia. Febris putrida est morbus partium animatarum: Putredo autem est caloris naturalis corruptio à calore alieno facta. *E cosi l'Inuidia viene caggionata di fuori, e risiede nel cuore* 2. 2. *quæst.* 36. *art.* 1. *in corp.* Dicendum, quòd obiectum tristitiæ est malum proprium: contingit autem id, quod est alienum bonum, apprehenditur vt malum proprium, & secundùm hoc de bono alieno potest esse tristitia. Sed hoc contingit dupliciter: Vno modo quando quis tristatur de bono alicuius, in quantum imminet sibi ex hoc periculum alicuius nocumenti, sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens ne eum lædat; & talis tristitia non est inuidia, sed magis timoris effectus, *vt Philosophus dicit in* 2. *Rethor.* Alio modo bonum alterius æstimatur vt malum proprium, in quantum est diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellentiæ, & hoc modo de bono alterius tristatur inuidia.

Et ideò præcipuè de illis bonis homines inuident in quibus est

Gloria, & in quibus homines amant honorari, & in opinione esse, vt *Philosoph. dicit in 2. Rethor.*

Si deue però notare soggionge il S. D. iui ad 2. Quòd quia inuidia est de Gloria alterius in quantum diminuit Gloriam, quam quis appetit; consequens est, vt ad illos tantum inuidia habeatur, quibus homo vult se æquare, vel præferre in Gloria: Hoc autem non est respectu multùm à se distantium; Nullus enim nisi insanus studet se æquare, vel præferre in Gloria his, qui sunt multò eo maiores; puta plebeius homo Regi, vel etiam rex plebeio, quem multùm excedit: Et ideò his, qui multum distant, vel loco, vel tempore, vel statu homo non inuidet; Sed his, qui sunt propinqui, quibus se nititur æquare, vel præferre: Nam cùm illi excedunt in Gloria, accidit hoc contra nostram vtilitatem, & inde causatur tristitia.

Et hoc *soggionge iui art. 2.* Propriè est inuidia: Et illud semper est prauum, *vt Philosophus dicit in 2. Reth.* Quia dolet de eo, de quo est gaudendum, scilicet de bono proximi.

E così l' Inuidia è origine dell'odio. ibi. Quæst. 34 art. 6. Naturaliter omne animal fugit tristitiam; sicut & appetit delectationem. Et ideò sicut ex delectatione causatur amor, ita ex tristitia causatur odium. Sicut ergo mouemur ad diligendum ea, quæ nos delectant, in quantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione boni, ita mouemur ad odiendum ea, quæ nos contristant, in quantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione mali. Vnde cum inuidia sit tristitia de bono proximi, sequitur, quòd bonum proximi reddatur nobis odiosum: & indè est quòd ex inuidia oritur odium.

Mi diranno. An, quando Inuidia sit peccatum mortale, aut veniale tantum?

Risponde iui art. 3. Dicendum, quòd Innidia ex genere suo, est peccatum mortale: genus autem peccati ex obiecto consideratur: Inuidia autem secundùm rationem sui obiecti contrariatur Charitati, per quam est vita animæ spiritualis, secundùm illud *1. Io. 3.* Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: Vtriusque autem obiectum, & Charitatis, & Inuidiæ est bonum proximi, sed secundùm contrarium motum: Nam Charitas gaudet de bono proximi,: inuidia autem de eodem tristatur: vnde manifestum est, quòd Inuidia ex suo genere est peccatum mortale.

Sed in quolibet genere peccati mortalis inueniuntur aliqui imperfecti motus in sensualitate existentes, qui sunt peccata venialia, sicut in genere adulterij primus motus concupiscentiæ, & in genere homicidij primus motus Iræ: ita etiam in genere Inuidiæ inueniuntur ali-

qui

qui primi motus, quandoque etiam in Viris perfectis, qui sunt peccata venialia.

Mi diranno parimente: Vtrum Inuidia sit Vitium Capitale?

Risponde iui art. 4. in corp. Dicendum, quòd sicut Acedia est tristitia de bono spirituali Diuino, ita Inuidia est Inuidia de bono proximi. Dictum est autem supra Accediam esse vitium capitale ea ratione, quia ex Accedia Homo impellitur ad aliqua facienda, vel vt fugiat tristitiam, vel vt tristitiæ satisfaciat: vnde eadem ratione Inuidia ponitur vitium capitale.

Mi diranno: Vtrum conuenienter Inuidiæ filias assignet *D. Greg. 31. Moral.* Dicens, quòd de Inuidia oritur odium, Susurratio, Detractio, Exultatio in aduersis proximi & afflictio in prosperis.

Rispande iui ad 3, Dicendum, quòd numerus filiarum Inuidiæ sic potest sumi; quia in conatu Inuidiæ est aliquid tanquam principium, & aliquid tanquam medium, & aliquid tanquam terminus. Principium quidem est, vt aliquis diminuat gloriam alterius, vel in occulto, & sic est susurratio; vel manifestè, & sic est detractio. Medium autem est, quia aliquis intendens diminuere gloriam alterius; aut potest, & sic est exultatio in aduersis; aut non potest; & sic est Afflictio in prosperis. Terminus autem est in ipso odio: quia sicut bonum delectans causat amorem: ita tristitia causat odium, Afflictio autem in prosperis proximi, Vno modo est ipsa Inuidia, in quantum scilicet aliquis tristatur de prosperis alicuius, secundùm quòd habent gloriam quandam: Alio verò modo est filia Inuidiæ, secundùm quòd prospera proximi eueniunt contra conatum inuidentis, qui nititur impedire. Exultatio autem in aduersis non est directè idem, quod Inuidia, sed ex ea sequitur: nam ex Tristitia de bono proximi, quæ est Inuidia, sequitur exultatio de malo eiusdem.

E non solo è colpa, mà anche è pena all'inuidioso quæst. 10. de malo art. 1. ad 9. Dicendum, quòd quibusdam peccatis adiunguntur quædam pœnalitates: & tunc idem est culpa & pœna secundùm aliud, & aliud; Culpa quidem secundùm quòd procedit ex inordinata Hominis voluntate, & sic non est à Deo; pœna autem secundùm quòd habet quandam pœnalem afflictionem adiunctam, & hoc est à Deo, secundùm illud *Psal.* Arguam te, & statuam contra faciem tuam; *Et Augustinus dicit in 1. Confess.* Iussisti Domine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus. Ee hoc modo Inuidia potest esse, & pœna, & culpa.

Mi diranno: An per Inuidiam pereant omnia bona opera? *Risponde il S. D. ibi art. 2. in 1. Argum.* Sed contra: *Gregorius dicit in 6. Moral.*

rd. exponent id quod habetur Prouerb. 14. Putredo oſſium Inuidia. Per liuoris vitium, inquit, ante Dei oculos pereunt benè acta virtutum.

Diranno. Vtrum Inuidia omni virtuti contrarietur?

Riſponde ibidem in Arg. 3. *Iſiaorus dicit in lib. de ſummo bono:* Nulla Virtus eſt, cui non contrarietur Inuidia.

Più. An Inuidia eandem pœnam mereatur ac Detractio, & Homicidium?

Riſponde ibid. in 2. *Argum.* In itinerario Clementis narratur, quod Petrus dixit quòd tria peccata æqualiter pœnam merentur; Cum aliquis manu occidit; Cum lingua detrahit: Et cum corde inuidet.

Più. An Inuidia ſpiritualiter ipſos inuidos interficiat?

Riſp. in eod. art. 2. *Arg.* 5. Inuidia occidit ſpiritualiter, ſecundùm illud *Iob* 5. Paruulum occidit Inuidia: & ſuper illud 2. *ad Corinth.* 2. Chriſti bonus odor ſumus, *dicit Gloſſa:* Odor iſte vegetat diligentes, necat Inuidentes.

Quindi ſoggionge il S. 2. 2. *quæſt.* 36. *art.* 3. *ad* 3. Inuidia miſericordiæ opponitur directè ſecundùm contrarietatem principalis obiecti. Inuidus enim triſtatur de bono proximi: Miſericors autem triſtatur de malo proximi: vnde inuidi non ſunt miſericordes.

Che non ſi può penſare ſciagura più miſerabile, come all'oppoſito il viuere in carità di Dio, e del Proſſimo: è la ſorte più felice del Mondo ſicome l'accenna la N. S. Madre de Vita ſua cap. 40. Quodam tempore in oratione agenti mihi, Dominus per modum intellectualis viſionis oſtendit quis Animæ in gratia conſtitutæ ſit ſtatus, apud quam, & cum qua per oculos intellectus SS. Trinitatem agere vidi: cuius è contubernio quandam anima illa poteſtatem accipiebat, quæ ei in Mundum Vniuerſum ius, ac dominium dabat. Oſtendebatur mihi quoque, quis Animæ in peccato mortali agentis eſſet ſtatus; vt potè, quæ ſine vllo robore, & potentia eſt, & ad inſtar hominis vndique vincti, conſtricti, & oculos velati, qui eſto velit, videre nequit, vti nec incedere, nec audire, & in denſa agit caligine. Ita porrò huiuſmodi Animabus compariebar, nullus vt labor, quantumuis magnus, mihi non videatur quàm leuiſſimus, ad vel vnam liberandam. Videbatur mihi impoſſibile, aliquem ita hoc videntem, vt id ego vidi (quod expoſitu perdifficile eſt) aut tantum bonum velle amittere, aut in tanto malo agere.

SVO RIMEDIO.

S. Tomaſo ibi dicto Sermone: dice che è Perfecta cordis contritio, & plena Hominis ad Deum conuerſio *Pſal.* 146. Qui ſanat contritos corde. *Hier.* 3. Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras.

Idem

Idem in eodem. Verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. Hæc eſt ſeptima hora, in qua Febris omninò dereliquit peccatorem. Hæc autem omnia nullam habent efficaciam niſi ſumant effectum ab illa ſancta medicina, quæ ſanat omnes langores noſtros. Ideſt à Paſſione Chriſti Domini Dei noſtri 1. *Petri* 2. Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, cuius liuore ſanati ſumus.

E chi non cercaſſe tal rimedio, e perſiſteſſe in tal diffetto, ſarebbe ſegno d'eſſer prino affatto di giudicio. Che però Seneca in 2. de Clementia dice: Cui voluptati ſæuitia eſt, poſſumus inſaniam vocare. *Et indi l'Angelico 2. 2. quæſt. 157. art. 3. ad 3.* Dicendum, quòd Inſania dicitur per corruptionem ſanitatis: Sicut autem ſanitas corporalis corrumpitur per hoc, quod corpus recedit à debita complexione humanæ ſpeciei; Ita etiam Inſania ſecundùm Animam accipitur per hoc, quòd Anima humana recedit à debita diſpoſitione humanæ ſpeciei. Quod quidem contingit, & ſecundum rationem, puta cum aliquis vſum rationis amittit, & quantum ad vim appetitiuam, puta cum aliquis amittit affectum humanum, ſecundùm quem homo eſt naturaliter omni homini amicus, vt dicitur *in 6. Ethic.* Inſania autem, quæ excludit vſum rationis, opponitur Prudentiæ. Sed quòd aliquis delectetur in pœnis hominum, dicitur eſſe inſania, quia per hoc videtur homo priuatus affectu humano, quem ſequitur Clementia.

La quale come ſoggionge iui art. 4. in corp. Conſiſtit in hoc, quòd diminuit pœnas, vnde maximè videtur accedere ad Charitatem, quæ eſt potiſſima virtutum, per quam bona operamur ad Proximos, & eorum mala impedimus.

Et ad 3. Dicendum, quòd Manſuetudo, & Clementia reddunt Hominem Deo, & Hominibus acceptum, ſecundùm quòd concurrunt in eundem affectum cum charitate, quæ eſt maxima Virtutum; ſcilicet in ſubtrahendo mala Proximorum.

E ſe tal volta non gli diſpiace il male delli altri è ſolo per buon zelo, e perche forſi lo meritano 2. 2. quæſt. 36. art. 3. ad 3. Dicendum, quòd Inuidia ſecundùm Philoſophum *in 2. Reth.* opponitur & Nemeſi, & Miſericordiæ, ſed ſecundùm diuerſa: Nam miſericordiæ opponitur directè, ſecundùm contrarietatem principalis obiecti, Inuidus enim triſtatur de bono Proximi, Miſericors autem triſtatur de malo Proximi: Vnde Inuidi non ſunt miſericordes, ſicut ibidem dicitur, nec è conuersò: Ex parte verò eius, de cuius bono triſtatur Inuidus opponitur Inuidia Nemeſi: Nemeſicus enim triſtatur de bono indignè agentium, ſecundùm illud *Pſal.* 72. Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns; Inuidus autem triſtatur de bono eorum, qui ſunt di-

gni:

gni: vnde patet, quòd prima contrarietas eſt magis directa, quam ſecunda: Miſericordia autem quædam virtus eſt, & charitatis proprius effectus; Vnde Inuidia Miſericordiæ opponitur, & Charitati.

Si noti però anche per buon'auiſo iui art. 2. in corp. Che Aliquis poteſt triſtari de bono alterius non ex eo quòd ipſe habet bonum, ſed ex eo quòd nobis deeſt bonum illud, quod ipſe habet, & hoc propriè eſt zelus, vt Philoſop. dicit *in 2. Reth.* Et ſi iſte zelus ſit circa bona honeſta, laudabilis eſt, ſecundùm illud 1. *ad Corinth.* 14. Emulamini ſpiritualia. Si autem ſit de bonis temporalibus poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato, *come ſi è detto di ſopra. E tanto baſti.*

LAVS DEO.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN

Aſſimilatum eſt Regnum Cœlorum Homini Regi, &c. *Matth. cap* 18.

AN Tomaſo in expoſitione Pſal. 44. dice che Duo ſunt neceſſaria, vt Rex proſperè agat. Primò ſcilicet vt ei credatur, quia ſi nihil ei crederetur, & ipſe alijs crederet, non poſſet pluſquam vnus homo. *Prou. 17.* Non decent ſtultum verba compoſita. Secundò quòd diligatur, quia ſi non diligitur, non poteſt proſperari in Regno, nec in negotijs ſuis. Et hoc facit fieri Manſuetudo, & Clementia Regis? *Eccl. 3.* Fili in manſuetudine opera tua perfice; & ſuper hominum gloriam diligeris. Et ita hæc duo diſponunt ad proſperitatem Regis *Prou. 20.* Miſericordia, & Veritas cuſtodiunt Regem: *Pſal. 36.* Manſueti hæreditabunt terram. *Chi è queſto Rè di cui tratta il corrente Euangelio.* Aſſimilatum eſt Regnum Cœlorum Homini Regi? *Riſponde Remigio portato qui dal medeſimo Angelico, che Non è altro, che il Signor'Iddio.* Deus autem Rex dicitur, cuncta quæ creauit regendo, & gubernando, *e che opere di miſericordia, e di clemenza in particolare hà fatto per noi per eſſer amato da noi? Riſponde S. Criſoſtomo cittato iui dal S. D. in Catena aurea:*

Fecit

Fecit enim nos esse,&omnia propter nos operatus est,Animam rationalem nobis inspirauit, Filium suum misit, Cœlum nobis aperuit, & nos filios suos fecit. Numquid ergo si vnaquaque die moreremur pro illo, retribueremus ei aliquod dignum? Nequaquam: Sed hoc rursus ad vtilitatem nostram pertinet. Nos autem è contrariò in legibus eius offendimus. *Mà non piaccia mai à S: D. Maestà, che noi siamo di questi, mentre sappiamo, che ogni legge Diuina hà qualche buon fine* 1. 2. *quæst.*102. *art.*1. Dicendum, quòd cum Sapientis sit ordinare, secundùm Philosophum *in* 1. *Meth.* ea quæ ex Diuina Sapientia procedunt oportet esse ordinata, vt Apost. dicit *ad Rom.* 13. Manifestum est autem, quòd Præcepta cerimonialia, sicut, & omnia alia Præcepta legis sunt ex Diuina Sapientia instituta: vnde dicitur *Deut.* 4. Hæc est Sapientia vestra, & intellectus coram Populis: Vnde necesse est dicere quòd Præcepta cerimonialia, *e così di tutti li altri*, sint ordinata ad aliquem finem, ex quo eorum rationabiles causæ assignari possint. *Hor dunque al caso nostro: Che cause ragioneuoli ci possono muouere à perdonar a' nostri Prossimi? Se si compiaceranno di darmi grata vdienza hor hora gliele apporto. Attenti dunque, e cominciamo.*

*Andiamo con le ragioni di S. Tomaso, che portano sempre la rettitudine dell'intelletto nostro,e ci fanno schiuar ogni disordine, poiche come egli stesso dice lib.*3. *contra Gent. cap.*85. Cum aliquid appetitur secundùm modum intellectus,&rationis nõ accidit peccatũ in electione: quę quidẽ semper ex hoc mala est, quòd non est secundùm rationem rectam. *E però importa molto, che il nostro intelletto sij illustrato da veri principij delle virtù per cauarne le vere Conclusioni, sicome la volontà se è guidata! da buon fine, si muoue parimente ad eleger i mezzi proportionati à tal fine P.* 2. *quæst.*9. *art.*3. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis, qui est voluntatis obiectum: sed sicut dictum est, hoc modo se habet finis in appetibilibus, sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem, quòd intellectus per hoc, quòd cognoscit principia reducit seipsum de potentia in actum, quantum ad cognitionem Conclusionum, & hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc, quòd vult finem, mouet seipsam ad volundum ea, quæ sunt ad finem. Hoc autem non potest facere, nisi consilio mediante.

Hor dunque vediamo le ragioni, che ci apporta il S. D. al caso nostro.

Nella 2. 2. *quæst.*50. *art.*1. *in corpore trattando della Prudenza delli Supremi Gouerni dice, che.* Ad Prudentiam pertinet regere, & præcipere: Et ideò vbi inuenitur specialis ratio regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi etiam inuenitur specialis ratio Prudentiæ: Ma-

nifeſtum eſt autem quòd in eo, qui non ſolum ſeipſum habet regere, ſed etiam communitatem perfectam Ciuitatis, vel Regni, inuenitur ſpecialis, & perfecta ratio regiminis: Tantò enim regimen perfectius eſt, quantò vniuerſalius eſt, ad plura ſe extendens, & altiorem finem attingens: & ideò Regi ad quem pertinet regere Ciuitatem, vel Regnum, Prudentia competit ſecundùm ſpecialem, & perfectiſſimam ſui rationem: & propter hoc Regnatiua ponitur ſpecies Prudentiæ:

Nulla autem dignitas alicuius Regentis *ſoggionge il S. D. lib. 3. contra Gent. cap. 77.* Eſt comparabilis Dignitati Diuinæ Regiminuis: *O penſi ogn'vno che Prudenza deue eſſer di tal Gouerno, e ſe non ſe gli deue ſottomett er volontieri?* 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 4. Dicendum, quòd ille, qui obedit mouetur per imperium eius cui obedit, ſicut res naturales mouentur per ſuos Motores. Sicut autem Deus eſt Primus Motor omnium, quæ naturaliter mouentur, ita etiam eſt Primus Motor omnium voluntatum. Et ideò ſicut naturali neceſſitate omnia naturalia ſubduntur Diuinæ motioni; ita etiam quadam neceſſitate iuſtitiæ omnes voluntates tenentur obedire Diuino Imperio.

Et in hoc (*ſoggionge iui ad* 1.) principaliter conſiſtit Virtus, & rectitudo voluntatis humanæ, quod Dei voluntati conformetur, & eius ſequatur imperium.

Et lib. 2. *ſent. ad Hannibaldum diſt.* 38. *quæſt. vnica art.* 3. Voluntates Hominũ rectæ ſunt, ſecundùm quòd Diuinis regulantur Præceptis.

Dunque Si vnuſquiſque tenetur eſſe rectus, & rectitudo conſiſtit in conformitate ad Diuinam voluutatem. Ergo *di nuouo conclude lib.* 1. *ad Hannibald. diſt.* 48. *quæſt. vnica art.* 2. Quilibet tenetur voluntatem ſuam Diuinæ voluntati conformare.

Laonde dice il S. M. lib. 6. de Erudit. Principum cap. 39. Valde eſt Deo accepta Obedientia, & multum ei glorioſa, cum ſcilicet aliquid eo quod à Deo dicitur creditur verum: Et eò quòd ab ipſo iubetur, creditur bonum. *Et lib.* 5. *c.* 36. Homo, qui promptam habet voluntatem ad obedientiam, Deo in omnibus placet, etiam pro infinitis rebus, quas nunquam facturus eſt.

Dunque ſe profeſſiamo di voler viuere rettamente, & eſſer buoni, dobbiamo obedire à Dio, anche nel perdonare.

Mà mi diranno come ſi proua, che la noſtra volontà ſia bona, e retta quado ſi conforma con la volontà di Dio?

Riſponde il S. M. nelle Diſputate quæſt. 23. *de Voluntate Dei art.* 7. Dicendum, quòd ipſe Deus eſt menſura omnium Entium: Tantùm enim vnumquodque habet de eſſe, quantùm ei per ſimilitudinem appropinquat, ſecundùm verò, quòd ei diſſimile inuenitur ad non eſſe

accedit

accedit. Et sic de omnibus, quæ in Deo, & Creaturis pariter inueniuntur dici oportet: Vnde, & intellectus eius omnis cognitionis est mensura, & bonitas omnis bonitatis: Et vt specialius loquar, bona voluntas, omnis bonæ voluntatis. Ex hoc ergo vnaquæque voluntas bona est, quòd Diuinæ bonæ voluntati conformatur. Vnde cum quilibet teneatur ad habendam bonam voluntatem, tenetur pariter ad habendam voluntatem Diuinæ voluntati conformem.

Se dunque la volontà di Dio è, che si perdoni, perdoniamo, e così saremo buoni, sicome la volontà di Dio, che ordina il perdono è senza dubio buona: Nàm Voluntas, Sapientia, & Bonitas secundùm se sunt idem in Deo: *ibi art. 6. ad 6. & in 2. sent. dist. 24. quæst. 1. art. 2.* Regula in quolibet artificio debet esse absque errore, nam alioquin error etiam sequeretur in ijs, quæ secundùm regulam illam fierent.

Et 1. 2. quæst. 79. art. 1. mostra chiaramente, che la volontà di Dio bisogna necessariamente che sia buona, poiche è impossibile, che sia mala: Deus non potest esse causa peccati, quia omne peccatum est per recessum ab ordine, qui est in Deum, sicut in Finem: Deus autem omnia inclinat, & conuertit in seipsum, sicut in vltimum Finem, *sicut Dionysius dicit 1. c. de Diuin. Nomin.* Vnde impossibile est, quòd sit sibi, vel alijs causa discedendi ab ordine, qui est in ipsum. *E però perdoni pure ogn'vno di buon cuore se ama il suo proprio bene, e portarsi in Dio suo vltimo Fine: quæst. 7. de malo art. 10. ad 9.* Dicendum, quòd licet Præcepta affirmatiua, communiter loquendo, non obligent ad semper: tamen ad hoc est Homo naturali lege obligatus, vt primò sit solicitus de sua salute, secundùm illud *Matth. 6.* Primùm quæite Regnum Dei. Vltimus enim Finis naturaliter cadit in appetitu, sicut prima principia naturaliter, primò cadunt in apprehensionem. Sic enim omnia desideria præsupponunt desiderium vltimi Finis. Sicut omnes speculationes præsupponunt speculationem primorum principiorum.

Mà sentino anche più specificatamente le ragioni, che di ciò apporta il S. D. Opusc. 4. de Decem Præceptis cap. 8. Prima est propriæ dignitatis conseruatio, diuersæ enim dignitates diuersa signa habent; Nullus autem propiæ dignitatis signa dimittere debet: Inter autem omnes dignitates maior est, quòd quis sit filius Dei: Huius autem dignitatis signum est, si diligit inimicum *Matth. 5.* Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui in Cœlis est: Si enim diligis amicum, non est hoc signum dilectionis Diuinæ, nam Publicani, & Ethnici hoc faciunt, vt dicitur *Matth. 5.*

Secunda est victoriæ acquisitio: Omnes enim hoc naturaliter desiderant: Oportet ergo, quòd vel trahas eum, qui te offendit ad dile-

ctionem bonitate tua ; & tunc vincis : vel quòd Alius trahat te ad odium, & tunc perdis. *Ad Rom.* 12. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

Tertia eſt multiplicis vtilitatis conſecutio : Acquirit enim ex hoc amicos. *Ad Rom.* 12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum : Si ſitit, potum da illi : Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ipſius : Auguſtinus, nulla maior prouocatio ad amorem, quam preuenire amando : Nullus enim eſt ita durus, qui etſi dilectionem nolit impendere, nolit tamen rependere ; quia vt dicitur *Eccl.* 6. Amico fideli nulla comparatio. *Prouerb.* 16. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem :

Quarta eſt, quia ex hoc preces tuæ facilius exaudiuntur. Vnde ſuper illud *Ierem.* 15. Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, dicit Gregorius, Quòd fecit de iſtis potius mentionem, quia rogauerunt pro inimicis. Similiter Chriſtus ait, *Lucæ* 23. Pater dimitte illis. Item Beatus Stephanus orando pro inimicis magnam vtilitatem fecit Eccleſiæ, quia Paulum conuertit.

Quinta eſt peccati euaſio, quam maximè deſiderare debemus : Aliquando enim peccamus, nec Deum quærimus : & Deus trahit nos ad ſe, vel infirmitate, vel aliquo huiuſmodi. *Oſeæ* 6. Sepiam viam tuam ſpinis. Sic fuit tractus Beatus Paulus *Pſal.* 118. Erraui ſicut Ouis quæ perijt, quære ſeruum tuum Domine. *Cant.* 1. Trahe me poſt te, curremus, &c. Hoc autem conſequimur, ſi inimicum ad nos trahimus primò remittentes, quia vt dicitur *Lucæ* 6. Eadem menſura, qua menſi fueritis, remietur vobis : Et ibidem 37. Dimittite, & dimittemini. *Et Matth.* 5. Beati miſericordes ; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur : Nulla eſt enim maior miſericordia, quam offendenti dimittere.

Mà ſoggionge di più la Gloſa ſopra quel detto di Chriſto. Matth. 5. Diligite inimicos veſtros : Non ſufficit non odiſſe, ſed quòd contra naturam eſt, præcipimur diligere. *Il che poi ſpiega S. Tomaſo* 2. 2. *quæſt.* 25. *art.* 8. Dicendum, quòd dilectio inimicorum tripliciter poteſt conſiderari : Vno modo vt inimici diligantur, in quantum ſunt inimici ; & hoc eſt peruerſum, & charitati repugnans, quia hoc eſt diligere malum alterius. Alio modo poteſt accipi dilectio inimicorum quantùm ad naturam ſcilicet in vniuerſali, & ſic dilectio inimicorum eſt de neceſſitate charitatis, vt ſcilicet aliquis diligens Deum, & Proximum, ab illa generalitate dilectionis Proximi inimicos ſuos non excludat : Tertiò poteſt conſiderari dilectio inimicorum in ſpeciali, vt ſcilicet aliquis in ſpeciali moueatur motu dilectionis ad inimicum, &

iſtud

illud non est de necessitate charitatis absolutè, quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis, quia hoc est impossibile.

Est tamen de necessitate charitatis secundùm præparationem animi, scilicet quòd homo habeat animum paratum ad hoc, quòd in singulari inimicum diligeret, si necessitas occurreret: Sed quòd absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat, vt diligat inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis: Cum enim ex charitate diligatur Proximus propter Deum, quantò aliquis magis diligit Deum, tantò etiam magis ad Proximum dilectionem extendit, nulla inimicitia impediente: Sicut si aliquis multum diligeret aliquem hominem, amore ipsius filios amaret, etiam inimicos sibi.

Mi diranno. An & quomodo sit de necessitate salutis, vel de perfectione, quòd aliquis signa, & effectus dilectionis exhibeat inimicis, iuxta Glossam super illud *Matth.* 5. Benefacite his qui oderunt vos, dicentem: Benefacere inimicis, & orare pro eis, est cumulus perfectionis.

Risponde il S. D. 2. 2. quæst. 25. art. 9. in corp. Dicendum, quòd effectus, & signa charitatis ex interiori dilectione procedunt, & ei proportionantur; Dilectio autem interior ad inimicum in communi quidem est de necessitate Præcepti absolutè; in speciali autem est non absolutè, sed secundùm præparationem animi. Sic ergo dicendum est de effectu, & signo dilectionis exterius exhibendo: Sunt enim quædam signa, vel beneficia dilectionis, quæ exibentur proximis in communi, puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto Populo, aut cum aliquod beneficium impēdit aliquis toti communitati; Et talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere est de necessitate præcepti: Si enim non exhiberentur inimicis hoc pertineret ad liuorem vindictæ contra id, quod *dicitur Leuitici* 13. Non quæres vltionem, & non eris memor iniuriæ Ciuium tuorum.

Alia verò sunt beneficia, vel dilectionis signa, quæ quis exhibet particulariter aliquibus Personis: Et talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere non est de necessitate salutis, nisi secundùm præparationem animi, vt scilicet subueniatur eis in articulo necessitatis, secundùm illud *Prou.* 25. si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, da illi potum.

Sed quòd præter articulum necessitatis huiusmodi beneficia aliquis inimicis exhibeat, pertinet ad perfectionem charitatis, per quam aliquis non solum cauet vinci à malo, quòd necessitatis est, sed etiam vult in bono vincere malum, quòd est perfectionis, dum scilicet non

solum

ſolum cauet propter iniuriam ſibi illatam trahi ad odium, ſed etiam propter ſua beneficia intendit inimicum pertrahere ad ſuum amorem.

Ma qui entra vn'altro dubio importante in queſta materia. An poſſimus ſalua charitate inimicis deſiderare malum, & etiam inferre?

Riſponde quæſt. 2. de virtutibus, & vnica de charitate art. 8. ad 10. Dicendum, quòd licitè poteſt ille, ad quem ex officio pertinet, malefactores punire, vel etiam occidere, eos ex charitate diligendo: Dicit enim Gregorius in quadam homilia quòd, iuſti perſecutionem commouent, ſed amantes, quia ſi foris increpationes per diſciplinam exaggerant, intùs tamen dulcedinem per charitatem ſeruant: Poſſumus enim illis, quos ex charitate diligimus, velle, aut inferre aliquod malum temporale propter tria. Primò quidem propter eorum correctionem. Secundò in quantùm aliquorum temporalis proſperitas eſt in detrimentum alicuius multitudinis, vel etiam totius Eccleſiæ: *Vnde dicit Gregorius 21. moral.* Euenire plerumque ſolet, vt non amiſſa charitate inimici nos ruina lætificet, & rurſus eius gloria ſine inuidiæ culpa contriſtet: dum corruente eo, quoſdam benè erigi credimus, & proficiente illo pleroſque iniuſtè opprimi formidamus.

Tertiò ad ſeruandum ordinem Diuinæ iuſtitiæ, ſecundùm illud Pſal. lætabitur iuſtus cum viderit vindictam *Pſal. 53. 11.*

Diranno. Quomodo poſſimus, vel debeamus inimicis optare bona, vel mala?

Riſponde S. M. 3. ad Hannib. diſt. 30. quæſt. vnica art. 1. in corp. Dicendum, quòd affectus dilectionis eſt duplex. Primus innocentiæ, Secundus beneficientiæ. Primo affectu tenemur diligere omnes inimicos ne optemus eis mala, in quantum mala ſunt, ideſt per ſe: Sed mala in quantùm eis expdientia vel Eccleſiæ, vel Reipublicæ fore credimus, per accidens optare poſſumus. Secundus duplex eſt, quia vnus eſt principalis quem charitas primò, & per ſe elicit, vt optare dilecto bona ſpiritualia, ſcilicet gratiam, & gloriam. Alter quem ſecundariò & per accidens elicit, & ideò nec ſemper, quia non ſemper expedit dilectio, vt optare ei bona temporalia. Primò modo tenemur affectu diligere inimicos: Secundo modo non: Sed minus ſecundo modo debemus diligere inimicos Eccleſiæ, quam perſonæ: Nam illis optare proſperitatem temporalem imperfectionis eſt potius quam perfectionis, niſi per accidens, in quantum ſcilicet beneficijs attrahi ſperantur ad Eccleſiæ deuotionem. Inimicis autem perſonæ optare bona temporalia perfectionis eſt, niſi per accidens, in quantum putantur eis, vel alijs fore nociua.

Di queſto amar li inimici, e farli del bene ci laſciò eſempio la Noſtra

San-

Santa Madre di cui racconta il Martinez nella ſua Vita lib. 4. cap. 11. Tertiò demum in hoc illuſtris eiuſdem charitas eluxit quòd omnes omninò, à quibus exagitabatur, quique aduerſarios ſe illi præbebant, ſinguli quadam dilectione complecteretur. Adeò enim immenſa illius erat charitas, vt, cùm iniurius quis in ipſam extitiſſet, hac in ipſum de cauſa peculiari magis amore quàm in alios quoslibet raperetur, huncque maiori quodam ardore ac voluptate Deo per preces commendaret. Cum autem iſtet quoſdam, apud magni nominis, & auctoritatis viros, graues aduerſum ſe calumnias depoſuiſſe, nullam aliam hac pro iniuria tandem rependit, quàm quòd eoſdem amaret ardentius, & Deo commendaret crebrius.

Nel che ſi confermò la Santa con l' Angelico 2. 2. quæſt. 27. art. 7. in corp. doue tratta: An ſit magis meritorium diligere amicum, quàm inimicum. Dicendum, quòd ratio diligendi Proximum ex charitate Deus eſt: Cum ergo quæritur, quid ſit melius, vel magis meritorium, vtrum diligere amicum, vel inimicum, dupliciter iſtæ dilectiones comparari poſſunt; vno modo ex parte Proximi, qui diligitur: Alio modo ex parte rationis propter quam diligitur: Primo quidem modo dilectio amici præeminet dilectioni inimici, quia Amicus & melior, & magis coniunctus eſt; vnde eſt materia magis conueniens dilectioni, & propter hoc actus dilectionis ſuper hanc materiam tranſiens melior eſt; Vnde, & eius oppoſitum eſt deterius, peius enim eſt odire amicum, quam inimicum.

Secundò autem modo: Dilectio inimici præeminet propter duo: Primò quidem, quia dilectionis amici poteſt eſſe alia ratio quàm Deus, ſed dilectionis inimici ſolus Deus eſt ratio: Secundò quia præſuppoſito quòd vterque propter Deum diligatur, fortior oſtenditur eſſe Dei dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit, ſcilicet vſque ad dilectionem inimicorum, ſicut virtus ignis tantò oſtenditur eſſe fortior, quantò ad remotiora diffundit ſuum calorem: Tantò ergo oſtenditur diuina dilectio eſſe fortior, quantò propter ipſam difficiliora implemus, ſicut & virtus ignis tantò eſt fortior, quantò comburere poteſt materiam minus combuſtibilem: Sed ſicut idem ignis in propinquiora fortius agit, quàm in remotiora: Ita etiam charitas feruentius diligit coniunctos, quam remotos: Et quantùm ad hoc, dilectio Amicorum ſecundùm ſe conſiderata eſt feruentior, & melior, quam dilectio inimicorum.

Ma quando tutte le ſopradette ragioni non baſtino, ecco l' vltima, che ſi caua dal medemo Euangelo, che ſe non perdoniamo incorriamo nell' ira di Dio, che ſarà il punto della

SECVN-

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 2. 2. quæſt. 5. art. 3. in corp. dice che: Species cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti, qua ſublata, ſpecies habitus remanere non poteſt. Formale autem obiectum fidei eſt Veritas Prima, ſecundùm quòd manifeſtatur in ſcripturis ſacris, & Doctrina Eccleſiæ, quæ procedit ex Veritate prima. Vnde quicumque non inhæret ſicut infallibili, & diuinæ regulæ, doctrinæ Eccleſiæ, quæ procedit ex veritate Prima, in ſcripturis ſacris manifeſtata, ille non habet habitum fidei: Sed ea, quæ ſunt fidei, alio modo tenet, quam per fidem. Sicut ſi aliquis tenet mente aliquam concluſionem, non cognoſcens medium illius demonſtrationis, manifeſtum eſt, quòd non habet eius ſcientiam, ſed opinionem ſolùm Manifeſtum eſt autem, quòd ille qui inhæret doctrinæ Eccleſiæ, tanquam infallibili Regulæ; omnibus aſſentit, quæ Eccleſia docet: Alioquim ſi de his, quæ Eccleſia docet, quæ vult tenet, & quæ non vult, non tenet, non iam inhæret Eccleſiæ doctrinæ, ſicut infallibili regulæ, ſed propriæ volontati. Et ſic manifeſtum eſt, quòd Hæreticus, qui pertinaciter diſcredit vnum articulum fidei, non eſt paratus ſequi in omnibus doctrinam Eccleſiæ.

Se dunque nel caſo noſtro dell' Euangelio crediamo vna parte, anche dobbiamo credere l'altra: Che ſe non perdoniamo Iratus Dominus tradet nos æternis tormentis: *Si che chi non vuol perdonare per amore, almeno ſi muoua per così gran timore: Si come ſubito ne apporta la ſua raginne l'Angelico 2. 2. quæſt. 19. art. 1. doue in termini terminanti propone la difficolta:* Vtrum Deus poſſit timeri? *Et riſponde. Prima nell' Argomento Sed c. con l'autorità della Scrittura ſacra: Io.* 10. Quis non timebit te, ò Rex Gentium. *Et Malach.* 1. Si ego Dominus, vbi eſt timor meus?

Indi nel corpo dell'Articolo: Dicendum, quòd ſicut Spes habet duplex obiectum, quorum vnum eſt ipſum bonum futurum, cuius adeptionem quis expectat; Aliud autem eſt auxilium alicuius, per quem expectat ſe adipiſci, quod ſperat: Ita etiam & timor duplex obiectum habere poteſt, quorum vnum eſt ipſum malum, quod homo refugit; Aliud autem eſt illud, à quo malum prouenire poteſt. Primo ergo modo Deus, qui eſt ipſa bonitas, obiectum timoris eſſe non poteſt. Sed ſecundo modo poteſt eſſe obiectum timoris, in quantum ſcilicet ab ipſo, vel per comparitionem ad ipſum nobis poteſt aliquod malum imminere. Ab Ipſo quidem poteſt nobis imminere malum pœnæ,

næ, quod non eſt ſimpliciter malum, ſed ſecundum quid, bonum autem ſimpliciter. Cum enim bonum dicatur in ordine ad finem, malum autem importet huius ordinis priuationem, illud eſt malum ſimpliciter, quod excludit ordinem à fine vltimo, quod eſt malum culpæ. Malum autem pœnæ eſt quidem malum, in quantum priuat aliquo particulari bono: Eſt tamen bonum ſimpliciter in quantum dependet ab ordine finis vltimi. Per comparationem autem ad Deum, poteſt nobis malum pœnæ prouenire, ſi ab eo ſeparemur. Et per hunc modum Deus poteſt, & debet timeri.

La qual ſeparatione è certo che può ſeguire con non voler vſar miſericordia al Proſſimo: Che però dice S. Giacomo cap. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui noluit facere miſericordiam. *Onde dice S. Tomaſo qui nel Sermone di queſta Domenica.* Hoc poteſt intelligi in iſto Seruo, qui noluit miſereri Conſerui ſui. *Et in Catena aurea apporta la ſentenza di S. Remigio che dice:* Tunc enim dicitur Deus iraſci quando aduerſus peccatores vindicat. Tortores autem dicuntur Dæmones, quia ad hoc ſemper parati ſunt, vt perditas Animas ſuſcipiant, & in pœna æternæ damnationis eas torqueant.

Et indi ſoggionge il Santo: Nunquid autem poſtquam aliquis demerſus fuerit in æternam damnationem, poterit inuenire ſpatium corrigendi, aut aditum exeundi? Non: Sed quouſque ponitur pro infinito, & eſt ſenſus: Semper ſoluet, ſed nunquam perſoluet: & ſemper pœnam luet.

Almeno dunque per queſto timore ogn'vno ſi sforſi di perdonare, ſe deſidera sfugir così gran male; Poiche come dice S. Tomaſo 3. Sent. ad Hannibal. Diſt. 34. quæſt. 2. art. 1. in corp. Timor qui eſt ex Spiritu Sancto, facit hominem reſpicere ad Deum, ſicut ad cauſam, quæ poteſt malum infligere, vel prohibere, quodcumque ſit malum illud: Et ideò quamuis timor filialis, & ſeruilis diuerſa mala reſpiciant [*cioè il filiale, la colpa, & il ſeruile la pena*] Tamen quia non niſi ab eadem cauſa, ideò eſt vnus habitus ſecundùm ſubſtantiam, ſed vnus perfectus ſcilicet filialis qui perfectius coniungit Deo; Alter imperfectus, ſcilicet ſeruilis qui imperfectius.

Queſta conſideratione dunque, & il timore d'incorrere in così mala ventura ci deue metter almeno il ceruello à partito, e farci riſoluere di ſuperar tal difficoltà, eſſendo che come dice il S. D. 1. 2. quæſt. 44. art. 1. Timor prouenit ex phantaſia alicuius mali imminentis, quod difficilè repelli poteſt, *E così vediamo,* Quòd quando Ciues timent, retrahunt ſe ab exterioribus, & recurrunt quantum poſſunt ab interiora.

Et è così efficace queſto Timore che ci fa più ſolleciti per ſchiuar il ma-

te', che ſi teme, che non fà la Speranza per conſeguir il bene, che ſi ſpera, ſogionge iui il Santo art. 2. ad 3. Timor magis facit conſiliatiuos quàm ſpes, quia ſpes eſt de bono prout poſſumus ipſum conſequi, timor autem de malo prout vix repelli poteſt.

Et 2. 2. *quæſt.* 123. *art.* 11. *dice che:* Grauiùs impellit dolor, quàm voluptas: *Dicit enim Auguſtinus in lib.* 83. *qq.* Nemo eſt qui non magis fugiat dolorem, quam appetat voluptatem, quandoquidem videmus etiam immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus abſterreri dolorum metu: Et inter dolores animi, & pericula maximè timentur ea, quæ ducunt ad mortem.

O penſi ogn'vno ſe non deue temere la diuina minaccia, che condanna all'eterna morte 2. 2. quæſt. 19. a. 9. Dicendum, quòd multiplex eſt timor, vt dictum eſt: Timor autem humanus, *vt dicit Auguſtinus in lib de gratia, & lib. arb.* Non eſt Domum Dei, hoc enim timore Petrus negauit Chriſtum, ſed ille timor de quo dictum eſt *Matth.* 10. Illum timete, qui poteſt animam, & corpus mittere in gehennam.

Diranno. Come ſi deue intendere quella Gloſſa di S. Agoſtino ad Rom. 8. *Che*: Qui timore aliquid facit, etſi bonum ſit quod facit, non tamen benè facit?

Riſponde iui il S. M. art. 4. *ad* 1. Dicendum, quòd verbum illud Auguſtini intelliqendum eſt de eo, qui facit aliquid timore ſeruili in quantum eſt ſeruilis: vt ſcilicet non amet iuſtitiam, ſed ſolùm pœnam timeat.

Ilche poi dichiara ancor meglio ſopra il medeſmo capo 8. *ad Rom. lect.* 3. *cosi dicendo:* Alius autem eſt timor, qui refugit malum, quod contrariatur naturæ creatæ, ſcilicet malum pœnæ: ſed tamen refugit hoc pati à cauſa Spirituali, ſcilicet à Deo: & hic timor eſt laudabilis, quantum ad hoc ſaltem, quod Deum timet. *Deuter.* 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? Et ſecundum hoc à Spiritu Sancto eſt. Sed in quantum talis timor non refugit malum, quod opponitur bono ſpirituali, ſcilicet peccatum, ſed ſolùm pœnam, non eſt laudabilis. Et iſtum defectum non habet à Spiritu Sancto, ſed ex culpa Hominis (habituali, & præcedenti) ſicut & fides informis quantum ad id, quod eſt fidei, eſt à Spiritu Sancto, non autem eius informitas. Vnde etſi per huiuſmodi timorem aliquis bonum faciat, non tamen benè facit (ideſt perfectè) quia non facit ſpontè, ſed coactus metu pœnæ, quod propriè eſt Seruotum. Et ideò timor iſte propriè dicitur ſeruilis, quia ſeruiliter facit hominem operari.

Il quale hora nella noſtra legge nuoua di gratia non deue più hauer luo-

go, *soggionge iui il S.D.* Non enim in noua lege, ſicut in veteri lege fuit, *come già diſſe S. Paolo*, accepiſtis Spiritũ ſeruitutis in timore, ſcilicet pœnarum, quem timorẽ Spiritus Sanctus faciebat; ſed accepiſtis. Spiritum, ſcilicet Charitatis, qui eſt adoptionis filiorum, ideſt, per quem adoptamur in filios Dei. *Gvlat.* 4. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Non autem hoc dicitur, quaſi ſit alius, & alius Spiritus; ſed quia idem eſt Spiritus Sanctus, qui in quibuſdam facit timorem ſeruilem, quaſi imperfectum, in alijs facit timorem, quaſi perfectum.

Nelle quali parole dichiara manifeſtamente non eſſer l'imperfettione del timore ſeruile P.iuatiua, che lo facci peccaminoſo: Mà negatiua, in quanto che non gionge alla perfettione dell'Amore, ſicome lo afferma S.Tomaſo in 3. diſt.34. quæſt.2. art.2. quæſtiunc.1. in corp. doue dice, che Timor ſeruilis eſſentiam ſuam habet ex comparatione ad proprium obiectum, quod eſt pœna æterna, quam fides indicat. Vnde ſeruilitas eſt accidens Timoris, & non intrat eſſentiam eius. Et ideò eſſentia eius bona eſt, quia refugere pœnas æternas non eſt niſi bonum. Vnde ſeruilis timor ſecundùm eſſentiam ſuam à Spiritu Sancto eſt.

E di queſto parla il S. Concilio Tridentino ſeſſ.6. c.6. doue dice: Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dùm excitati Diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ Diuinitùs reuelata, & promiſſa ſunt, &c. Et dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à Diuinæ Iuſtitiæ Timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandum Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque tamquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt.

Che però dice l'Angelico in 3. diſt.34. quæſt.2. art.1. quæſtiunc.3. ad 3. Dicendum, quòd timor Dei eſt amor, non eſſentialiter loquendo, ſed per cauſam, quia amor eſt cauſa timoris.

Et 2.2. *qu.*19. *art.*9. *ad* 3. *aggionge*: Dicendum, quòd ex hoc, quòd amor eſt principium timoris, non ſequitur quòd timor Dei non ſit habitus diſtinctus à Charitate, quæ eſt amor Dei, quia amor eſt principium omnium affectionum; & tamen in diuerſis habitibus perficimur circa diuerſas affectiones.

Et in riſpoſta ad 4. Dicendum, quòd ſicut dicitur *Eccl.* 10. Principium Superbiæ Hominis eſt apoſtatare à Deo, hoc eſt nolle ſubdi Deo; quod opponitnr timori filiali, qui Deum reueretur. Et ſic timor excludit principium ſuperbiæ, propter quod datur contra ſuperbiam. Nec tamen ſequitur, quòd ſit idem cum Virtute Humilitatis, ſed quòd ſit principium eius. Dona enim Spiritus Sancti ſunt principia virtutum intellectualium, & moralium.

E così chi lo poſſiede, ſi può tener felice tutta la ſua vita 2. 2. qu. 19. art. 7. ad 2. doue dice : Timor Dei comparatur ad totam vitam Humanam per ſapientiam Dei regulatam, ſicut radix ad arborem. Vnde dicitur *Eccl.* 1. Radix ſapientiæ timere Dominum ; rami enim illius longæui. Et ideò, ſicut radix virtute dicitur eſſe tota arbor, ita timor Dei dicitur Sapientia.

Sarà dunque Sauio, chi guidato dal Santo Timore, perdonarà le offeſe, e moſtrerà d'eſſer molto fauorito dallo Spirito Santo nella communicatione de ſuoi più alti Doni : ibi art. 9. Dona Spiritus Sancti non poſſunt eſſe cum voluntate peccandi, quia non ſunt ſine charitate : Vnde relinquitur, quòd timor Dei, qui numeratur inter ſeptem Dona Spiritus Sancti eſt timor filialis, ſiue caſtus. Dona enim Spiritus Sancti ſunt quædam habituales perfectiones potentiarum animæ, quibus redduntur benè mobiles à ratione : Ad hoc autem quòd aliquid ſit benè mobile ab aliquo mouente, primò requiritur, vt ſit ei ſubiectum, non repugnans ; quia ex repugnantia mobilis ad mouens impeditur motus : Hoc autem facit timor filialis, & caſtus, in quantum per ipſum, Deum reueremur, & refugimus nos ipſi ſubducere : & ideò timor filialis quaſi primum locum tenet aſcendendo, inter dona Spiritus Sancti, vltimum autem deſcendendo, ſicut dicit Auguſtinus in lib. de Sermone Domini in Monte.

Per tanto la N. S. Madre per Concluſione del Diſcorſo ci eſſorta à far gran conto di queſto ſanto timore cap. 41. de via Perfectionis con queſte parole : Notate Chariſſimæ (per amorem Dei vos obſecro) ſi modo hunc Dei timorem vobis acquirere velitis, per magni referre, antè vos intelligere, quam magnum, & graue ſit Deum peccando offendere, voſque hoc identidem apud vos metipſas reputare, & reuoluere : Noſtra quippe ſalus, & vita inde dependet : magis verò, vt hancce virtutem profundè in cordibus noſtris inſculptam, & radicatam habeamus. Quoadusque verò eam plenè obtinuerimus, neceſſe nos erit ſemper, & aſſiduè magna cum ſollicitudine incedere, omneſque peccandi occaſiones cauere, atque eorum hominum contubernia declinare, qui vt ad Deum propiùs accedamus, impedimento nobis ſunt, non adiumento : Studioſè ergò, & diligenter reflectite ad omnia, quæ agetis, vt in illis voluntatem veſtram frangatis : ac date operam, vt quidquid loquemini, proximum ædificet, & ea colloquia declinate, in quibus de alijs rebus potiùs, quàm de Deo Sermones miſcentur. Multa ſanè requiruntur, vt timor hic in cordibus radices agat, ijſque profundiſſimè inſculptus maneat : quamquam vbi verus amor locum habet, facilè ibi, & timor habeatur, & acquiratur. *Perche come dice S. Agoſtino in lib.*

83. Quæ-

83. *Quæstionum*: Nulli dubium est non aliam esse metuendi causam, nisi ne id, quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum. *Doue S. Tomaso 1. 2. quæst. 43. art. 1. conclude nell' Argomento Sed contra*: Omnis ergo timor causatur ex hoc, quòd aliquid amamus. Amor igitur est causa timoris. Et in fine corporis Articuli: Ex hoc enim quòd aliquis amat aliquod bonum, sequitur quòd priuatiuum talis boni sit ei malum, & per consequens, quòd timeat ipsum tanquam malum.

Il qual male intende il medesimo S. Agostino, la separatione da Dio: Tract. 9. super Epist. Ioan. doue circa medium dice: Timore casto timet homo separationem à Deo. *E l'istesso timore dice esser vnito alla Carità in Ps. 118. Concione 25. circa finem*: Timore casto ipsa, quæ hunc timorem foras mittit, peccare timet Charitas.

Talmente, che la Carità mai può scacciar del tutto il casto timore da se stessa, ne in via, ne in Patria; tanto alte sono le sue radici. In Quæstionibus Disput. de Spe art. 4. ad 2. Timor est respectu mali: Est autem triplex hominis defectus: vnus quidem pœnæ, & hunc principaliter respicit timor seruilis: alius autem est defectus culpæ, & hunc defectum respicit timor filialis, vel castus, secundùm quòd est in statu viæ, in quo peccare possumus: est autem tertius defectus naturalis, secundùm quòd quælibet creatura in infinitum distat à Deo, qui defectus numquam tolletur. Et hunc defectum respicit timor reuerentialis, qui erit in Patria, qui reuerentia exhibet suo Creatori ex consideratione Maiestatis eius, in propriam resiliens paruitatem.

La qual picciolezza ogn' vno per grande che appaia può benissimo concepirla, soggionge il S. D. nella 2. 2. quæst. 61. art. 1. ad 4. riflettendo, che: Perfectum dicitur aliquid dupliciter. Vno modo simpliciter, in quo scilicet nullus defectus inuenitur, nec secundùm suam naturam, nec per respectum ad aliquid aliud; & sic solus Deus est perfectus, cui secundùm naturam Diuinam non competit Humilitas, sed solum secundùm naturam assumptam. Alio modo potest dici aliquid perfectum secundùm quid, puta secundùm suam naturam, aut statum, aut tempus: Et hoc modo Homo virtuosus est perfectus: Cuius tamen perfectio in comparatione ad Deum deficiens inuenitur, secundùm illud *Isa. 40.* Omnes Gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Et sic cuilibet homini potest competere humilitas, ad quem pertinet cognitio [propri] defectus.

E poi finalmente dice 2. 2. quæst. 131. art. 1. Illud secundum quod Homo excellit, non habet à seipso, sed est quasi quiddam Diuinum in eo.

LAVS DEO.

DOMI-

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c. reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. *Matth. c. 22.*

SAN Tomaſo nel Sermone che ſà ſopra il corrente Euangelo dice, che in duobus commendatur Dominus Ieſus Chriſtus in verbis iſtis. Primò à Magiſterij dignitate *ibi*. Magiſter ſcimus, quia verax es. Secundò à doctrinæ vtilitate *ibi*. Et viam Dei in veritate doces. Circa primum nota, quòd conuenit ei Dignitas Magiſterij, quia Veritas apud eum ſolum ſemper conſiſtit *Io.* 13. Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis, ſum etenim. *Lo ſono, & in quanto Diuin Verbo, & in quanto Huomo. Ilche poi dimoſtra l'iſteſſo Angelico in 3. ad Hannib. Diſt. 14. qu. vnica art. 2.* Dicendum, quòd in Verbo diſtinguitur duplex cognitio (*e già ſi sà che la cognitione è poi ordinata al Magiſterio ibidem diſt. 37. art. 1 Perche* in intelligibilibus diſciplinarum non ſufficit homini cognitio interior ſine doctrinà exteriori, *ſicome* in operabilibus virtutum lex interior ſine exteriori non ſufficit) *Hor qual è queſta duplicata cognitione?* Vna, quæ dicitur Viſionis, per quam videt Verbum quaſi præſentia omnia quæ ſunt, erunt, & fuerunt. Alia dicitur ſimplicis intelligentiæ, per quam non ſolùm illa ſcit, ſed etiam omnia, quæ poteſt facere. Anima igitur Chriſti ſcit quicquid eſt, fuit, vel futurũ eſt, quiaipſe eſt omnium Reparator, & Iudex, *ſe bene* non poteſt ſcire omnia, quia noc eſſet cõprehendere Deum. *Al noſtro intento dunque, è in quanto Verbo, & in quanto Huomo, sà ogni coſa, & è ottimo Maeſtro.*

E lo confeſſano parimente i medeſimi opponẽti Io. 16 30. Ecce nunc palã loqueris, nunc ſcimus, quia ſcis omnia: *doue l'iſteſſo Angelico:* In ſuperficie verborum ſatis euidens argumentum eſt certæ, & perfectæ ſcientiæ, quando quis veritatem manifeſtat, & dicit: Vnde dicitur *Prouerb.* 14. 6. Doctrina prudentium facilis eſt. *Onde dice Ariſtotile* 1. *Topic. c.* 1. Probabilia ſunt, quæ videntur omnibus, & plurimis, aut Sapientibus, & his, vel omnibus, vel plurimis, vel maximè cognitis, & probatis.

Domando io adeſſo, come s'accorda con la veriſſima Dottrina di Chriſto

la risposta, che dà hoggi à questi Farisei: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo? *La risposta sarà la materia del presente Discorso. Attenti: & incominciò.*

E prima di venir al punto, che è di tutta importanza, affinche meglio, ogn'vno s'applichi con attentione alla Dottrina, che seco porta quest'Euangelio, dobbiamo supporre che è gratia grande del Signor Iddio, quando ci apre gli occhi con la sua Dottrina, e l'accompagna col suo aiuto, acciò fruttifichi nell'Anime nostre, come dice S. Agostino lib. de Gratia Christi contra Pelagium c. 7. portando le parole istesse di Pelagio: Adiuuat nos Deus per Doctrinam, & reuelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis, ne præsentibus occupemur, futura demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum multiformi, & ineffabili dono gratiæ cœlestis illuminat.

E concorda in ciò respettiue col Conc. Milenitano c. 4. doue definisce, e dice di piu. Qui dixerit gratiam Dei per Iesum Christũ Dominum Nostrum propter hoc tantum nos adiuuare, quia per ipsam nobis reuelatur quid agere debeamus, & aperitur intelligentia Mandatorum Dei, & non etiam, quia nos adiuuat, &c. Anathema sit. Vtrumque enim Donum Dei est, & scire quid agere debeamus, & diligere, vt faciamus.

Che però S. Paolo 1. ad Corinth. 3. dice: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, *doue oltre la gratia della Dottrina aggionge vn'altra gratia attuale, che l'accompagna nel nostro interno, e la rende efficace: Onde S. Agostino lib. de gratia Christi cap. 19.* Hæc gratia, *dice*, si doctrina dicenda est; certè sic dicatur, vt altius, & interius eam Deus cum ineffabili suauitate credatur infundere, non solùm per eos, qui plantant, & rigant extrinsecus, sed etiam per seipsam, qui incrementum tuum ministrat occultiùs.

E così interpreta S. Fulgentio discepolo di S. Agostino in lib. de fide ad Petrum cap. 32. con queste parole: Firmissimè tene, & nullatenus dubites posse quidem Hominem (quem neque ignoranti litterarum, neque aliqua prohibet imbecillitas, vel aduersitas) verba Sanctæ Legis, siue Euangelij, siue legere, siue ex ore alicuius Prædicatoris audire: Sed Diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi quem Diuina gratia præuenerit; vt quod audit corpore, corde etiam percipiat, & accepta Diuitus voluntate, atque virtute mandata Dei facere, & velit, & possit. Neque enim qui plantat est aliquid, &c.

E finalmente S. Tomaso opusc. 60. apporta anche quest'altra autorità di S. Agostino: Gratia Dei præuenit nos, vt bonum velimus, & sequitur ne frustra velimus. Hac gratia se dicit Apostolus præuentum 1. Cor.

13. Gratia Dei ſum iſt quod ſum, ideò per ipſam ad Deum cognoſcendum, & amandum eleuamur. Auguſtinus: Spiritus rationalis ex dono creationis habilis eſt ad cognoſcendum verum, & amandum bonum: Tamen niſi radio interioris lucis fuerit perfuſus, & calore ſuccenſus, nunquam conſequetur ſapientiæ, ſiuè charitatis effectum. *Perilche il medeſimo Angelico opuſc. 73. ſopra quelle parole dell'Eccleſiaſtico* 1. Fili concupiſcens ſapientiam, accede ad illam, & Dominus præbebit eam tibi. *Pregaua S. D. M. che così l'illuminaſſe dicendo*: Inuoco Ego ipſam ne me errare permittat in periculum animæ meæ, & in laqueum aliorum: ſed illuminare dignetur oculos caliginoſos ipſo ſuo lumine: ſine quo nemo valet ad lumen veritatis vſquequaque perducere.

Anoi adeſſo, & al caſo noſtro forſi il più importante di tutt'ir e per l'intelligenza, e per il Diuino aiuto, che vi vuole, &c. Già ſanno il Queſito fatto à Chriſto: An liceat cenſum dare Cæſari, an non? *Dice Chriſto*: Oſtendite mihi numiſma cenſus: At illi obtulerunt ei denarium, & ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? *Dicunt ei*, Cæſaris. *Hor ecco la riſpoſta adequata del Saluatore, dice Tertuliano lib. de Idololatria cap.* 15. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, ideſt imaginem Cæſaris Cæſari, quæ eſt in nummo, & imaginem Dei Deo, quæ in homine eſt, vt Cæſari quidem pecuniam reddas Deo temetipſum.

E Concorda S. Hilario, portato qui in Catena da S. Tomaſo con queſto ſenſo tropologico: Deo, *dice*, etiam ea, quæ Dei ſunt, reddere nos oportet, ideſt Corpus, & Animam, & voluntatem; numiſma autem Cæſaris in auro eſt, in quo eſt eius imago depicta; Dei autem numiſma Homo eſt, in quo eſt Dei imago figurata; ideò diuitias veſtras date Cæſari, Deo autem innocentiæ veſtræ conſcientiam ſeruate.

Parimente S. Bernardo concorre nell'iſteſſa intelligenza lib. de Paſſione Domini cap. 3. Reddite, *dice*, Cæſari denarium Cæſaris habentem imaginem. Reddite Deo animam, quam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit.

Hor qui è done tanto ſi ſuda in penſare di douer render il noſtro ſpirito à Dio, che può eſſer ogni hora: Onde diceua S. Baſilio Homil. De non adhærendo rebus ſæcularibus: Oportet nos quotidiè ad emigrandum ex hac vita paratos eſſe, & nutum Domini fixis oculis expectare.

Così ſi racconta del Beato Gotifredo dall'Autore della ſua vita, che ſi apparecchiaua à queſto tranſito ogni giorno con feruenti, e più deſiderij: Quemadmodum in exequijs Mortuorum membra componi ſolent, manus, & brachia ſua compoſuit ſupinus dicens: O' ſi veniant hora

illa

illa noſtri tranſitus. O' ſi ad hanc horam aptare, & præparare me digneris Domine Deus meus.

S. Agoſtino Serm. 39. de tempore. Tota ſeries Scripturarum nos à terrenis ad cœleſtia erigi adhortatur, vbi vera, & ſempiterna eſt Beatitudo.

S. *Gregorio in Homil. citato da S. Tomaſo ſuper cap. 12. Lucæ.* Horam vltimam Dominus idcircò nobis voluit eſſe incognitam, vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur.

E l'iſteſſo dice Beda, citato iui parimente: Nihil ergo melius eſt, quàm vt patienter ſuſtineamus ignorare quod ſciri non poteſt, ſed tantum laboremus, vt idonei inueniamur.

E finalmeute S. Teofilo ibid. dice che tutto il noſtro male viene dal non penſar à queſto: Ex eo autem quòd non conſideratur hora finis, multa peccata eueniunt; Nam ſi cogitaremus Dominum veniſſe, & præſtò eſſe terminum vitæ uoſtræ, minùs vtique peccaremus.

Et aſſegna la ragione di ciò l'Angelico nelle Diſputate De iuſtificatione impij art. 5. ad 5. Perche dice il S. M. Ex hoc quòd aliquis ſibi Deum finem conſtituit, ſequitur, quòd non conſtituat ſibi finem in peccato, & ita quòd auertitur à propoſito peccandi.

E non ſolo non penſa più di peccar all'auenire, mà ſi pente, e ſi duole in eſtremo delli peccati paſſati, ſoggionge il S. D. ne ſupplementi quæſt. 3. art. 1. Dicendum, quòd contritio nihil eſt aliud, quam diſplicentia præteriti peccati: & talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores: quia quantum aliquid placet, tantum contrarium eius diſplicet: Finis autem vltimus ſuper omnia placet, cum omnia propter ipſum deſiderentur. Et ideò peccatum quod à fine vltimo auertit, ſuper omnia diſplicere debet.

E che queſto dolore debba eſſer ſuper omnia, *lo proua anche nell'Argomento:* Sed contra, *con l'autorità di S. Agoſtino:* Secundùm Auguſtinum, Omnis dolor in amore fundatur: Sed Amor Charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, eſt maximus: Ergo & dolor contritionis eſt maximus.

Præterea. Dolor eſt de malo: ergo de magis malo debet eſſe maior dolor: ſed culpa eſt magis malum, quàm pœna: Ergo dolor de culpa, qui eſt contritio, excedit omnem alium dolorem.

Chi dunque penſa d'arriuar à Dio, hà altro penſiero che di più offender Dio, e però ſe alcuno l'offende è per diffetto, e mancanza di tal penſiero.

M à dice quello; Io penſo ogni dì à queſto, e procuro d'aſtenermi da peccati, e pure non ſento mai totalmente l'animo mio diſpoſto per quel paſſaggio, anzi temo, e tremo, quando conſidero à quèl ponto di morte, e vedo

che ogn'vno che ſe le auicina, per Santo che ſia, la teme, e la fugge quanto più può ; Poiche come dice S. Tomaſo 1. 2. qu. 5. art. 3. Naturaliter vitam deſideramus, & eam perpetuò manere vellemus, quia naturaliter homo refugit mortem.

Come dunque può vn'huomo raſſegnarſi di prender queſta pillola così amara ? Chi è che le dia il cuore dire con la noſtra Serafica Madre Tereſa, gionta a quel paſſo : Veni, iam Domine mi, & Sponſe, Hæc eſt optata illa toties hora. Iam tempus eſt, vt inuicem nos conſpiciamus. Iam eundi tempus eſt, Domine, quod fœlix, fauſtumque ſit : fiat voluntas tua. Venit iam tandem hora, qua hoc egrediar exilio, & anima mea ſimul tecum fruatur eo, quod tantopere concupiuit ? *Vita lib. c. 15.*

Riſponde l'Angelico, che niſſuno è eſcluſo da queſta ſperanza in 3. ſent. diſt. 25. qu. 2. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 1. Dicendum, quòd in his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem nunquam Deus homini quærenti ſuam ſalutem deeſt, vel defuit, niſi ex culpa ſua remaneat.

Ilche poi ſpiega meglio per noſtra inſtruttione in corpore Articuli. Dicendum ad primam quæſtionem, quòd ad ſalutem aliquis dupliciter peruenit. Quidam enim non perueniunt merito proprio, ſed merito alieno, ſicut pueri, & ſtulti baptizati, quibus ſuffragatur meritum Chriſti, cuius facti ſunt participes in perceptione Sacramenti, quia meritum proprium habere non poſſunt, cum non habeant vſum liberi arbitrij, quod exigitur ad meritum. Quicumque autem vſum liberi arbitrij habent, tenentur ad merita Chriſti, & meritum proprium adhibere, meritum autem conſiſtit in actu virtutum, vnde ad ſalutem ipſorum oportet quòd ſit & actus, & habitus virtutum.

E qual Atto virtuoſo ſpecialmente ſi richiede per il Moribondo per eſſer ſaluo ? Non altro, che la Patienza, e conformità con la Morte del Noſtro Saluatore 1. 2. qu. 85. art. 5. ad 2. Oportet enim quòd ad immortalitatem, & impaſſibilitatem Gloriæ, quæ in Chriſto inchoata eſt, & per Chriſtum nobis acquiſita, perueniamus conformati prius paſſionibus eius. Vnde oportet, quòd ad tempus eius paſſibilitas in noſtris corporibus remaneat ad impaſſibilitatem Gloriæ promerendam conformiter Chriſto.

E che la Patienza ſia gran virtù lo prona il S. D 2. 2. qu. 135. art. 1. in corp. Dicendum, quòd Virtutes Morales ordinantur ad bonum, in quantum conſeruant bonum rationis contra impetus paſſionum : inter alias autem paſſiones Triſtitia efficax eſt ad impediendum bonum rationis, ſecundùm illud 2. *ad Corinth. 7.* Sæculi triſtitia mortem operatur : *Et Eccl. 30.* Multos occidit Triſtitia, & non eſt vtilitas in illa:

vnde

vnde neceſſe eſt habere aliquam Virtutem, per quam bonum rationis conſeruetur contra triſtitiam, ne ſcilicet ratio triſtitiæ ſuccumbat: Hoc autem facit Patientia: vnde Auguſtinus dicit in lib. de Patientia, quod Patientia Hominis eſt qua mala æquo animo toleramus (ideſt ſine perturbatione triſtitiæ) ne animo iniquo bona deſeramus, per quæ ad meliora perueniamus: vnde manifeſtum eſt Patientiam eſſe Virtutem.

Et ad 3. apporta la ragione. Quare Patientia ponitur inter fructus Spiritus Sancti, vt patet *ad Gal.* 5. Dicendum, quòd fructus in ſui ratione importat quandam delectationem: Sunt autem operationes Virtutum delectabiles ſecundùm ſeipſas, vt dicitur *in* 1. *Etich.* Conſuetum eſt autem in nomine Virtutis vt etiam virtutis actus ſignificarentur: Et ideò patientia quantum ad habitum ponitur Virtus; quantum autem ad delectationem, quam habet in actu, ponitur fructus: Et præcipuè quantum ad hoc quòd per patientiam animus præſeruatur, ne obruatur triſtitia.

Et quæſt. 134. *art.* 2. *ad* 1. *dice che in quel ſenſo* Patientiam habet opus perfectum, vt dicitur *Iac.* 2. Dicendum, quòd Patientia dicitur habere opus perfectum in aduerſis tolerandis, ex quibus primò procedit triſtita, quam moderatur Patientia.

Et art. eodem ad 2. *Spiega quel detto in S. Luca cap.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Dicedum, quòd poſſeſſio importat quietum dominium: & ideò per patientiam dicitur homo ſuam animam poſſidere, in quantum radicitus euellit paſſiones aduerſitatum, quibus anima inquietatur.

Et Art. 4. *ad* 3. Dicendum, quòd Patientia poteſt quantum ad aliquid ſui poni pars integralis Fortitudinis, prout ſcilicet aliquis patienter ſuſtinet mala, quæ pertinent ad pericula mortis.

Al che molto gioua ſoggionge il S. D. opuſc. 3. *il conſiderare che* Per hoc peruenimus ad beatitudinem, ad quam ordinat pax, quia per patiẽtiam pacem habemus, & in tempore proſpero, & aduerſo, & ideò pacifici dicuntur filij Dei, quia ſunt ſimiles Deo, quia ſicut Deo nihil nocere poteſt, ita nec eis, &c.

Sbi dunque deſidera far bene quel paſſaggio, biſogna chə s'armi di Patienza: Mà non baſta ſoggionge la S. Madre, che anche ſpecialmente deue raccorrere al Diuino aiuto, che però ella nel tal punto anche ripeteua ſpeſſo Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. *Et ne apporta la ſua ragione l'Angelico iui art.* 3. *in corp.* Dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in lib. de Patientia. Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum & dolorum; & nemo niſi pro eo quod delectat ſponte ſuſcipit ferre,

quod cruciat. Et huius ratio eſt, quia triſtitiam, & dolorem ſecundum ſe abhorret animus: Vnde nunquã eligeret ea pati propter ſe, ſed ſolum propter finem: Ergo oportet quòd illud bonum, propter quod aliquis vult pati mala, ſit magis volitum, & amatum, quàm illud bonum, cuius priuatio ingerit dolorem, quem patienter toleramus: quod autem aliquis præferat bonum Gratiæ omnibus naturalibus, ex quorum amiſſione poteſt dolor cauſari, pertinet ad Charitatem, quæ diligit Deum ſuper omnia; vnde manifeſtum eſt quòd patientia, ſecundum quòd eſt Virtus, à Charitate cauſatur, ſecundùm illum 1. *ad Corinth* 13. Charitas patiens eſt: Manifeſtum eſt autem quòd Charitas non poteſt haberi, niſi per gratiam, ſecundùm illud *Rom.* 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Vnde patet quòd Patientia non poteſt haberi ſine auxilio Gratiæ.

Il qual aiuto il Signor'Iddio è ſempre pronto à darlo; Onde ſopra quel paſſo dell'Apocaliſſe c. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, *non determinando il tempo, dice il Concilio Senonenſe doppo hauer determinato In Decreto fidei cap.* 15. Gratiam auxiliantem eſſe homini neceſſariam ad operandum in negotio ſalutis, *ſoggionge*: Hæc tanta Gratiæ neceſſitas libertati non repugnat: quia Deus ſemper in promptu eſt; & nec momentum ptæterit, in quo non ſtet ad oſtium, & pulſet.

Spiega maggiormente tutto ciò S. Tomaſo 1. *p. quæſt.* 114. *art.* 1. *doue prepone il ſecondo Argomento in queſta forma, & è molto à propoſito anche per quel punto di morte, in cui ſi dice che il Demonio tenta maggiormente,* Sciens quia modicum tempus habet *Apoc. c.* 12. 12. *e procede in tal modo:* Non eſt æqua conditio pugnæ, vt infirmus contra fortem, ignatus contra aſtutum exponatur ad bellum: Sed Homines ſunt infirmi; & ignari; Dæmones autem potentes, & aſtuti: Non eſt ergo permittendum à Deo, qui eſt omnis iuſtitiæ Auctor, vt Homines à Dæmonibus impugnentur.

E riſponde in tal modo: Ad ſecundum dicendum, quòd ad hoc, quòd non ſit inæqualis pugnæ conditio, fit ex parte Hominis recompenſatio, principaliter quidem per auxilium Diuinæ Gratiæ; Secundariò autem per cuſtodiam Angelorum.

E di più ſoggionge 3. *P. qu.* 49. *art.* 2. *Se il Moribondo crede, e ſtà ſaldo nella fede di Chriſto, reſta libero affatto dalla poteſtà del Demonio: Prima nel Argomento* Sed contra: Dominus dicit *Io.* 12. imminente paſſione. Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras, & ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum. Eſt autem exaltatus à terra per Crucis paſſionem: Ergo per eam Diabolus eſt à poteſtate

Homi-

Hominum ejectus. *Indi nel corpo dell'Articolo.*

Dicendum, quòd circa poteſtatem, quam Diabolus in Homines exercebat ante Chriſti paſſionem, tria ſunt conſideranda. Primò quidem ex parte Hominis, qui ſuo peccato meruit, vt in poteſtatẽ traderetur Diaboli, per cuius tentationem fuerat ſuperatus. Aliud autem ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per ſuam iuſtitiam hominem reliquerat poteſtati Diaboli. Tertium eſt, ex parte ipſius Diaboli, qui ſua nequiſſima voluntate hominem à conſecutione ſalutis impediebat. Quantùm ergo ad primum, Homo eſt ex poteſtate Diaboli liberatus per paſſionem Chriſti, in quantum Paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccatorum.

Quantùm autem ad ſecundum: Dicendum, quòd Paſſio Chriſti nos à poteſtate Diaboli liberauit, in quantùm nos Deo reconciliauit.

Quantùm verò ad tertium, Paſſio Chriſti nos à Diabolo liberauit, in quantum in paſſione Chriſti exceſſit modum poteſtatis ſibi traditæ à Deo, machinando in mortem Chriſti, qui non habebat meritum mortis, cum eſſet abſque peccato. Vnde Auguſtinus dicit *in 5. de Trinit.* Iuſtitia Chriſti victus eſt Diabolus, quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen: & vtique iuſtum eſt, vt Debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem ſine vllo debito occidit.

Mi diranno: Ciò non oſta che ancora non tenti. Ergo non ſumus per paſſionem Chriſti ab eius poteſtate liberati.

Riſponde iui il S.D. ad 2. Dicendum, quòd Diabolus etiam nunc poteſt quidem, Deo permittente, homines tentare quantum ad animam, & vexare quãtùm ad corpus; ſed tamen præparatũ eſt homini remediũ ex paſſione Chriſti, quo ſe poteſt tueri contra hoſtis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ. *Che è il creder fermamente in lui.* Et quicumque ante paſſionem Chriſti *anche* Diabolo reſiſtebant, per fidem paſſionis Chriſti hoc facere poterant, licet Paſſione Chriſti nondum peracta. Quantum autem ad aliquid, nullus poterat Diaboli manus euadere; vt ſcilicet non deſcenderet in infernum, à quo poſt paſſionem Chriſti ſe poſſunt homines eius virtute tueri? Vnde *ſoggionge iui ad 3.* Semper per paſſionem Chriſti eſt paratum Hominibus remedium ſe tuendi contra nequitias Dæmonum: Sed ſi aliqui hoc rimedio vti negligant, nil deperit efficaciæ paſſionis Chriſti.

Diranno: Chi ha peccato, almeno teme la pena douuta. Riſponderò nella

SECONDA PARTE.

S. Tomaſo 2. 2. *quæſt.* 20. *art.* 2. *in corpore, dice che:* Contingit aliquem habentem rectam exiſtimationem in vniuerſali, circa motum appetitiuum non rectè ſe habere, corrupta eius exiſtimatione in particulari Quia neceſſe eſt, quòd ab exiſtimatione in vniuerſali ad appetitum rei particularis perueniatur mediante exiſtimatione particulari, *vt dicitur in* 3. *de Anima*. Sicut ex propoſitione vniuerſali non infertur concluſio particularis, niſi aſſumendo particularem. Et inde eſt, quòd aliquis habens rectam fidem in vniuerſali, deficit in motu appetitiuo circa particulare, corrupta eius æſtimatione per habitum, vel per paſſionem. Sicut ille, qui fornicatur, eligendo fornicationem, vt bonam ſibi, vt nunc, habet corruptam æſtimationem in particulari; Cum tamen retineat vniuerſalem æſtimationem veram ſecundum fidem, ſcilicet, quod fornicatio ſit mortale peccatum. Et ſimiliter aliquis retinendo in vniuerſali veram æſtimationem fidei, quòd ſcilicet eſt remiſſio peccatorum in Eccleſia, poteſt tamen pati motum deſperationis, quòd ſcilicet ſibi in tali ſtatu exiſtenti, non ſit ſperandum de venia, corrupta æſtimatione circa particulare. Et per hunc modum poteſt eſſe deſperatio ſine infidelitate, ſicut & alia peccata mortalia.

Come dunque faremo à liberarci dalla diſperatione per le pene meritate de noſtri peccati?

Riſponde S. *Tomaſo* 3. *P. quæſt.* 49. *art.* 3. *doue propone in termini terminanti la difficoltà*. Vtrum per paſſionem Chriſti homines ſint liberati à pena peccati. *E riſponde di sì*. *Prima nell'Argomento* Sed contra. *Iſaiæ* 53. Verè langores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

Indi nel corpo dell'Articolo: Dicendum, quòd per paſſionem Chriſti liberati ſumus à reatu pœnæ dupliciter. Vno modo directè, in quantum, ſcilicet, paſſio Chriſti fuit ſufficiens, & ſuper abundans ſatisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibita autem ſatisfactione ſufficienti, tollitur reatus pœnæ. Alio modo indirectè, in quantum ſcilicet, paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ.

Mà qui entrano alcune obiettioni importanti, che il ſentirne la riſpoſta apporta anche gran cõforto in tãto cimento. 1. Videtur quòd per paſſionem Chriſti non ſint homines liberati à pœna peccati. Præcipua enim pœna peccati eſt æterna damnatio: Sed illi, qui damnati erant

in infer-

in inferno pro ſuis peccatis, non ſunt per Chriſti paſſionem liberati, quia in inferno nulla eſt redemptio. Ergo videtur, quòd Paſſio Chriſti non liberauit Homines à pena peccati. 2. Præter illis, qui ſunt liberati à reatu pœnæ, non eſt aliqua pœna iniungenda: Sed Pœnitentibus iniungitur pœna ſatisfactoria: Non ergo per paſſionem Chriſti ſunt Homines liberati à reatu pœnæ. 3. Præt. Mors eſt pœna peccati, ſecundùm illud *Rom.6.* Stipendia peccati mors: Sed adhuc poſt paſſionem Chriſti Homines moriuntur. Ergo poſt paſſionem Chriſti, non ſunt Homines liberati à reatu pœnæ. *Riſponde.*

Ad Primum ergo dicendum, quòd Paſſio Chriſti ſortirur effectum ſuum in illis, quibus applicatur per fidem, & charitatem, & per fidei Sacramenta; Et ideò damnati in inferno, qui prædicto modo paſſioni Chriſti non coniunguntur, effectum eius percipere non poſſunt.

Ad Secundum dicendum, quòd ad hoc quòd conſequamur effectum paſſionis Chriſti; oportet nos ei configurari. Configuramur autem ei in Baptiſmo Sacramentaliter, ſecundùm illud *Rom. 6.* Conſepulti ſumus ei per Baptiſmum in mortem. Vnde Baptizatis nulla pœna ſatisfactoria imponitur, quia ſunt totaliter liberati per ſatisfactionem Chriſti. Quia verò Chriſtus ſemel tantum pro peccatis noſtris mortuus eſt, vt dicitur 1. *Petri* 3. ideò non poteſt Homo ſecundariò configurari morti Chriſti per Sacramentum Baptiſmi. Vnde oportet, quòd illi, qui poſt Baptiſmum peccant, configurentur Chriſto patienti per aliquid pœnalitatis, vel paſſionis, quam in ſeipſis ſuſtineant, quæ tamen multò minor ſufficit, quàm eſſet condigna peccato, cooperante ſatisfactione Chriſti.

Ad Tertium dicendum, quòd ſatisfactio Chriſti habet effectum in nobis, in quantum incorporamur ei, vt membra ſuo capiti, ſicut ſupsa dictum eſt. Membra autem oportet Capiti conformari, & ideò ſicut Chriſtus primò quidem habuit gratiam in anima cum paſſibilitate corporis, & per paſſionem ad gloriam immortalitatis peruenit, ita & nos qui ſumus membra eius, per paſſionem ipſius liberamur quidem à reatu cuiuslibet pœnæ; ita tamen quod primò recipimus in anima ſpiritum adoptionis filorum, quo aſcribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus paſſibile, & mortale habentes; poſtmodum verò configurati paſſionibus, & morti Chriſti, in gloriam immortalem perducimur, ſecundùm illud *Rom.* 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

Et aggionge lib. 2. de peccat. meri. cap. 31. Poterat hoc etiam donare credentibus, vt neque ipſius experirentur corporis mortem; ſed ſi

hoc

hoc feciſſet, carni quædam felicitas adderetur: Minueretur autem fidei meritum. Sic enim homines mortem iſtam timent, vt non ob aliud felices dicerent eſſe Chriſtianos, niſi quòd mori omninò non poſſent; Ac per hoc nemo propter illam vitam, quæ poſt iſtam mortem beata futura eſt, per virtutem etiam contemnendæ ipſius mortis, ad Chriſti gratiam feſtinaret, ſed propter remouendam mortis moleſtiam, vt delicatiùs crederetur in Chriſto.

Mà non ſono ancora del tutto contento. Inſegna il S. D. 1. 2. qu. 18. art. 4. Quòd eadem eſt diſpoſitio rerum in bonitate, & in eſſe. Sunt enim quædam, quorum eſſe ex alio non dependet: & in his ſufficit conſiderare ipſum eorum eſſe abſolutè. Quædam verò ſunt, quorum eſſe dependet ab alio: vnde oportet quòd conſiderentur per conſiderationem ad cauſam, à qua dependent. Sicut etiam eſſe rei dependet ab Agente, & forma, ſic bonitas rei dependet à fine. Vnde in Perſonis Diuinis, quæ non habent bonitatem dependentem ab alio, non conſideratur aliqua ratio bonitatis ex fine. Actiones autem humanæ, & alia, quorum bonitas dependet ab alio, habent rationem bonitatis ex fine à quo dependent præter bonitatem abſolutam, quæ in eis exiſtit. Sic igitur in actione humana, bonitas quadruplex conſidetari poteſt Vna quidem ſecundum genus, prout ſcilicet eſt actio, quia quantum habet de actione, & entitate, tantum habet de bonitate. Alia verò ſecundùm ſpeciem, quæ accipitur ſecundùm obiectum conueniens. Tertia ſecundùm circumſtantias, quaſi ſecundùm accidentia quædam. Quarta autem ſecundùm finem, quaſi ſecundum habitudinem ad bonitatis cauſam.

Onde dite pure in 1. ſent. diſt. 2. qu. 1. art. 5. ad 4. Sapientia Diuina realiter facit effectum ſapientiæ propter veritatem rationis ipſius, quæ mouet. *Et aſſegnate la ſua ragione l. 4. cont. Gent. cap. 10. in fine:* Quia veritas in ſe ipſa fortis eſt, & nulla impugnatione conuellitur. *Perche come ſoggiongete 1. 2. quæſt. 112. art. 5. ad 2.* Certitudo pertinet ad perfectionem intellectus: vnde de ratione ſcientiæ eſt, quòd homo habeat certitudinem de his quorum habet ſcientiam. *Ilche tutto ſi eontiene nella ſcientia Diuina come dice S. Agoſtino 14. de Trinit.* Huic ſcientiæ attribuitur illud quo fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur.

Mà non voglio omettere qui due Dottrine importanti per li Studioſi, che ſono nella 2. 2. qu. 166. E ſia la prima doue nel primo Articolo ſi tratta: Vtrum materia ſtudioſitatis ſit propriè cognitio? *Et è la riſpoſta.* Dicendum, quòd ſtudium propriè importat vehementem applicationem mentis ad aliquid. Mens autem non applicatur ad aliquid, niſi cognoſcendo illud: Vnde per prius mens applicatur per cognitionem; Secundariò autem applicatur ad ea in quibus homo per cognitionem dirigitur. Et ideo ſtudium per prius reſpicit cognitionem; & per poſterius

ſterius quæcumque alia ad quæ operanda directione cognitionis indigemus, &c.

La ſeconda ibidem art. 2. doue è il Queſito: Vtrum ſtudioſitas ſit pars temperantiæ. *Et è la riſpoſta*: Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt. Ad Temperantiam pertinet moderari motum appetitus, ne ſuperfluè tendat in id quod naturaliter concupiſcitur. Sicut autem naturaliter homo concupiſcit delectationes ciborum ſecundùm naturam corporalem: ita ſecundum animam naturaliter deſiderat cognoſcere aliquid. Vnde & Philoſoph dicit in principio Metaphiſicę, Quòd omnes homines naturaliter ſcire deſiderant: Moderatio autem huiuſmodi appetitus pertinet ad virtutem ſtudioſitatis. Vnde conſequens eſt, quòd ſtudioſitas ſit pars potentialis temperantiæ, &c. *Ilche ſia detto per cautela d'ogn'vno.*

Il Minimo de' voſtri Diſcepoli
Fra Giuſeppe Maria di Gieſù
Carmelitano Scalzo.

INDEX

INDEX

Rerum notabilium copioſus, quæ in hoc toto Opere continentur calamo, ac cura Patris Fratris Vrbani à S. Alexio Sacræ Theologiæ Lectoris concinnatus. Taurini in Conuentu S. Tereſiæ.

A

ACedia quædam eſt triſtitia aggrauans, & ita animum hominis deprimens, vt nihil ei libeat agere, & ideò importat tædium operandi. pag. 602.

Acedia, vt eſt torpor mentis bona negligentis inchoare ſemper eſt mala, quia eſt de eo, quod eſt apparens malum, & verè bonum ſpirituale. ibid.

Acedia motus in ſola ſenſualitate reſidens ex repugnantia carnis ad ſpiritum eſt peccatum veniale: Si verò contingit in ratione in fugam boni ſpiritualis conſentiente, tunc eſt mortale. ibid.

Acedia eſt receſſus mentalis à bono diuino, cui eius mens neceſſariò debet inherere. ibid.

Acedia eſt vitium capitale, quia eſt triſtitia de bono diuino interno, ex qua multa vitia oriuntur. pag. 603.

Acedia contrariatur præcepto Sanctificationis Sabbathi, triſtitia enim mẽtis de bono diuino contrariatur quieti mẽtis in Deo. p. 604

Accidens, quod cauſatur ex ſubiecto eſt indignius ſubiecto, ſicut effectus cauſa: Accidens autem, quod cauſatur ex participatione alicuius ſuperioris naturæ eſt dignius ſubiecto. pag. 113.

Adoptio diuina in hoc difert ab humana, quòd Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiam ad cœleſtem hæreditatem percipiendam, homo autem non facit idoneum adoptatum, ſed eum iam idoneum eligit adoptando. pag. 327.

Adoptioni accidit, quòd adoptatus fuerit filius iræ, vel quòd fuerit prius tempore non filius. ibid.

Adoptari à Deo ſoli conuenit creaturæ rationali, non tamen omni, ſed habenti charitatem. ibid.

Amicitia debet esse inter eos, qui eandem vitam participant. Angeli autem & homines non conueniunt in eadem vita naturæ, sed solum conueniunt in vita gratiæ, & in eadem simul cum Deo, & secundum hanc vitam habent inter se amicitiam. pag. 282
Amicitiæ maximè proprium est simul conuersari ad amicum. Conuersatio autem hominis ad Deum est per contemplationem ipsius. pag. 667
Amor creaturæ est purè affectiuus, quia amor illius non est causa bonitatis obiecti amati, Amor verò Dei respectu creaturarum est purè effectiuus, quia est infundens, & creans bonitatem in rebus. pag. 110.
Amor Dei ad creaturam est duplex, communis, secundum quem diligit omnia, quæ sunt secundum esse naturale. Et specialis secundum quem eleuat creaturam ad participationem boni diuini per gratiam, & hic amor est simpliciter talis. pag. 111.
Licet Deus ex parte ipsius actus non magis quædam præ alijs amet, quia omnia amat vnico actu eodem modo se habente, tamen ex parte ipsius boni voliti, aliquem magis alio amat, quia ei maius bonum vult. ibid.
Amor transfert creaturas in amatum, vt participent bona amati: sed Deus non transfertur in creaturas isto modo, sed vt eis communicet suam bonitatem. pag. 265.
De Dilectione Dei vide Concionem in die Pentecostem. pag. 274.
& Concionem XVII. pag. 544.
Nunquam sine dolore amittitur, quod cum maximo amore possidetur. pag. 330.
Nulla maior prouocatio ad amorem, quam præuenire amando: Nullus enim est ita durus, qui etsi dilectionem nolit impendere, nolit tamen rependere. pag. 620.
Intensus Amor quærit excludere omnia sibi repugnantia. Aliter tamen Amor concupiscentiæ, & aliter Amor amicitiæ.
Angelus adhæret immobiliter obiectis semel electis, homo verò viator mobiliter, quia posita electione potest ab ea discedere. p. 56.
Omnia beneficia exteriora habemus per Angelos mouentes corpora cœlestia. pag. 399.
In præcepto quo tenemur diligere proximum Sancti Angeli continentur, à quibus tanta nobis officia misericordiæ impenduntur. ibid.
Angeli nos adiuuant, vel orando, vel bona suadendo, vel Dæmones arcendo. Potius tamen hoc dicitur de Michaele &c. pag. 644.
Animæ pulchritudo consistit in assimilatione ipsius ad Deum, ad quem

quem formari debet per charitatem gratiæ ab eo ſuſceptam, quæ claritas gratiæ prohibetur ab anima per peccatum commiſſum, inter nos, & Deum diuidens. pag. 115.
Anima quanto magis à corporeis ſenſibus abſtrahitur, magis poteſt eſſe particeps ſuperioris influxus. pag. 192.
Auaritia ſola iuueneſcit in homine, licet cætera vitia ſeneſcant, vnde difficile, vel nunquam curatur. pag. 605.
Aliter inſanabile eſt peccatum in Spiritum Sanctum, aliter Auaritia. Primum inſanabile eſt ex parte contemptus. Auaritia verò eſt inſanabilis ex parte defectus humani. ibid.
Auaritia, vt eſt inordinatus appetitus diuitiarum, eſt radix omnium peccatorum. ibid.
Auaritia, quæ conſiſtit in appetitu diuitiarum, eſt vitium capitale, in quantum ab ea oriuntur alia ſecundum rationem finis, & diuitiæ finis ſufficientiam promittunt. ibid.
Nihil eſt iniquius, quàm amare diuitias, hic enim & animam ſuam venalem habet, & nihil eſt tam angusti, tamque parui animi, quàm pecuniam amare. pag. 606.
Homo non amatiuus pecuniæ de facili benè vtitur ea, & ad ſeipſum, & ad vtilitatem aliorum, & ad honorem Dei, & excellens dicitur, quia eſt vtilis ad multa. pag. 607.

B

Baptiſmus habet virtutem auferendi pœnalitates huius vitæ, non tamen eas aufert in præſenti vita, ſed eius virtute auferuntur à iuſtis in Reſurrectione. pag. 302.
Fuit conueniens, vt Baptiſmus relinqueret vitæ paſſibilitatem; Primo ob conformitatem cum Chriſto. Secundo ob ſpirituale exercitium. Tertio ne homines propter impaſſibilitatem huius vitæ illum ſuſciperent, & non magis ob amorem vitæ æternæ. p. 303.
Beatitudo æterna nequit cognoſci à Viatore, quæ & qualis ſit, benè tamen ſecundum rationem boni perfecti, & hoc modo motus ſpei in illam tendit. pag. 587.
Quæcumque alia bona non debemus à Deo petere, niſi in ordine ad Beatitudinem æternam. pag. 188.
Quod aliqui habentes ſpem deficiant à conſecutione Beatitudinis, contingit ex defectu liberi arbitrij ponentis obſtaculum peccati. pag. 586.
Benedictio eſt duplex, vna, quæ eſt à merente per proprium actum, & iſta à quolibet iuſto impendi poteſt. Alia eſt, qua homo benedicit, vt benedictionem ex merito Chriſti procedentem alicui inſtru-

itrumentaliter applicet. Et ista à solis Ecclesiæ Præsulibus exhi
betur. pag. 402.
In Bonitatis diuinæ participationibus non est immediata coniunctio ad Deum per primos effectus, quibus in esse naturæ subsistimus, sed per vltimos gratiæ, quibus ipsi Deo tanquam summo bono adhæremus. pag. 157.
Bonum fortius est ad mouendum, quàm malum, quia malum non agit nisi virtute boni. pag. 142.
Bonum hominis, vt homo est, bonum est secundum rationem, non autem secundum sensum corporis. pag. ibid.
Bonum multitudinis est maius, quàm bonum vnius, qui est de multitudine. pag. 173.
Bonum primum creatum est gratia, quæ est principium omnium bonorum. Vltimum autem omnium bonorum est Pax, quæ est finis generalis mentis, & in gloria æterna, & in regimine, & in conuersatione humana. pag. 201.
Boni vniuersalis mens humana cognoscitiua est per intellectum, & desideratiua per affectum. Nihil ergo est, quod possit hominem beatum facere eius implendo desiderium, nisi Deus. pag. 208.
Vnitate naturæ nihil est magis vnum, quàm nos, sed vnitate affectus, cuius obiectum est bonum, summum bonum debet esse nobis magis vnum, quàm nos. pag. 282.

C

CAntus Ecclesiasticus salubriter institutus est, vt sic per laudes diuinas animi infirmorum magis prouocarentur ad deuotionem. pag. 52.
Ecclesia approbat consuetudinem cantus, quia per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgit. pag. 55.
Charitatis venenum est spes rerum temporalium, augmentum verò eius est cupiditatis diminutio, perfectio nulla cupiditas. p. 41.
Charitas cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur. pag. 50.
Quicumque habet Charitatem habet omnes alias virtutes: Deus enim ad quæcumque dat inclinationem, dat etiam formas aliquas quæ sunt principia inclinationum, & motuum, ad quæ res inclinatur. Inclinat autem Charitas ad omnes actus virtutum. p. 66.
Per Charitatem Anima coniungitur Deo, qui est vita Animæ, sicut Anima est vita corporis. Et ideò si Charitas excluditur est peccatum mortale, nec remanet aliquod principium vitæ, per quod iste defectus reparetur. pag. 116.

Signa augmenti Charitatis tria ſunt. Primum maior perfectio potentiæ; ſecundum maior impermixtio contrarij; tertium eſt maior extenſio actus proprij. pag. 145.

Augetur Charitas in ſubiecto ex feruore, & deuotione. p. ibid.

Charitate diligitur Deus propter ſeipſum: vnde vna ſola ratio diligendi, diuina ſcilicet bonitas, attenditur à Charitate. Aliæ rationes ſunt ſecundariæ. pag. 255.

Salua Charitate poſſumus deſiderare malum temporale alijs, & de ipſo gaudere, non inquantum malum illorum, ſed inquantum eſt impedieus malum aliorum, vel Communitatis, vel Eccleſiæ, quæ ſunt magis diligenda: Videmus enim, quod proſperitas vnius inducit aduerſitatem alterius. pag. 252.

Quos ex Charitate diligimus, inferre eis malum poſſumus propter eorum correctionem, propter eorum humiliationem, & propter diuinæ iuſtitiæ executionem. pag. 253.

Salua Charitate inimici ruina nos lætificat, & eius gloria ſine inuidiæ culpa contriſtat, dum corruente eo quoſdam benè erigi credimus, & proſperante illo multos iniuſtè opprimi formidamus. pag. 253.

Diſtinctio graduum in Gloria non accipitur, nec ex parte obiecti, nec ex diuerſitate ſimilitudinis, nec ex diuerſa perfectione naturali intellectuum, ſed penes graduum Charitatis. pag. 266.

Si eſſet poſſibile quòd ex noſtris operibus aliquid Deo accreſceret, habens Charitatem ex vi illius multo plura faceret propter beatitudinem conſeruandam Deo, quam propter eam ſibi adipiſcendam. pag. 279.

Vnumquodque dicitur perfectum, inquantum attingit proprium finem. Charitas autem nos vnit Deo, vt vltimo fini, vnde ſecundum Charitatem attenditur ſpecialiter perfectio vitæ Chriſtianæ. pag. 282.

Charitas comparatur ad omnes alias virtutes, vt motor, vt forma, & vt finis. pag. 283.

Vt præceptum Charitatis, & dilectionis Dei perfectè impleatur, quatuor requiruntur. Primum diuinorum beneficiorum recordatio. Secundum Diuinæ Excellentiæ conſideratio. Tertium mundanorum, & terrenorum abdicatio. Quartum eſt omnimoda peccatorum vitatio. pag. 290.

Ex Charitate cauſatur duplex gaudium de Deo, gaudium, quo gaudemus de bono Diuino ſecundum ſe conſiderato, & iſtud eſt ſine triſtitiæ permixtione; Et gaudium de bono Diuino à nobis participato, & iſtud poteſt habere permixtionem triſtitiæ, quia hæc parti-

participatio poteſt impediri, vel in nobis, vel in proximis. p. 322
In peccatoribus debemus odire, quod peccatores ſunt, & diligere, quod homines ſunt capaces beatitudinis, & hoc eſt verè eos diligere ex charitate propter Deum. pag. 327.
Actus, qui eſt ex Charitate, ordinatur ad augmentum Charitatis, & per modum diſpoſitionis, & meriti. pag. 365.
Charitatis augmentum differt à puritatis augmento in hoc, quòd Charitatis angmentum fit per acceſſum ad Diuinam bonitatem, & puritatis per receſſum à contrario. pag. 556.
Charitas non poteſt eſſe informis, ideſt ſine gratia. pag. 556.
Diminutio pœnalitatis, quam facit Charitas non diminuit efficaciam ſatisfactionis, ſed auget eam. pag. 654.
Certitudo non poteſt haberi de aliquo, niſi per ſuum principium: Vnde nullus habet alicuius concluſionis ſcientiam, ſi ignorat principium. Principium autem gratiæ eſt Deus, qui ob ſui excellentiam eſt nobis ignotus, & ideò nullus habet certitudinem de ſua gratia. pag. 131.
Notandum tamen hic pro conſolatione lectoris, quòd coniecturaliter poteſt aliquis cognoſcere ſe habere gratiam, inquantum ſcilicet percipit ſe delectari in Deo, & contemnere res mundanas, & inquantum homo non eſt conſcius ſibi alicuius peccati mortalis 1. 2. q. 112. art. 5. Vide pag. 223. Quadrageſimalis eiuſdem. Chriſtus cognoſcit omnia in Verbo ſiuè actu exiſtentia, ſiuè in potentia creaturæ, non tamen omnia, quæ ſunt in potentia Diuina. p. 19.
Chriſto homini data eſt poteſtas iudicandi, & notificatum eſt ei tempus iudicij. pag. 20.
Chriſtus nunquam aliquem ſanauit, cuius corpus ab omni infirmitate, & animam à contagione peccati non curauerit pag. 63.
Aliquis fit particeps Chriſti per realem conformitatem ad ipſum, ſcilicet inquantum Chriſto patiente patimur, quod quidem fit per pœnitentiam. pag. 65.
Conformatio ad Chriſtum fit per noſtram operationem, quæ ſi fit perfecta ſecundum proportionem ad reatum culpæ, tunc pœna totaliter tollitur ſiuè hoc ſit in contritione tantum, ſiuè etiam in alijs partibus pœnitentiæ. Si ſit imperfecta, remanet obligatio ad aliquam pœnam vel hic, vel in purgatorio ſoluendam. pag. 66.
Chriſtus nos docuit verbo, & exemplo humilitatem, paupertatem, & afflictionem corporis, & laborem. Sequamur ergo Summum Magiſtrum, qui nec fallere vult, nec falli poteſt. pag. 68.
Quicumque credit in Chriſtum, habet vitam æternam, habet in-

quam

quam in cauſa, in ſpe, & quandoque habiturus in re. Io. 1. In ipſo vita erat. pag. 69.
Chriſtus familiariter conuerſando, omnibus dabat fiduciam accedendi ad ſe, ideò loquebatur in Parabolis, vt rudes melius inſtruerentur, & melius ea memoriæ commendarent. ibid.
Chriſti influentia eſt in Animas, & in Angelos. pag. 73.
Chriſtus non portat inane Nomen inſtar priorum. pag. 71.
Saluare autem homines, & propitiationem eſſe pro peccatis eorum competit Chriſto, vt eſt caput. pag. 72.
Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ, & ſic illuminat, purgat, perficit, vnde oportet ad hoc, quòd ſit Caput, quòd in eo ſit gratiæ plenitudo, per quam ſit purus lucidus, & perfectus. pag. 73.
Chriſtus ſecundum humanitatem eſt principium omnis gratiæ, tanquam per inſtrumentum coniunctum, ſicut Deus eſt principium omnis eſſe. pag. 74.
Gratia habitualis in Chriſto dicitur gratia vnionis, inquantum congruit naturæ Diuinitati vnitæ, & capitis, inquantum per eam fit reſuſio in ſalutem. Singularis verò Perſonæ, inquantum ad opera meritoria perficiebat. p. ibid.
Chriſtus duplicem gratiam habuit, increatam, quæ donata eſt humanæ naturæ per vnionem ad Perſonam Verbi, & iſta gratia Chriſti eſt infinita. Creatam aliam, & habitualem, qua Anima eius formaliter perficiebatur, & hæc fuit quodammodo finita, & infinita, finita ſecundum eſſentiam, & infinita, vt erat à Perſona infinitè digna. pag. 76.
Nulla cauſa fuit Chriſto veniendi, niſi peccatores ſaluos facere; tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ. pag. 117.
Quidam ſunt Chriſti prædeſtinatione, & re, vt ſimpliciter boni: quidam prædeſtinatione, & non re, vt mali, tamen futuri boni. Alij, nec re, nec prædeſtinatione, ſed tantum numero ſicut ſimpliciter mali. pag. 158.
Quiſquis vult adnumerari militiæ Chriſti, debet charitatis charactere inſigniri, quia inſignia Chriſti, ſunt inſignia charitatis. p. 177.
In Chriſto fuit timor Dei, vt reſpicit Diuinam Eminentiam, prout ſcilicet Anima eius quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum. pag. 257.
Vox Chriſti virtutem quandam habebat, vt non ſolum exterius, ſed etiam interius cor moueat. pag. 352.
Fletus Chriſti non fuit perturbati animi ſignum, ſed docentis Magiſtri. pag. 410.

Vlti-

Vltima consummatio gratiæ facta est per Christum, vnde & tempus eius dicitur tempus plenitudinis. pag. 587.
Dicitur aliquis esse Christi non solum ex eo, quòd habeat fidem Christi, sed etiam ex eo, quòd spiritu Christi ad opera virtuosa procedit, & etiam ex hoc, quòd ad imitationem Christi moritur peccatis. pag. 593.
Cognitio operabilium est homini connaturalior, quàm speculabilium. pag. 24.
Minima rerum supernaturalium cognitio desiderabilior, & perfectior est certissima rerum inferiorum cognitione. pag. 467.
Plus requiritur ad perfectionem cognitionis, quàm amoris, quia ad perfectionem cognitionis requiritur, vt homo cognoscat sigillatim, quæ sunt in re, secus autem in amore. pag. 466.
Contingere potest, quòd aliquid plus ametur, quàm cognoscatur, quia potest perfectè amari, etiãsi perfectè non cognoscatur. p ibid.
Concupiscentia quid infinitum est, vnde nunquam satiatur, quia cor hominis factum est ad recipiendum Deum, id ergo quod minus est Deo, ipsum implere non potest. pag. 606.
Confessio Sacramentalis obligat dupliciter, ex iure Diuino, inquantum est medicina à Deo prouisa, & secundum hoc illi dumtaxat, qui sunt in peccato mortali, ad illam tenentur. Et ex præcepto iuris positiui. Et sic tenentur omnes ex institutione Ecclesiæ vt quilibet se peccatorẽ recognoscat, & quòd eget gratia Dei. p. 653.
Contemplatiuæ vitæ vltima perfectio est, vt Diuina Veritas non solum cognoscatur, sed etiam vt ametur. pag. 206.
Licet contemplatio essentialiter consistat in intellectu, principium tamen habet in affectu, inquantum quis ex charitate incitatur ad contemplationem Dei. pag. ibid.
Delectatio contemplationis omnem delectationem corporalem excedit, quia est purè spiritualis. Et ipse amor quo ex charitate Deus diligitur, omnem amorem excedit. p ibid.
Contemplatio Diuinorum, quæ habetur in via, etsi sit imperfecta: tamen est delectabilior omni alia contemplatione quantumcumque perfecta propter excellentiam rei contemplatæ.
Vita contemplatiua simpliciter melior est actiua. pag. 280.
Contemplatio Sanctorum præsupponit amorem contemplati, ex quo procedit vnde principaliter consistit in operatione intellectus circa Deum. pag. ibid.
Ad contemplationem spiritualium requiritur maxima mentis elevatio, quæ impeditur per vehementiam passionum, & per inordina-

dinatam occupationem rerum exteriorum. pag. 367.
Contemplatio viæ non poteſt eſſe ſine phantaſmatibus, ſiue in cognitione naturali, ſiuè in cognitione rerum reuelatarum. pag. 441.
Contritio eſt humilitas ſpiritus annihilans peccatum, vnde eſt dolor voluntarius pro peccatis aſſumptus, & compunctio, & humilitas mentis. pag. 58.
Contritio, & confeſſio debent eſſe ſigillatim de omnibus peccatis mortalibus.
Contritio eſt diſplicentia præteriti peccati, & talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores, quia quantum aliquid placet, tantum contrarium eius diſplicet: Finis autem vltimus ſuper omnia placet, eum omnia propter ipſum deſiderentur, & ideo peccatum quod à fine vltimo auertit ſuper omnia diſplicere debet. Supplem. quæſt. 3. arr. 1. in Quadr. pag. 144.
Proprium eſt perfectorum, totum cor Deo dedicare, & omnem mentem ipſi conſecrare: Qui enim putant, ſe poſſe Deo, & fæculo ſeruire, eandem imaginem offerunt Deo, & Cæſari. pag. 103.
Ex corde amat, qui prudenter diſcernens expellit ſuperflua, & impedientia, & attrahit neceſſaria ad amandum adiuuantia. p. 289.
Vide ibidem alia pulchra de proprietatibus cordis.
Vita carnis ſanitas cordis. pag. 611.
Primum principium purificationis cordis eſt fides, qua purificatur impuritas erroris. Et perfecta purificatio cordis eſt perfecta Charitas, qua purificatur impuritas amoris. pag. 652.
Hæc eſt differentia inter corpus hominis naturale & corpus Eccleſiæ myſticum, quòd membra corporis naturalis ſunt omnia ſimul. Membra verò Corporis myſtici non ſunt omnia ſimul, neque quantum ad eſſe naturale, neque quantum ad eſſe gratiæ. p. 72.

D

NVllus eſt homo, qui abſque aliqua delectatione in triſtitia diù manere poſſit, ideò ex triſtitia duo conſequuntur, primum eſt, vt recedat à contriſtantibus, ſecundum, vt tranſeat ad alia, in quibus delectatur ſcilicet ad delectationes ſpirituales, quæ ſunt potiores corporalibus. pag. 603.
Deuotio dicitur à deuouendo, vnde Deuoti dicuntur, qui ſeipſos Deo deuouent, vt ei ſe totaliter ſubdant, quare Deuotio nihil aliud eſt, quàm voluntas promptè ſe tradendi ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum. pag. 100.
Cauſa Deuotionis duplex eſt, prima extrinſeca, Deus nempe quia, quos Deus dignatur, vocat, & quem vult Deuotum facit. Secunda

est intrinseca, meditatio nempe, in quantum homo per meditationem concipit sibi bonum esse, quod se tradat Diuino obsequio. pag. 101.
Inducimur ad Deuotionem ex consideratione Diuinæ bonitatis, & beneficiorum Dei, & hæc consideratio excitat dilectionem; Et ex consideratione proprij defectus, ex quibus indiget homo, vt Deo innitatur, & hæc consideratio excludit præsumptionem. p. ibid.
Ea, quæ pertinent ad Christi humanitatem per modum cuiusdam manuductionis maxime deuotionem excitant, cum tamen Deuotio principaliter circa ea, quæ sunt Diuinitatis consistat. p. ibid.
Consideratio eorum, quæ dilectionem excitant Deuotionem causant, & consideratio eorum, quæ mentem distrahunt Deuotionem impediunt. pag. 105.
Deuotio imponit modum humanis actibus, siue sint ipsius voluntatis circa ea, quæ sunt ad finem, siue sint aliarum potentiarum, quæ mouentur ab ea. pag. 143.
Ad Deuotionem per se primo consequitur delectatio, & secundario tristitia, quæ est secundum Deum. pag. ibid.
In Deo non est habitualis cognitio, quia simul, & vno actu omnia cognoscit. pag. 76.
Tanta est in Deo suauitas, & amabilitas, vt cognitus ab anima sanctum ipsum ad se trahat, eamque vehementer in se absorbeat, similitudinem adamantis, qui virtute sua fortiter ferrum ad se trahit. pag. 164.
Deus viuificat Animam, non sicut causa formalis, sed sicut causa efficiens, vnde cadit aliqua forma media gratia nempe. p. 112.
Deus deificat Animam communicando consortium Diuinæ naturæ per quandam similitudinis participationem. pag. ibid.
Vult Deus semper rogari, quia vult habere occasionem dandi, quia largissimus & ditissimus. pag. 122.
Deus semel iustificatos non deserit nisi prius ab eis deseratur. p. 140.
Iuste deseritur à Deo, qui deserui Deum, quia homo deserens Deum peccat, & Deus deserens peccatorem iustitiam seruat. p. ibid.
Deus quasi Colonus colit suos multis modis. Primò colit vepres amouendo, scilicet peccata. Secundò colit vomere verbi sui arando. Tertio postquam arauit seminat semen gratiæ. Quartò post semen sepem circundat, timorem scilicet. pag. 152.
Quanto creatura Deo magis subijcitur, tanto altior est, sicut materia, quanto magis formæ subijcitur, tanto perfectior est. p. 219.
Deus perfectissimam cognitionem intellectiuam habet: quantò itaque

que creaturæ magis accedunt ad primum intelligens, nobiliorem participant cognitionem. pag. 262.

Impossibile est quòd Deus secundum se odiatur ab aliquo, potest tamen quis odisse vt prohibentem, & vt punientem. pag. 278.

Deus est in creatura rationali per gratiam, sicut cognitum in cognoscente, & sicut amatum in amante, & secundum istum modum specialis præsentiæ, dicitur habitare in Anima tanquam in templo suo. pag. 279.

Melius est odium propter Deum, quàm amicitia, quæ est propter ipsum: Cum enim propter ipsum amamur, debitores ei sumus: Cum odio propter ipsum habemur, debitorem eum nobis facimus. pag. 448.

Licet nimia conuersatio in humanis reuerentiam minuat, & contemptum pariat, secus est cum Deo, nam quanto quis per amorem, & contemplationem familiarior efficitur, tanto eum, vt excellentiorem magis reueretur, & seipsum minorem reputat. pag. 467.

Qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur, & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à Deo nesciuntur Paulo attestante: Qui ignorat ignorabitur. pag. 575.

Deus ad ea, quæ sunt, fuerunt, vel erunt producenda determinatur ex proposito suæ diuinæ voluntatis. pag. 580.

Quando Deus loquitur nobiscum, vocat, & dicit seipsum regnum nostrum, Nos verò loquentes cum ipso ipsum benedicimus, quia sumus regnum eius. pag. 588.

Cum Deus sit Pater noster non solum debemus eum reuereri, & timere, sed etiam ad eum habere dulcem, & pium affectum. p. 589.

Deus non diligit coacta, sed voluntaria seruitia, vt qui obsequuntur ex ipso ministerio mereantur. pag. 667.

Desperatione nihil est execrabilius, quam qui habet in vitæ laboribus, & fidei certamine constantiam perdit. pag. 74.

Perpetrare flagitium aliquod, mors est Animæ, sed desperare est descendere in infernum. pag. ibid.

Desperatio non importat solum privationem spei, sed importat quendam recessum à re desiderata, propter æstimatam impossibilitatem adipiscendi. pag. 214.

Dispositio æterna licet Trinitati conueniat, tamen Filio attribuitur, quia in Filio Pater omnia disposuit, sicut in sua Sapientia, & in tempore per ipsum perfecit. pag. 55.

Doctrina ostenditur esse vera ex hoc quod consonat rationi rectæ. pag. 172.

Melius est docere Sacram Doctrinam, & magis meritorium, si bona intentione agatur, quàm impendere curam saluti huius, vel illius. pag. 173.
Melior est instructio multorum quàm vnius. pag. ibid.
Quilibet Christianus operam dare debet, vt semper conferat cum eo qui Doctrina luculenter est instructus, & quò hic erit Doctor, eo id ei futurum melius. pag. 591.
Doctores litteras mortis suæ portant, qui sciunt, docent, & non faciunt. Istæ sunt litteræ sine sigillo, id est scientia sine vita, & ideo non creditur eis. pag. 223.
Docente te in Ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacrymæ Auditorum laudes tuæ sint. pag. 194.
Hæc sunt Pontificis, & Doctoris opera, vt aut à Deo discat, aut Populum doceat; sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus Sanctus docet. pag. 530.
Donum qui habet, & benè illo vtitur, sibi amplioris gratiæ, & doni acceptionem meretur, & qui malè vtitur, hoc ipsum quod habet auferetur ab eo. pag. 106.
Donum est datio irredibilis, & sine intentione retributionis: ratio autem gratuitæ donationis est amor: Primum ergo quod damus est amor, vnde amor habet rationem primi doni per quod alia dona gratuita donantur. pag. 263.
Dona supernaturalia duplici ratione dicuntur gratuita; Primò quia gratis diuinitus dantur, Secundò quia speciali modo per huiusmodi dona homo efficitur Deo gratus. pag. 291.
Ad hoc Deus specialia aliquibus dat dona, vt ea effundant in alios, vnde vult vt ex omnibus bonis nostris crescat aliqua vtilitas alijs; Ordo enim est in diuinis donis. pag. ibid.
Sicut virtutes morales connectuntur sibi inuicem in prudentia, ita dona Spiritus Sancti connectuntur sibi inuicem in Charitate, itaut habens Charitatem omnia dona habeat, quorum nullum sine illa possidetur. pag. 358.
Vtrumque donum Dei est, & scire quod agere debeamus, & diligere vt faciamus. pag. 631.
Qui mouentur per dona Spiritus Sancti, non debent consiliari secundum rationem humanam, sed sequi debent interiorem instinctum, quia mouentur à meliori principio quàm sit ratio humana. pag. 675.
In dubijs moralibus periculum est diuersa sentire. pag. 69.

Veri-

Veritas agnita ſalutaris eſt in dubio morali, & incognita periculum ingerit humanæ ſaluti; Vnde admodum eſt vtile veritatem inueſtigare, quia humana ſalus in veritatis cognitione conſiſtit. p. 69.

E.

EVangelium eſt Doctrina perfectionis. pag 11.
Euangelium eſt annunciatio humanæ ſalutis facta proprio ore Saluatoris. pag. 13.
Omnibus Diuinæ Scripturæ paginis Euangelium excedit, quia quod lex, & Prophetæ tradiderunt hoc completum dicit Euangelium. pag. 222.
Euangelica Doctrina habet ſublimitatem virtutis, virtus enim eſt in ſalutem omni credenti. pag. 676.
Ad legem Euangelij pertinet principaliter gratia Spiritus Sancti interius data, & quantum ad hoc lex iuſtificat. pag. 677.
Euchariſtiæ quotidianam ſumptionem, nec laudare, nec vituperare debemus, quia qui ſe quotidie ad hoc paratum inuenit laudabile eſt, quòd quotidie ſumat: Qui verò ob corporis, vel Animæ indiſpoſitionem impeditur non eſt ei vtile quotidie illam ſumere. p. 309
Omnem effectum, quem cibus naturalis facit in ordine ad vitam corporalem, quòd ſcilicet ſuſtentat, auget, reparat, & delectat, hoc totum facit hoc Sacramentum quantum ad vitam ſpiritualem. p. 311
Alimentum corporale conuertitur in ſubſtantiam eius, qui nutritur, & alimentum ſpirituale conuertit hominem in ſeipſum. p. ibid.
Sub Sacramento Altaris verum continetur Corpus Chriſti, quia oportuit vt eſſet aliquod Sacramentum, in quo Chriſtus non participatiuè, ſed per ſuam eſſentiam contineretur, vt ſit perfecta coniunctio capitis ad membra. pag. ibid.
Euchariſtia non ordinatur ad omnes effectus paſſionis Chriſti, ſed ad principalem, qui eſt vniri ipſi Chriſto: vnde alia Sacramenta requiruntur ad eam vt diſpoſitiones quædam. pag. 312.
Corpus Chriſti ſecundum modum eſſendi, quem habet in hoc Sacramento, neque ſenſu, neque imaginatione perceptibile eſt, ſed ſolo intellectu per fidem, ſicut & cætera ſupernaturalia. pag. 313.
Imperfectus debito modo accedendo, per hoc Sacramentũ perfectus fieri poteſt, quia eius effectus eſt conuerſio hominis in Chriſtũ. ibid.
Sex ſunt vtilitates quas efficit Corpus Chriſti digne ſumptum. Peccatorum remiſſio. A Dæmonibus liberatio, ineffabilis ſpiritus delectatio, ſanitatis Animæ confirmatio, ad moriendum, & præliandũ pro Deo confortatio, & æterna Animæ viuificatio. pag. 316.
Tria requiruntur ad Euchariſtiæ ſumptionem, munditia conſcientiæ, actualis deuotio, & munditia corporalis. pag. 117.

Manducat spiritualiter Christum, qui fidem, & charitatem habet ad ipsum sine receptione Sacramenti, & cum deuotione, & desiderio illud sumendi. pag. ibid.
Eleemosinæ spirituales sunt potiores corporalibus, ratione boni spiritualis exhibiti, ratione subiecti, cui subuenitur spiritus nempè, & ratione actus spiritualis. F pag. 218.
FEbres somniculosæ periculi plenæ sunt, & pessima febris est, quæ perpetuam habet inclinationem ad somnum. pag. 134.
Febris est intemperies calida totius corporis, quæ quandiu perseuerat, tandiu durat febris. pag. 591.
Fides potest dici in aliquo maior, vel ex parte intellectus propter maiorem certitudinem, & firmitatem, vel ex parte voluntatis propter maiorem deuotionem, & promptitudinè ad credendū. p. 564.
Fides est necessaria ex parte Dei, quem oramus, vt scilicet credamus ab eo nos posse obtinere, quod petimus. pag. 566.
Tripliciter adiuuatur homo ad credendum. Per interiorem vocationem, per doctrinam, & Prædicationē exteriorem, & per exteriora miracula. p. 129.
Fides est tanquam causa nobis applicans merita Christi, & velut quædam oratio tacita ad impetrandum, itaut omnia impetrentur per fidem à Deo iuxta Christi promissum. pag. 247.
Fides Deum vt summum verum habet sicut principale obiectum, alia verò quæcunque sicut secundaria obiecta. pag. 254.
Fidei triplex est actus, credere Deum, Deo, & in Deum. Et vltimus demonstrat ordinem Fidei in finem qui est per charitatem. p. 255.
Ea quæ subsunt Fidei specialiter requeunt esse simul visa, & credita. Si verò considerentur in generali sub ratione communi credibilis, sic sunt visa à credente; nullus enim credit nisi euidentia signorum videat ea credenda. pag. 276.
Inductiua veræ Fidei, sunt, auctoritas diuinæ scripturæ miraculis confirmatæ, & interior instinctus Dei inuitantis. pag. 277.
Licet Fides sit actus intellectus, supponit tamē piā voluntatis affectionē excitantis, & determinantis ipsū intellectū ad credendū. p. 354.
Certissimè credendum est cuilibet Christiano quòd ea quæ ex voluntate hominis dependent, qualia sunt humana opera, non ex necessitate aliquis subdantur. pag. 409.
Filij Dei sunt homines tripliciter: Primò per gratiæ infusionem. Secundò assimilantur Deo per operum perfectionem, quia qui facit opera iustitiæ, est filius. Tertiò assimilatur Deo per gloriæ adeptionem. pag. 109.
Finis cognitio, & affectio non sufficiunt vt homo operetur propter il-

luntas, nisi habeat fiduciam de consecutione finis, alias nunquam incipiet operari pag. 103.
Illud, quod quæritur tanquam finis siue mensura quærendum est: At in his, quæ sunt ad finem, adhibenda est mensura secundum proportionem ad finem. pag. 598.
Vltimus finis naturaliter cadit in appetitu, & omnia desideria præsupponunt desiderium vltimi finis. pag. 619.
GLoria vana periculosum est peccatum non solum ratione suæ grauitatis, sed quia est dispositio ad grauia peccata, inquantum per illam homo redditur præsumptuosus. pag. 484.
Finis manus gloriæ est manifestatio propriæ excellentiæ, quam dupliciter homo facit. Et per verba, & per facta. Si fiat per verba est iactantia. Si per facta est hypocrisis. pag. 485.
Laudabile est quòd quis habeat curam de bono nomine, & prouideat bona coram Deo, & hominibus, non tamen quòd in hominum laude inaniter delectetur. pag. ibid.
Gloria quæ habetur à Deo non est gloria vana, sed vera. pag. 486.
Similiter etiam homo laudabiliter potest ad aliorum vtilitatem suam gloriam appetere secundum illud Matth. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est. pag. ibid.
Gratia hominis iusti comparatur ad gratiam Christi, sicut virtus particularis ad vniuersalem, vnde quantumcunque crescat non potest adæquare gratiam Christi. pag. 29.
Gratia expellit formaliter culpam: ex hoc enim ipso quòd informat subiectum, sequitur quod culpa in subiecto non sit, sicut patet de sanitate, & infirmitate. pag. 72.
Ex parte formarum prior est culpæ remissio in genere causæ materialis, sed gratiæ infusio prior est in genere causæ formalis, quia culpæ remissio est dispositio ad gratiæ infusionem. pag. 75.
Gratia donorum, & virtutum in hoc differt à Sacramentali, quòd prima est ad expeditionem potentiarum in ordine ad actus suos. Secunda verò est ad curationem morbi, & reintegrationem potentiarum vulneratarum. pag. 78.
Gratiæ opitulatio per innumeros modos siue occultos, siue manifestos adhibetur. Quòd verò à multis refutatur ipsorum est nequitia quòd à multis acceptatur est gratia Diuinæ, & voluntatis humanæ. p. 107
Gratia est queda similitudo Diuinitatis participata in homine. p. 112
Gratiæ pulchritudo est duplex, prima est interior, quam tollit peccatum mortale. Secunda est exterior in quantum gratia apparet exterius, & hanc tollit peccatum veniale. pag. 159.
Ad tollendam maculam peccati mortalis requiritur gratiæ

infusio, & ad tollendam maculam venialis requiritur actus procedens ex gratia, quo remouetur adhæsio ad rem temporalem inordinatam. pag. 139.
Gratia sermonis conceditur Prædicatoribus ad instruendum intellectum, ad mouendum affectum, & ad flectendum animos auditorum. pag. 156.
Multis datur gratia, quibus non datur perseuerare in gratia. p. 408.
Homo constitutus in gratia, omnia peccata mortalia, & singula vitare potest. Etiam singula peccata venialia, sed non omnia. p. 434
Sine gratia nullum prorsus siue cogitando, siue amando, siue agendo faciunt homines bonum. pag. 580.
Gulæ vitium non consistit in substantia cibi, sed in concupiscentia non regulata ratione. pag. 595.
Ille est gulosus, qui propter concupiscentiam cibi delectabilis scienter excedit mensuram in edendo. pag. 595.
Gula est vitium capitale, quia ab ea oriuntur alia vitia secundum rationem delectationis tactus, qui est finis multum appetibilis. pag. 596.
Qui scienter nimis comedit cum graui corporis damno, peccat mortaliter. ibidem.
Gula plures interficit quam gladius. Pone gulæ metas, vt sit tibi longa ætas. pag 597.

H.

HOmo ad benè faciendum aptatur dupliciter, vno modo exterius persuadendo, vel comminando, & isto modo Homines, & Dæmones aptant. Alio modo aliquid interius exhibendo, & sic solus Deus aptat voluntatem. pag. 26.
Homo per se potest cadere in peccatum, sed non potest per se ab illo resurgere. ibid.
Homo variabilis est de bono in malum, vnde indiget auxilio diuino, vt figatur in bono. ibid.
Homo quando peccat facit se perseuerante in malo, nisi gratia Dei liberetur: Non autem ex hoc quòd facit bonum perseuerantem se facit in bono, quia de se semper est potens peccare, & ideò semper indiget auxilio diuino. ibid.
Vt Homo fidentius ambularet ad Veritatem, ipsa Veritas Dei Filius, Homine assumpto, fundauit fidem. pag. 30
Homo cum primò suæ mentis est compos, ad Deum se conuertere, & in eo finem suum constituere tenetur. pag. 59
Solus Homo inter Creaturas inferiores est capax Dei, quia ipse solus præ

præ cæteris poteſt ipſum cognoſcere, & amare explicitè. ibid.
Homo in repentinis operatur ſecundum finem præconceptum, & ſecundum habitum præexiſtentem, pag. 61
Homo ex præmeditatione rationis poteſt aliquid agere præter ordinem finis præconcepti, & præter inclinationem habitus. ibid.
Viſibilia facta ſunt, vt Homini miniſtrarent, illumque exercerent: Miniſtrant quidem neceſſaria vitæ, & exercent eius intellectum, & affectum, videndo in hac vita Deum quodammodo per ea tanquam per ſpeculum. pag. 71
Homines quantumlibet mali non totaliter donis Dei priuantur, nec ſua Deus dona in eis reprobat, ſed quod ex eorum malitia procedit. pag. 76
Homo debet habere minuendi venialia peccata propoſitum, alioquin eſſet ei periculum deficiendi, cum deſereret appetitum proficiendi, & tollendi impedientia ſpiritualis profectus. pag. 434
Ad perfectionem Hominis pertinet, quòd ipſe ſe cognoſcat; ſed quòd ipſe ab alijs cognoſcatur non pertinet ad eius perfectionem, & ideò non eſt per ſe appetendum, licet poſſit per accidens. pag. 485
In Hominem Sapientem non cadit perturbatio, quia fortius non perturbatur à debiliori. Virtus autem fortior eſt malitia, vnde Virtuoſus non perturbatur ab ea. ibid.
Homo in ſtatu naturæ corruptæ indiget Virtute gratiæ quantum ad duo, ſcilicet vt ſanetur, & vt bonum ſupernaturalis Virtutis operetur. Vlterius in omni ſtatu indiget Homo auxilio diuino, vt ab ipſo moueatur ad benè agendum. pag. 581
Homo lege naturali eſt obligatus, vt primò ſollicitus ſit de ſua ſalute. pag. 619
Homo in ſtatu innocentiæ habuit omnes Virtutes, quæ in ſui ratione nullam dicunt imperfectionem ſecundum habitum, & actum. Quæ verò dicunt imperfectionem ſecundum habitum, & non actum. pag. 651
Humilitas tunc ante Dei oculos eſt vera cum ad reſpuendum, hoc quod vtiliter ſubire præcipitur pertinax non eſt. pag. 217
Humilitas eſſentialiter in appetitu conſiſtit ſecundum quod Aliquis refrænat impetum animi ſui ne immoderatè tendat in Magna. pag. 541
Quilibet Homo ſecundum id, quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubycere quantum ad id, quod eſt Dei in ipſo. pag. 534
Hypocritæ, ſiuè in Eccleſijs, ſiuè in vita humana volunt ſe videri, quod

quod non ſunt, ſimulant enim ſe iuſti, & non ſunt. pag. 487
Hypocriſis ſimulatio eſt, qua quis ſimulat perſonam alterius, ſicut cum quis peccator ſimulat perſonam iuſti. ibid.
Qui cum intentione perfectionis ſanctitatis habitum aſſumit, ſi poſtea deficiat, non eſt hypocrita. Si autem talem habitum ſumeret, vt ſe ſanctum oſtenderet, eſſet ſimulator, & hypocrita. ibid.
Aliud eſt peccatum occultum non propalare, quod diſcretionis eſt, & aliud virtutem oſtentare, cum aliquis peccato ſubiacet, quod hypocriſis eſt. ibid.
Peccatum occultare ad vitandum ſcandalum bene fit; ſed peccatum ſub ſpecie Virtutis palliare hypocriſis eſt, & ſemper malum, nec per hoc quis famam conſeruat, ſed furatur. ibid.

I.

IEiunium naturæ conſiſtit in pura negatione, vnde non poteſt eſſe actus virtutis, ſed ſolum ieiunium, quo quis ex propoſito Virtutis à cibis abſtinet, primum dicitur ieiunium ieiunij, ſecundum ieiunium ieiunantis. pag. 155
Corporales mortificationes ſunt bona medicinalia, vnde ieiunium vtile eſt ad morbum peccati carnalis, non ſpiritualis tollendum. pag. 226
Ignorantia eſt priuatio ſcientiæ perficientis rationem, quæ prohibet actum peccati. pag. 545
Ignorantia, quæ omninò eſt inuoluntaria non eſt peccatum, nec nobis imputatur ad culpam, ſi inuiti ignoremus, ſed ſi ſcire neglexerimus. pag. 154
Ignorantia in hoc differt à neſcientia, quòd neſcientia dicit ſimplicem ſcientiæ negationem, & ignorantia ſcientiæ priuationem, ideſt eorum, quæ quis debet ſcire. pag. 255
Ignorantia vincibilis eſt peccatum ſi ſit eorum, quæ quis ſcire tenetur, non autem ſi ſit eorum, quæ quis ſcire non tenetur. ibid.
Si in laicis vix tollerabilis videtur ignorantia, & inſcitia, quanto magis in ijs qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia. pag. 590
Imago dupliciter inuenitur in aliquo. vno modo ſicut in re eiuſdem naturæ ſecundum ſpeciem, & ſic iſto modo Filius Dei eſt imago Patris. Alio modo in re alterius naturæ, ſicut imago Regis in denario, & hoc modo Homo eſt imago Dei. pag. 262
Indulgentiæ quamuis multum valeant ad remiſſionem pœnæ, tamen alia opera ſatisfactionis ſunt magis meritoria reſpectu præmij eſſen-

sentialis, quod in infinitum melius est, quàm dimissio pœnæ temporalis. pag. 396
Inimici dilectio est signum dilectionis diuinæ: at dilectio amici non signum illius, quia Publicani, & Etnici hoc faciunt. pag. 619
Christiano non sufficit non odisse inimicum, sed quod cont a naturam est, ei præcipitur ipsum diligere. pag. 620
Inimicos inquantum inimicos diligere peruersum est, sed inquantum habent naturam gloriæ capacem ex charitate sunt diligendi. ibid.
Signa dilectionis, & beneficia in communi, quæ exhibentur proximis in communi inimicis exhibere est de necessitate præcepti; Signa verò, & beneficia specialia eis exhibere non est de necessitate salutis, sed de perfectione Charitatis, licet secundum debeat habere in præparatione animi. pag. 621
Instrui dupliciter aliqui inquirunt, quidam ex diffidentia, & hæc puuitur. Alij ex studio addiscendi, & tales instruuntur. pag. 55
Inuidia ex genere suo peccatum est mortale, quia inuidia de bono proximi tristatur, vnde secundum rationem obiecti sui contrariatur Charitati. pag. 612
Inuidia dicitur vitium capitale ea ratione, qua ex tristitia impellitur quis ad aliqua facienda contra bonum proximi, sed vt tristitiam de tali bono fugiat, vel vt tristitiæ satisfaciat. pag. 613
Per inuidiæ vitium ante Dei oculos pereunt benè acta Virtutum. pag. 614
Nulla est Virtus cui non contrarietur inuidia. ibid.
Inuidia est de gloria alterius, inquantum diminuit gloriam, quam quis appetit, vnde consequens est, vt ad illos tantum inuidia habeatur, quibus homo vult se æquare, vel præferre in gloria. ibid.
Inuidia opponitur misericordiæ, & Nemesi; Misericordiæ directè secundum principalitatem obiecti, & Nemesi ex parte eius de cuius bono tristatur; Nemesius enim tristatur de bono indignè agentium, & inuidus de bono eorum qui sunt digni. pag. 619.
Ira dicitur esse ianua vitiorum per accidens, scilicet remouendo prohibens, ideſt impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur a malis. pag. 599.
Ira est causa directa aliquorum vitiorum, vnde est vitium capitale. ibid.
Vitia possunt oriri ab ira, & ex parte sui obiecti, quod habet multum appetibilitatis, quod est vindicta sub ratione iusti, vel honesti. Et ex suo impetu, quo mentem præcipitat ad inordinata quæcumque

agenda. ibid.
Motus iræ poteſt inordinatus eſſe, & ex parte iniuſtæ vindictæ, & ſic eſt peccatum mortale iuſtitiæ, & charitati contrarium, & ex parte modi iraſcendi, & ſic ira non habet de ſuo genere rationem læthalis. pag. 600.
Iudicium finale magis reſpicit vniuerſalitatem hominum, quàm ſingulos iudicandorum, vt omnibus omnium damnatio, vel præmium innoteſcat. pag. 22.
Iudicium finale mentaliter perficietur, & non vocaliter. pag. 24
Sola memoria iudicij ſufficere poteſt ad omne opus bonum faciendum, & ad omne opus malum effugiendum. pag. 18.

L

PEr legem veterem ſolum cognitio peccati dabatur, non ablatio. Et ideo alia gratia Deo reconcilians fuit neceſſaria. pag. 12.
Lex humana principaliter inſtituitur ad ordinandum homines ad inuicem. Lex autem Diuina principaliter ad ordinandum homines ad Deum. pag. 119.
Status nouæ legis ſucceſſit veteris ſtatui, tanquam perfectior imperfectiori. pag. 587.
Statui nouæ legis nullus alius ſtatus ſuccedet, quia nullus ſtatus poteſt eſſe perfectior ſtatu nouæ legis. ibid.
Libertatis radix eſt voluntas; ſicut ſubiectum: ſed ſicut cauſa eſt ratio, ex hoc enim voluntas poteſt ad diuerſa ferri, quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni. pag. 130.
Motus libertatis ad iuſtificationem impij concurrens eſt conſenſus ad deteſtandum peccatum, & accedendum ad Deum, qui conſenſus eſt inſtantaneus. ibid.
In eo qui habet liberum arbitrium, Deus eum non mouet ad iuſtitiam abſque motu proprio liberi arbitrij, ſi eſt capax huius motionis: Ad hoc mouetur quippe vt acceptet iuſtitiam. pag. 131.
Libri à Philoſophis deſcripti continentes ſcientias naturales comparati ad libros Sacræ Scripturæ, magis ſunt dicendi libri mortis, quàm vitæ. pag. 149.
Luxuria eſt vitium capitale, quia habet finem multùm appetibilem finis enim eius eſt delectatio venereorum, quæ eſt maxima. p. 592.
Delectatio venereorum eſt maximè appetibilis ſecundum appetitum ſenſitiuum tùm propter vehementiam delectationis, tùm propter connaturalitatem huiuſmodi concupiſcentiæ. ibid.
Luxuria dicitur venus doloſa, quia homines ſurripit, & intellectum furatur Sapientis. ibid.

MAli culpæ Deus non poteſt eſſe auctor, benè verò mali pœnæ, pœna enim ſolum opponitur bono creato, & malum culpæ opponitur bono Diuino, contrariatur enim impletioni Diuinæ voluntatis. pag. 58.

Malum culpæ plus habet de ratione mali, quam pœna ibid.

Culpa non poteſt ordinari niſi per pœnam, quia Deus nihil inordinatum relinquit, ideo nunquam culpam ſine pœna dimittit. p. 62.

Remota culpa remanere poteſt reatus, non pœnæ ſimpliciter, ſed ſatisfactoriæ. pag. 64.

Repellenda ſunt malorum initia, quia negligentia noſtra incipit à minimis, in quibus nos callidus hoſtis ſolet decipere, vt ducat ad maxima, & immania. pag. 135.

Malum accidit nobis ex hoc, quòd ſequimur bona ſenſitiua pluribus nota deſerto bono rationis paucioribus noto. pag. 192.

Manſuetudo, & Clementia reddunt hominem Deo, & hominibus acceptum, ſecundum quòd concurrunt in ſubtrahendo mala proximorum. pag.

Manſuetudo moderatur paſſiones iræ. pag. 600.

Martyrium eſt actus charitatis, vt imperantis, & fortitudinis, vt elicientis, & non eſt meritorium niſi ex charitate, & ideo ſine charitate non valet. pag. 68.

Aureola debetur difficultati, quæ eſt in pugna martyrij, vnde Aureola voluntariè tantum Martyribus non debetur. pag. 80.

Meritum nemo acquirit niſi Viator, & pro Viatore. pag. 59.

Meritum de condigno affert merenti debitum recipiendi præmium:

Meritum verò de congruo imponit debitum decentiæ in dante præmium. pag. 245.

Merendi vis eſt in omnibus ex charitate habentes ipſum finem pro obiecto, & ideo diuerſitas meritorum refunditur in diuerſitatem charitatis. pag. 244.

Maior eſt excellentia meriti ex charitate conſurgentis, quam illa quæ conſurgit ex genere actus. ibid.

Præmium reſpondens merito ratione charitatis, quantumlibet paruum, eſt maius quolibet præmio reſpondente actui ratione ſui generis. pag. ibid.

Opera extra charitatem facta ex auxilio Diuino valent ad temporalium conſecutionem ad diſpoſitionem ad gratiam, & ad aſſuetudinem bonorum operum. pag. 245.

Opus laborioſum, & difficile ex magnitudine operis pertinet ad augmen-

gmentum meriti: ſi autem ſit difficile ex defectu operantis, vnicuique enim difficile eſt quod non prompta voluntate facit, talis labor minuit meritum, & à charitate inde tollitur, quæ facit operari magna vbi eſt. pag. 286.

Meritum, & demeritum ſunt propria ſtatus viæ, vnde opera bona in Beatis non ſunt meritoria, ſed pertinent ad Beatitudinis præmium, ſicut mala in damnatis ad damnationis pœnam. pag. 325.

Miraculorum operatio eſt quoddam Diuinum teſtimonium indicatiuum Diuinæ virtutis, & veritatis. pag. 276.

De us Miraculis loquitur. ibid.

Miraculum eſt opus extraordinarium, & rarum præter legem ordinariam Dei, & ſupra omnem virtutem, & modum cauſarum naturalium. pag. 401.

Miraculoſæ ſanationes per Reliquias Sanctorum non fiunt per aliquam formam his corporibus inditam: ſed ſolum per operationem Diuinam, quæ his corporibus vtitur ad tales effectus. pag. 401.

Motus eſt duplex, vnus qui eſt actus imperfecti, ideſt exiſtentis in potentia, & iſte eſt ſucceſſiuus, & temporaneus. Alius motus eſt actus perfecti, ideſt exiſtentis in actu ſicut intelligere, & iſte nec eſt ſucceſſiuus, nec per ſe in tempore. pag. 131.

N

NAtura inferior ſubordinata Superiori perficitur dupliciter, & ſecundum modum ſibi proportionatum, & ſecundum modum proprium ſuperioris naturæ. pag. 60.

A Deo habent omnes naturæ, quod naturæ ſunt, & intantum ſunt vitioſæ, inquantum ab eius, qua factæ ſunt arte diſcedunt. p. 116.

Communis eſt omnibus natura, & non gratia. pag. 271.

Natura non facit ſemper, quod melius eſt habito reſpectu ad partem, ſed habito reſpectu ad totum, alias totum corpus hominis faceret oculum, vel cor. pag. 531.

Natura humana magis eſt corrupta per peccatum quantum ad appetitum boni, quàm quantum ad cognitionem veri. pag. 582.

Nuptiæ moraliter ſunt multiplices, primæ inter Deum, & naturam humanam factæ, ſecundæ inter Chriſtum, & Eccleſiam tertiæ inter Deum, & Animam. pag. 97.

O

OBedientia eſt per imperium eius, cui ſubmittitur, & obedit quis, & ſicut res irrationales mouentur per ſuos motores, ſic & quadam neceſſitate iuſtitiæ omnes voluntates tenentur obedire Diuino imperio. pag. 618.

Valde

Valde est accepta Deo obedientia, & multum ei gloriosa, cum dictum à Deo creditur verum, & ab ipso iussum creditur bonū. p. ibid.
Actu obedire necessarium est his qui indigent directione aliorum ad suam propriam perfectionem capiendam: sed perfecti, spiritu Dei sufficienter aguntur, vt non indigeant actu obedire alijs, nisi in præparatione animi. pag. 150.
Obduratio dicitur quandoque actus voluntatis obstinatæ in malum, cui pertinaciter adhæret. pag. 141.
Primum tibi videtur importabile aliquid, processu temporis, si assuescas, iudicabis non adeo graue, paulo post etiam delectabit: Ita paulatim in obdurationem itur. pag. 140.
Obduratus cum vult conuerti non potest, quia quando potuit non voluit; ideò per malum velle amisit bonum posse. pag. 407.
Homo qui habet promptam voluntatem ad obediendum Deo in omnibus, placet etiam pro infinitis rebus quas nunquam facturus est. ibid.
Odium est omnium persecutionum principium. Sicut amor omnium beneficiorum. pag. 649.
Non præcipitur nobis propinquos odisse, vt propinqui sunt, sed inquantum impediunt nos à Deo, & in hoc non sunt propinqui, sed inimici. pag. 648.
Tribus de causis mundus odio habet Sanctos propter diuersitatem conditionis, quia mundus manet in morte, & Sancti in statu vitæ, propter displicentiam correctionis, & propter iniquitatem æmulationis, qua mali inuident iustis. pag. 650.
Opiniones Doctorum diuersæ circa ea, quæ non pertinent ad fidem, & bonos mores, absque periculo auditores vtramque sequi possunt. pag. 241.
In his quæ pertinent ad bonos mores, & fidem, nullus excusatur sequendo opinionem erroneam vnius Doctoris, in talibus enim ignorantia non excusat. ibid.
In rebus dubijs non est de facili præstandus assensus, sed consulenda regula fidei. ibid.
Assentiens opinioni alicuius Magistri contra expressam Sacram Scripturam, vel contra publicam Ecclesiæ auctoritatem non potest ab erroris vitio excusari. ibid.
Oratio vocalis necessaria est vt affectus hominis prouocetur in Deum. pag. 52.
Adhibetur oratio vocalis quasi ad redditionem debiti, vt scilicet homo Deo seruiat secundum id totum, quod ab illo habet, idest mente,

mente,& corpore,quod competit orationi, vt ſatisfactoriæ. p.53.
Adiungitur vocalis oratio aliquando ex redumdantia ab Anima in corpus ex vehementi affectione. ibid.
In oratione eſt præcipuè petendum vt Deo vniamur. ibid.
Oratiò innititur Charitati quantum ad efficaciam merendi,& etiam innititur fidei quantum ad efficaciam impetrandi: per fidem enim homo venit in notitiam omnipotentiæ, & Miſericordiæ Diuinæ, ex quibus oratio impetrat quod petit. pag. 128.
Oratio debet eſſe ordinata, ſicut deſiderium, cum oratio ſit deſiderij interpres: Eſt autem hic ordo debitus, vt ſpiritualia carnalibus, cœleſtia terrenis orando, & deſiderando præferamus. p.132.
Non oramus vt Diuinam diſpoſitionem immutemus, ſed vt id impetremus quod Deus diſpoſuit per orationē eſſe implendū. p.246.
Oratio peccatoris licet non ſit meritoria, poteſt tamen eſſe impetratoria, quia meritum innititur iuſtitiæ, & impetratio innititur miſericordiæ. pag. 247.
Oratio debet eſſe ſecura, recta, ordinata, deuota, & humilis. p.249.
Neceſſitatis eſt, vt in noſtris orationibus pro alijs factis inimicos non excludamus. Quod autem pro eis ſpecialiter oremus, perfectionis eſt, non neceſſitatis, niſi in ſpeciali. pag. 255.
Gemitus, vel fletus non eſt oratio per eſſentiam, ſed eſt quaſi fundamentum orationis. pag. 260.
Recognitio ſuæ miſeriæ, qua indigentem quis ſe videt, & ſibi ſubuenire non poteſt, quæ gemitum in affectu facit, quaſi oratio reputatur à Deo. ibid.
Oratio porrigitur alicui dupliciter vno modo quaſi per ipſum implenda. Alio modo ſicut per ipſum impetranda; Primo quidem modo porrigitur Deo, vt ab ipſo implenda per gratiam, & gloriam, quam ſolus tribuit: Sanctis autem porrigitur, vt ab ipſis à Deo impetranda, inquantum eorum precibus, & meritis noſtræ orationes ſuum ſortiuntur effectum. pag. 400.
Orationis meritum exigitur ad ſupplendum defectus noſtrorum meritorum, vt, & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio. pag. 401.
Oratio meritoria non eſt ſine gratia gratum faciente. Et oratio impetratoria gratiæ ſanctificantis procedit dumtaxat ex auxilio Diuino merè gratuito. pag. 402.
Orationes malorum infructuoſæ ſunt quantum ex eis eſt; poſſunt tamen eſſæ fructuoſæ alijs pro quibus orant propter eorum deuotionem, vel quia orant in Perſona Eccleſiæ. pag. 404.

Orans

Orans Peccator ſecundum deſiderium peccati, in hoc aliquando non auditur à Deo ex miſericordia, & aliquando auditur ex vindicta, Deus enim quædam negat propitius, quæ concedit iratus. ibid.
Oratio peccatoris ex bono naturæ deſiderio procedens à Deo auditur non ex iuſtitia, ſed ex pura miſericordia, dummodo quatuor obſeruet vt petat pro ſe neceſſaria ad ſalutem piè, & perſeueranter. ibid.
Oratio pro alio facta cum conditionibus requiſitis quandoque non impetrat poſtulatum, propter impedimentum, quod eſt ex parte eius pro quo oratur. pag. 405.

P.

PAſſio Chriſti diminuit quantitatem pœnæ ob culpam debitæ, & ſecundum hoc dicitur has pœnas auferre, inquantum eas diminuit. pag. 66
Redemptio facta per Chriſti Paſſionem eſt ſufficiens ad omnes, ſed non eſt efficax ad omnes, quia non omnes adhærent Redemptioni, & ideò non omnes habent efficaciam redemptionis. pag. 215
Paſſio Chriſti nos à poteſtate Diaboli liberauit, in quantum nos Deo reconciliauit. pag. 637
Semper per Paſſionem Chriſti eſt paratum remedium ſe tuendi contra nequitias Dæmonum. ibid.
Patientia ſicut eſt nobis neceſſaria in his, quæ contra nos fiunt, ita in his, quæ contra nos dicuntur. pag. 203
Tenemur habere animum paratum ad contumelias patiendas ſi expediens fuerit, quæ tamen in duplici caſu ſunt repellendæ. Primò propter bonum inferentis. Secundò propter bonum multorum quorum profectus impeditur. ibid.
Patientia conſeruat bonum rationis contra triſtitiam, ne ſcilicet ratio triſtitiæ ſuccumbat. pag. 675
Per Patientiam æquo animo, & ſine turbatione triſtitiæ toleramus mala, ne animo iniquo deſeramus bona, per quæ peruenimus ad meliora. pag. 635
Per Patientiam dicitur homo ſuam poſſidere Animam inquantum radicitus euellit paſſiones, quibus Anima inquietatur. ibid.
Per Patientiam pacem habemus, quia per eam in tempore proſpero, & aduerſo ſicut Deo nihil nocere poteſt, nec nobis. ibid.
Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum, & dolorum, & nemo niſi pro eo, quod delectat ſponte ſuſcipit ferre, quod cruciat. ibid.

Pax Hominum est ordinata concordia, pag. 202
Pax est tranquillitas ordinis perturbatio enim ordinis est destructio Pacis. pag. 198
Duplex vnio est de ratione Pacis, quarum vna est secundum ordinationem propriorum appetituum in vnum; Alia verò secundum vnionem appetitus proprij cum appetitu Alterius, & vtramque vnionem facit Charitas. pag. 200
Pax obtinetur à minus Potente, vel æque Potenti pugnando, & resistendo; sed à magis Potente non resistendo, sed humiliter ei se subdendo, & voluntas hominis respectu Dei. pag. 201
Pax vera non potest esse nisi in bonis; & bonorum. Pax autem malorum est Pax apparens, & falsa. pag. 205
Tria sunt quæ faciunt Pacem in præsenti; Contemptus temporalis opulentiæ, subiugatio carnalis concupiscentiæ, & Contemplatio Diuinæ Sapientiæ. ibid.
Pax est opus Iustitiæ indirectè, inquantum scilicet remouet prohibent; sed est opus Charitatis directè, quia secundum propriam rationem Charitas Pacem causat. Est enim Amor vis vnitiua. Pax autem est vnio appetituarum inclinationum. pag. 206
Pœna, remota culpa, multoties requiritur ad æqualitatem Iustitiæ restituendam, & ad remouendum scandalum Aliorum, vt ædificentur in Pœna, qui scandalizati sunt culpa. pag. 64
Error, & deceptio, Pœna est proueniens ex peccato, quæ non daretur in Statu Innocentiæ perseuerante; vnde approbare vera pro falsis, non est natura instituti Hominis, sed Pœna damnati. pag. 71
Pœnis affligimur ob punitionem præteritæ culpæ, delectatio enim culpæ, vt deleatur exigit amaritudinem Pœnæ, tum ob cohibitionem futuræ, tum etiam ob meritum Coronæ. pag. 229
Pœnitere aliud est, & aliud pœnitentiam agere, nam pœnitere est intus dolere, & de peccatis conteri. Pœnitentiam agere est exterius pro peccatis condignè satisfacere. pag. 64
Pœnitentia est rationalis dolor de peccatis præteritis, cum intentione ea remouendi in futurum. pag. 56
Pœnitentia vt Virtus, est dolor consistens in electione recta voluntatis: Si autem dolor sit motus sensitiui appetitus, est passio, & non actus Virtutis. ibid.
Voluntate Homo recedit à peccato dum de præterito dolet, & futurum vitare proponit. pag. 58
Pœnitere semper actu, impossibile est. At in habitu debemus semper pœnitere. pag. 62

Homo

Homo continuè pœnitet si nihil contrarium faciat habituali disposi-
tioni pœnitentiæ, & semper in proposito gerat, quòd peccata præ-
terita sibi displiceant. ibid.
Pœnitentia interior durare debet vsque ad finem vitæ: sed exterior
duret vsque ad determinatum tempus secundum mensuram pec-
cati. pag. 65
Dœmonum, & Damnatorum peccata per Pœnitentiam deleri non
possunt, quia de eis dolere non possunt, sed solum displicet eis
pœna. pag. 124
Misericordia Dei peccantibus per Pœnitentiam veniam præbet absq;
vllo termino; vnde manifestum est, quòd Pœnitentia pluries est
iterabilis. pag. 324
Sicut Martyr conformat se morti Christi per exteriorem passionem,
ita pœnitens per interiorem, & potest esse tanta, vt deleat omnem
culpam, & pœnam, vnde Pœnitentia dicitur Baptismus vices illius
supplens, & quia illum non licet iterari, ideò instituta est Pœni-
tentia. pag. 332
Agere Pœnitentiam interiorem, & exteriorem pertinet ad incipien-
tes de nouo à peccato resurgentes, sed Pœnitentia interior habet
locum, etiam in proficientibus, & perfectis. pag. 333
Contritio ex parte doloris mentalis non potest esse nimia, sicut nec
amor Charitatis quo intensè displicentia offensæ Dei intenditur:
Sed quantum ad dolorem sensibilem potest esse nimia, sicut etiam
exterior corporis afflictio, in his enim attendenda est dispositio, &
habitudo Subiecti, vt ea proportionatè fiant. pag. 334
Pœnitentia siuè secundum dolorem mentalem, siuè secundum dolo-
rem sensibilem potest esse adeo intensa, vt sufficiat ad deletio-
nem, & culpæ, & pœnæ. ibid.
Pœnitentia de peccatis mortalibus requirit, quòd proponat absti-
nere ab omnibus, & singulis, sed ad Pœnitentiam venialium re-
quiritur propositum abstinendi à singulis, non ab omnibus, quia
hoc infirmitas vitæ non patitur. ibid.
A Pœnitente non debet exigi propositum non peccandi venialiter
sicut in mortalibus, sed quòd displiceant ei, & peccatum præteri-
tum, & infirmitas, qua ad peccatum veniale inclinatur, quamuis
ab eo immunis omninò esse non possit. pag. 435
In Peccato qui vult iacere, odit quòd aliquis veritatem circa suum
peccatum cognoscat, & ideò Peccator amat veritatem lucentem,
sed odit veritatem redarguentem. pag. 114
Aliquando euenit, vt maiori studio cauenda sint peccata leuia, quàm

grauia, ista enim, vt caueamus peccati natura efficit, leuia autem quia parua desides reddunt, & dum contemnuntur animus ad eorum expulsionem frangitur. pag. 135

Quia vt in pluribus tam in bono, quàm in malo proceditur ab imperfecto ad perfectum, ideò nequit quis primò peccare in Spiritum Sanctum regulariter loquendo. pag. 134

Peccata speciem sortiuntur ex parte conuersionis, quia ex parte auersionis non differunt. pag. 141

Grauius peccat ille, cuius voluntas intentione peioris finis inclinatur ad peccandum. ibid.

Desiderium peccandi non extinguitur nisi contrario desiderio rectè faciendi. pag. 443

Peccati impugnatio quandoque est vincenda fugiendo, vt cum continua cogitatio auget peccati incentiuum, sicut est in luxuria; quandoque resistendo, vt quando cogitatio perseuerans tollit incentiuum peccati ex aliqua leui apprehensione prouenientis, vt in Acedia, quia quantò magis cogitamus de bonis spiritualibus, tantò magis nobis placentia redduntur. pag. 188

Peccare cum proposito perseuerandi in peccato sub spe veniæ, auget peccatum: peccare verò sub spe veniæ percipiendæ cum proposito abstinendi, & pœnitendi de peccato, peccatum diminuit, quia offendit voluntatem minus firmam in peccato. pag. 528

In peccatis quibusdam pœnalitates sunt cum culpa; culpa procedit ex inordinata Hominis voluntate, & sic non est à Deo, pœnalis autem afflictio est à Deo. pag. 613

Per peccatum duo incurrit mala Genus humanum, mortem, & infirmitatem, mortem propter separationem à vitæ principio, Deo nempe, & infirmitatem propter deperditionem gratiæ, quæ est Hominis sanitas. pag. 646

Peccatum potest esse causa alterius peccati quatuor modis. Primò vt remouens prohibens, gratiam nempe. Secundo mediante habitu, & dispositione relicta ad actum similem inclinante. Tertiò materiam ministrando. Quartò aduocando alia ad suum finem. pag. 651

Homo in peccato mortali habitualiter peccato adhæret, quia adhæsionis vis ad commutabile bonum, & inclinatio in illud, in eo manet quousque ad Finem incommutabilem redeat. pag. 58

Nullus debet Deum offendere parum, ne alius offendat multum, quia Homo debet in infinitum plus diligere Deum, quam Proximum, & ideò nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum

scan-

scandalum. pag. 138
Peccatum Veniale ex genere potest disponere ad mortale ex genere, quia ex hoc, quòd voluntas consueuit in minoribus debito ordini non subiacere disponitur, vt se non subijciat ordini vltimi Finis. pag. 139
Veniale differt à Mortali sicut imperfectum à perfecto, vt puer à Viro, fit autem ex puero Vir. pag. 139
Licet Veniale gratiam non tollat, per quam est salus, inquantum tamen disponit ad mortale vergit in detrimentum salutis. ibid.
Maioris Virtutis indicium est, vt puritatem perfectam quis conferuet inter pericula puritatis, quam extra. Verùm parùm amare puritatem conuincitur, qui puritatis pericula non euitat. pag. 444
Perseuerantia Gloriæ, quia se tenet ex parte termini meriti cadit sub merito, sed Perseuerantia Viæ, quæ se tenet ex parte principij non cadit sub merito, sed gratis à Deo datur, cui datur. pag. 656
Prædestinationis effectus particulariter sumptus potest habere causam sui, & meritoriam, & finalem: impossibile tamen est, quòd totus Prædestinationis effectus in communi habeat aliquam causam ex parte nostra. pag. 162
Prædestinatio differt à Prouidentia in hoc, quòd Prouidentia respicit ordinem, quo Homo ad Beatitudinem ordinatur, & Prædestinatio respicit exitum ordinis, vnde non est nisi eorum, qui gloriam consequuntur. pag. 170
Non est distinctum id, quòd est ex libero arbitrio, & ex Prædestinatione, sicut nec est distinctum id, quòd est ex causa Secunda, & Prima. pag. 379
Deus nulli Volenti denegat gratiam, sed hoc ipsum, quòd est velle accipere gratiam est nobis ex Prædestinatione Diuina, ibid.
Sicut Prædestinatio includit Voluntatem conferendi gratiam, & gloriam: ita reprobatio includit voluntatem permittendi culpam, & infligendi pœnam pro culpa. ibid.
Si Prædestinationis certitudo sit cum præsuppositione causæ secundæ, non est certitudo absoluta, sed conditionalis tantum, quod est absurdum, certitudo enim: quæ est cum suppositione alicuius non est certitudo absoluta, sed conditionalis. pag. 376
Causa secunda, quam oportet supponere ad inducendum Prædestinationis effectum, etiam ordini Prædestinationis subiacet, & ideò ordo Diuinæ Prædestinationis, quamuis sit cum suppositione voluntatis humanæ, attamen absolutam habet certitudinem. p. 377
Prædestinatio est quædam ratio ordinis Aliquorum in salutem æternam

nam in mente Diuinâ existens. ibid.
Prædicator non debet dispensare Verbum Dei ob temporalia sicut mercedem, & prætium; bene verò potest sperare necessaria ad vitæ sustentationem. Sumat ergò sustentationem à Populo, & mercedem dispensationis a Deo. pag. 16
Prædicator debet docere Veritatem, arguere falsitatem; eripere à malo, inducere ad bonum, & Auditorem perducere ad profectum. pag. 16
Prælatus quærere debet diligenter, donec inueniat dragmam perditam, ideſt reducat animam peccatoris: Vndè Parabola decem dragmarum innuit qualis debeat esse diligentia boni Prælati circa animas curæ suæ commissas. pag. 17
Ad Prudentiam pertinet regere, & præcipere, & ideò vbi inuenitur specialis ratio Regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi etiam inuenitur specialis ratio Prudentiæ. pag. 617
Prudentia carnis ea est, quæ constituit vltimum finem in delectatione carnis; Et Prudentia vera, ea est, quæ in finem bonum totius vitæ consiliatur, iudicat, & præcipit. pag. 242
Quotiescumque aliquid appetitur secundum modum rationis, non accidit peccatum in electione, quæ euenit mala vt est non à ratione recta. pag. 617

R

REgnum Dei est valdè desiderandum propter summam iustitiam, quæ est in eo propter perfectissimam libertatem, & propter mirabilem affluentiam. pag. 589
Regula in quolibet artificio debet esse absque errore: nam alioquin error etiam sequeretur in ijs quæ secundū regulam fierent. p. 619
Præscientia peccatorum potest esse, aliqua ratio Reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobis, inquantum sc. licet Deus proponit se puniturum malos propter peccata, quæ à se ipsis habent. pag. 580
Resurrectio Animæ cellebratur mortuo quidē peccato, resurgente verò iustitia. pag. 72
Retributio est duplex pro ijs, quæ Homo in vita gessit: vna secundum Animam, quam percipit statim post mortem; alia erit in resumptione corporis, quæ fiet simul omnibus resurgentibus. p. 21

S.

SAncti sicut dum viuunt, & pro alijs ex charitate orant, & merito Charitatis exaudiuntur, ita in Patria vbi eorum Charitas perficitur, magis, & efficacius pro nobis orant. pag. 397

Sancti videntes Deum, vident in Verbo omnia, quæ eos decent, nostras necessitates, & orationes cognoscunt, & virgente Charitate, qua feruent pro nobis orant, & impetrant. ibid.
Non interpellamus Sanctos ad orandum pro nobis ob defectum Diuinæ Charitatis, sed ob ordinem à Diuina Sapientia stabilitum, nimirum, vt Alij per Alios iuuentur. pag. ibid.
Sancti licet non mereantur in Patria, nec pro se, nec pro nobis, meruerunt tamen in Via, vt eorum Orationes exaudirentur in Patria. pag. 398
Contingit multoties, quòd imploratio inferioris Sancti efficacior est altera Maioris, vel quia deuotius imploratur, vel quia vult Deus eius sanctitatem propalare. pag. 400
Sanctitas non amittitur corporis manente Animæ sanctitate. p. 59
Salus multitudinis præferenda est paci quorundã singulariũ hominum, & ideò quando sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio à superiore, & Doctore. pag. 445
Sacramenti contemptus, quod est de necessitate salutis, est saluti contrarius. pag. 79
Licet Sacramenta in voto suscepta habeant suum effectum, plenius tamen ipsum habent suscepta in re. Et licet res naturales non agant, nisi præsentialiter adhibitę, Sacramenta tamen agunt etiam, vt sunt in voto. pag. 79
Sacramenta sunt rememoratiua passionis Christi, tamquam causæ efficientes demonstratiua gratiæ, tamquam formæ, & prognostica gloriæ tamquam finis. pag. 80
Sacramenta instituta sunt ad erudiendum, humiliandum, & exercendum Hominem. pag. 312
Nullum Sacramentum, vel Sacramentale, quod habet effectum perpetuum debet iterari, quia ostenderetur Sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illum effectum, & sic fieret iniuria Sacramento. pag. 517
Sacramenti effectus non impetratur Oratione Ecclesiæ, vel Ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in Sacramentis. pag. 564
Sapientia dicit sufficientiam in cognoscendo; hæc autem sufficientia in aliquibus est per studium, & sic est Virtus intellectualis, & est in alijs per quandam affinitatem ad Diuina, & sic est Donum Spiritus Sancti. pag. 28
Proficere mysticè in Sapientia est dilatari per Charitatem, exaltari

per

per Contemplationem, & profundari per Humilitatem. pag. 83
Sapientia, quæ est Donum Spiritus Sancti facit rectitudinem iudicij circa res Diuinas, vel per regulas Diuinas de alijs. pag. 191
Sapientia saporem importat, & quantum ad dilectionem, & quantum ad delectationem ipsam cognitionem subsequentem; Vnde Sapientia est quasi sapida scientia. pag. 293
Homini Sapienti sufficit esse, quod est, & non est necessarium appetere, quod non est. pag. 673
Sapientia Diuina realiter facit effectum sapientiæ propter veritatem rationis ipsius, quæ mouet. pag. 677
Sapientes à principio Christus non elegit, nec Potentes, ne virtus fidei sapientiæ, & potentiæ humanæ tribueretur. Voluit à principio aliquos Sapientes ad se conuertere, ne si Doctrina sua à solis ignorantibus, & insipientibus reciperetur contemptui haberetur. pag. 55
Sapientis est considerare causam altissimam, & per eam iudicare de alijs, & omnia ordinare; Si sit altissima in aliquo genere, per ea, quæ sunt generis ordinabit. Si sit omnium altissima per regulas Diuinas omnia ordinabit. pag. 149
Scientiæ quia non possunt omnes insudare, ideò à Christo fuit data lex breuis, vt ab omnibus posset sciri, nec vllus ob ignorantiam posset excusari; Et hæc est lex Diuini amoris. pag. 105
Scientia bona est, & non solum bona, verum, & honorabilis. pag. 133
Vna Scientia excedit aliam, vel quia est meliorum, & nobiliorum, vel quia est magis certa. ibid.
Scientia est nulla si vtilitatem pietatis non habet; & valdè inutilis est pietas, si scientia discretione careat. pag. 190
Pænitus ab humana natura degenerat; qui scire, & intelligere non affectat. pag. 267
De ratione Scientiæ est, quod Homo habeat certitudinem de his, quorum habet scientiam, pag. 677
Omnes Homines naturaliter scire desiderant. Moderatur autem talis appetitus per, per Studiositatem. pag. 676
Scandalum si de Veritate sumitur, vtilius nasci permittitur scandalum, quam veritas relinquatur. pag. 446
Sermones breues valdè accepti sunt, quia si sunt boni auidius audiuntur; Si verò mali parum grauant. pag. 96
Pulchritudo in Sermonibus infita magnetis vim obtinet. pag. 171
Tanta est vis Sermonis, vt sæpe multos etiam in ipsum mortis contem-

temptum adducat. ibid.
Sermo humanus, niſi à Deo fulciatur, nihil veritatis habet. p. 367
Spes anchoræ nauticæ comparatur ab Apoſtolo, quia debet eſſe firma, vt ſcilicet non deficiat. Eſt autem hæc differentia inter anchoram, & Spem quod anchora in imò figitur; Spes in ſummo ſcilicet Deo. pag. 75
Spes tria inuoluit, ſcilicet Beatitudinem æternam ex parte obiecti; gratiam, & meritum ex parte medij, & abſentiam boni ſperati ex parte ſperantis. Propter primum, & tertium non fuit Spes in Chriſto, propter ſecundum non eſt in Dæmonibus, & damnatis, & propter iſta tria ſimul eſt in viatoribus, & in Animabus, vel in Limbo, vel Purgatorio exiſtentibus. pag. 75
Periclitantur quandoque Homines ſperando, & deſperando, ſperando dum dicunt Bonus eſt Deus faciam, quod mihi placet. Deſperando dum dicunt, ob grauia peccata patrata, iam damnati ſumus, quare non quod volumus facimus? pag. 121
Neque in Beatis, neque in Damnatis poteſt eſſe Spes, quia non poſſunt apprehendere Beatitudinem, vt poſſibilem. pag. 214
Non licet ſperare de aliquo homine, vel de aliqua Creatura ſicut de prima cauſa mouente in Beatitudinem: licet tamen ſperare de aliquo homine, vel de aliqua Creatura, ſicut de Agente Secundario, & inſtrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcumque bona conſequenda in Beatitudinem ordinata. pag. 215
Durante Virtute Spei, eadem Spe quis ſperat Beatitudinem ſibi, & alijs. pag. 217
Spei non ſubeſt falſum; non enim ſperatur vita æterna ſecundum propriam poteſtatem, hoc enim eſſet præſumptuoſa, ſed ſecundum auxilium gratiæ per quam infalliбiliter, ſi perſeueret, conſequetur gloriam.
Certitudo Spei habetur ex Diuina miſericordia ordinante nos in finem, ex inclinatione aliarum Virtutum, & ipſius habitus, vnde ſupra cetera includit certitudinem Diuinæ ordinationis. pag. 586
Spe attingente Deum nullus poteſt malè vti, ſicut nec Virtute morali attingente rationem. pag. 586
Quod Aliqui habentes Spem deficiant à conſecutione Beatitudinis contingit ex defectu liberi arbitrij ponentis obſtaculum peccati. pag. 586
Semper fuerunt eadem ſperanda apud Homines à Chriſto: quia tamen ad hæc ſperanda non peruenerunt niſi per Chriſtum, quanto erant tempore remotiores, tanto à conſecutione ſperandorum

erant longinquiores. ibid.
Spiritus Sanctus procedit ex Amore, vnde habet rationem primi Doni. pag. 264
Cum Spiritus Sanctus Deus ſit, & ſua bonitas ſui participatione bonos facit, & per effectum ſuæ virtutis Sanctorum implet mentes; Diabolus é contra cum ſit creatura non implet aliquem participatione ſui, ſed dicitur aliquos implere per effectum ſuæ malitiæ. pag. 269
Eſt quidem Spiritus Sanctus principaliter in cordibus, in quibus eſt Charitas, ſed eſt ſecundario in membris corporalibus inquantum exequuntur opera Charitatis. ibid.
Dona Spiritus Sancti non poſſunt eſſe cum voluntate peccandi, quia non ſunt ſine Charitate. pag. 128

T.

QVod eſt in tempore aliquid patitur ſub Tempore, ſecundum quod paſſio pertinet ad defectum. pag. 127
Cum Tempus ſit numerus primi motus ex quo in omnibus cauſatur mutabilitas, ſequitur quod per diuturnitatem temporis omnia, quæ ſunt in tempore remoueantur à ſua diſpoſitione. ibid.
Nullus Tempus præteritum recompenſare poteſt; tamen poteſt in futuro recompenſare illud, quod in præterito facere debuiſſet, quia non debuit debito præcepti totum, quod potuit. pag. 654
Tentationis Occaſio duplex eſt, vna ex parte Hominis querentis occaſionem peccandi; Et talis occaſio eſt vitanda. Alia ex parte Dęmonis, qui ſemper inuidet ad meliora tendentibus, & talis occaſio non eſt vitanda. pag. 444
Teſtimonium qood eſt à rebus credibilius eſt teſtimonio, quod eſt à verbis. pag. 29
Teſtes aliquos Deus habere vult, non quia eorum teſtimonio indigeat, ſed vt eos nobilitet quos Teſtes inſtituit. pag. 153
Timor conſiliatiuos facit, & conſiliamur de magnis, in quibus quaſi nobis diſcredimus. vnde Homines maximè in timoribus quærunt conſiliari. pag. 117
Timor filialis non importat ſeparationem à Deo, ſed magiſ ſubiectionem ad ipſum, Separationem autem ad ipſum refugit à ſubiectione ipſius. pag. 256
Timor filialis habet duos actus, & reuereri Deum; & hic manet in Gloria, & timere ſeparationem ab ipſo, qui actus non remanet in Beatis, cum nullum ab eis timeatur malum. ibid.
Triplex eſt Hominis defectus, vnus pœnę, & hunc principaliter timet

met ſeruilis timor; alius culpæ, & hunc reſpicit filialis viatorum timor; alius totius defectus Naturæ, vt infinitè diſtantis à Deo, qui numquam tollitur, & hunc reſpicit timor reuerentialis Beatorum ex conſideratione Maieſtatis eius, reſiliens in propriam paruitatem. pag. 257

Qui conuertitur ad Deum, & ei inhæret propter timorem pœnæ, eſt timor ſeruilis: Si propter timorem culpæ eſt filialis, filiorum eſt enim timere offenſam Patris; Si autem propter vtrumque, eſt timor initialis, qui eſt medius. pag. 392

Timor eſt à difficili in genere malorum; Spes autem à difficili in genere bonorum. pag. 568

Timere prouenit ex phantaſia alicuius mali imminentis, quod difficilè repelli poteſt. pag. 625

Nulla eſt alia timendi cauſa niſi ne id, quod amamus amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum. pag. 629

Toti Trinitati in Anima iuſti inhabitatio conuenit ratione effectus coniungentis animam ipſi Trinitati, licet aliquis effectus ratione appropriationis ducere poſſit magis in vnam Perſonam, quam in aliam. pag. 271

Triſtitiam homo, & animal naturaliter fugit, ſicut, & appetit delectationem, & ideò ſicut ex delectatione cauſatur amor, ità ex triſtitia cauſatur odium. pag. 610

Obiectum Triſtitiæ eſt malum proprium; contingit autem quod id, quod eſt bonum alienum appræhenditur, vt malum proprium, & ſecundum hoc de bono alieno poteſt eſſe triſtitia, pag. 611

Triſtari poteſt quis de bono alieno, vel ratione imminentis nobis periculi, vel inquantum eſt diminutiuum propriæ gloriæ. ibid.

V.

SIcut ſe habet caro, quæ per multos dies non capit cibum, talis eſt Anima, quæ aſſiduè non paſcitur verbo Dei: arida enim ad bona opera inuenitur. pag. 10

Verbis alia ratione vtimur ad Deum, alia ratione ad Homines, ad hos enim vtimur verbis, vt conceptus noſtros eis manifeſtemus; ad Deum vero perfectè cognoſcentem corda, & nos ipſos, & alios ad eius reuerentiam, & laudem inducamus. peg. 52

Veritatem omnis Homo à natura non degenerans amat, quam ſi quis concupiſcit vero corde, Deus eam præbet diligentibus illam. pag. 97

Virtuoſi non dimittunt propter Veritatem amicis diſplicere, ea, quæ contraria reputant Veritati, reprobando, vt Veritas agnita

non impugnetur. Sed potius tamquam amica honoretur. p. 115
Veritas cognitionis eſt eadem in Diſcipulo, & in Docente, quia cognitio addiſcentis eſt ſimilitudo cognitionis Docentis. pag. 450
Teſtimonium perhibere Veritati Diuinæ, indicium eſt cognitionis ipſius Veritatis. pag. 673
Veritas in ſe ipſa fortis eſt, & nulla impugnatione conuellitur. p. 677
Vigilia eſt opus mentis ante mortem corporis. pag. 20
Somnus, & Vigilia vtraque ſi modum exceſſerint, malum. pag. 134
Impoſſibile eſt quod malus Deum videat: implicat enim Deum videri ab aliquo quin diligatur, qui autem diligit Deum bonus eſt: vnde hæc ſunt impoſſibilia, quòd Aliquis Deum videat, & ſit malus. pag. 278
In hoc differt Viſio à Reuelatione, quòd Viſio non affert notitiam ſignificationis viſorum: Reuelatio autem dicit, & Viſionem alicuius rei, & perceptionem ſignificationis rei viſæ. pag. 44.
Virginitatis impedimenta tria ſunt, ſicut, & Continentiæ, ex parte corporis non mortificati, ex parte Animæ per moroſas delectationes, & illicitas inquinatæ, & ex parte exteriorum rerum per colloquia, & conſortia Mulierum. pag. 489
Virtus cùm ſit diſpoſitio ad optimum, illa Virtus perfectior eſt, quæ ad maius bonum ordinatur. pag. 35
Præmium Virtutis erit ipſe, qui Virtutem dedit, qui ſeipſum, quo nihil maius eſt, promiſit. pag. 37
Virtus infuſa facit, quòd paſſiones famulentur, & nullo modo dominentur, & facit infallibiliter ipſa manente, quòd nullo modo obediatur concupiſcentijs peccati. pag. 60
Connexio Virtutum accipitur ſecundum illud, quod eſt formale in Virtutibus, ideſt ſecundum Charitatem, vel ſecundum Prudentiam, non autem ſecundum id, quod eſt materiale. Et ſine præparatione animi, ſaltem ad illud formale, non poteſt eſſe Virtuoſus. pag. 67
Nullum eſt Opus Virtutis niſi inquantùm cum Diſcretione fit, vt ſcilicet natura non nimis grauetur. pag. 191
Virtutes inter ſe connectuntur, primò ex parte Charitatis, quæ eſt vna, & forma Virtutum. Secundò ex parte Gratiæ, quæ eſt radix Virtutum, & vna. Tertio ex parte Dei efficientis, qui iuſtificando impium omnes Virtutes ei ſimul infundit. pag. 353
Benè vti his quibus malè vti poſſumus pertinet ad Virtutem; poſſumus autem benè, & malè vti non ſolum his, quæ intra nos ſunt, ſed etiam his, quæ extra. pag. 607

Virtùs infusa sic reprimit, & coercet passiones, vt famulentur, & nullo modo dominentur. pag. 652
Ex minori Vitio potest oriri maius peccatum, sicut ex Ira nascitur homicidium, & blasphemia. pag. 139
Voluntatem Hominis Deus immutat sine eo, quòd Voluntatem cogat, quia facit, vt præcedenti inclinationi alia succeda-, ita quòd prima auferatur, & secunda maneat. pag. 87
Regula Volontatis humanæ est duplex, vna próxima, & homogenea, scilicet humana ratio. Alia verò est prima regula, scilicet lex æterna, quæ est quasi ratio Dei. pag. 116
Ex bona Voluntate dicitur Homo bonus, ex mala malus. pag. 142
Vnaquæque Voluntas bona est ex hoc, quòd Diuinæ conformatur: vnde cum quilibet teneatur ad habendam bonam Voluntatem, tenetur pariter ad habendam Voluntatem Diuinæ conformem. pag. 200
Voluntas ex volitione finis mouet se ad volendam ea, quæ sunt ad finem, consilio mediante. pag. 617
Voluntas Dei non est ad mortem Hominum, est tamen ad Virtutem per quam Homo fortiter sustinet mortem, & ex Charitate periculis mortis se subijcit. pag. 642

Z.

DEO sacrificium nullum est magis acceptum, qdàm Zelus Animarum. pag. 14
Zelus quocumque modo sumatur ex intensione Amoris prouenit manifestum est enim quòd quanto aliqua Virtus intensius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium, vel repugnans. Et per hunc modum Aliquis dicitur Zelare pro Deo, quando ea quæ sunt contrà honorem, vel Voluntatem Dei repellere secundum suum posse conatur, &c. pag. 553

S. Thomas 2. 2. qu. 166. art. 1. Dicendum, quòd Studium propriè importat vehementem applicationem mentis ad aliquid: mens autem non applicatur ad aliquid, niſi cognoſcendo illud: vnde per prius mens applicatur ad cognitionem: Secundariò autem applicatur ad ea in quibus homo per cognitionem dirigitur: & ideo Studium per prius reſpicit cognitionem, & per poſterius quæcumquè alia ad quæ operanda directione cognitionis indigemus. Licet autem principaliter noſtra ſolicitudo eſſe debeat de ſpiritualibus bonis; poſſumus tamen etiam ſperare quod temporalia nobis prouenient ad neceſſitatem, ſi fecerimus quod debemus. Ibidem quæſt. 55. art. 6. in c. Et in ſpecie de vita corporali ſubiungit 1. ad Corinth. lect. 7. Sexta ſolicitudo eſt circonſpectionis, ſicut ſpeculator eſt ſolicitus de caſtro cuſtodiendo Deut. 4. Cuſtodite animas veſtras ſolicitè; Corpus enim cum organis anima cum potentijs quoddam caſtrum eſt. Impeditur autem quandoque homo ab hoc corporis infirmitate, vnde indiget homo auxilio diuino, ne per huiuſmodi impedimenta totalitet ab vltimo fine deficiat lib. 3. c. Gent. c. 147. Hoc autem auxilium impetrare poteſt à Deo vel verbo, vel ſcripto, tam pro infirmitate repellenda, quam pro ſanitate acquiſita conſeruanda, ſicuti in hoc duplici ſchemate imitando ex eodem Angelico D. idem Auctor libri huiuſmodi proponit, vt etiam in hoc Deus Creator, & Dominus omnium honoretur 2, 2. qu. 96. art. 4.

Pro

S. Thomas 4. c. Gent. c. 75. Per medicinam ſpiritualem ſanatur infirmitas corporalis aliquando, cum ſcilicet expedit ad ſalutem: Vnde Iacobi 5. infirmatur quis in vobis? inducat Presbiteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, & oratio fidei ſanabit infirmum. Item 2 2. q. 96. a. 4. Verbum Dei nō eſt minoris ſanctitatis quàm Reliquiæ Sanctorum: ſed Reliquijs vtimur ad ſalutem, ergo pari modo, imò maiori ad eamdem licet vti verbo Dei ſcripto, ſcilicet Euangelio.

✠ *Sequentia S Euangelij ſecundum Lucam.*

R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Surgens Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simonis: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: Et rogauerunt illum pro ea: Et ille imperauit febri, & dimiſit illam.

R. Laus tibi Chriſte.

O Doctor optime B. Thoma deprecare pro me Filium Dei, ut tua veridica Doctrina ab ipſo approbata mihi pariter profit ad Animæ, & corporis ſalutē Amē.

Sancti in Patria efficacius pro nobis orant 4. 5 ad Hannib. d. 45. art. 4.

S. Thomas 2. 2. q. 34. a 1. Cum Deus per eſſentiam ſuam ſit ipſa bonitas, nullus eam odio habere poteſt quia de ratione boni eſt quod ametur. Sic etiam eſſe, & viuere inquantum ſunt effectus Dei omnibus amabilia ſunt. Et inquantum ijs adiuuamur ad opera virtutum, & ad tendendum in Beatitudinem licet ea deſiderare, & pro ijſdem orare, Euangelium proprium collo ſuſpendere, vel qualitercunque portare 2. 2. q. 96 art. 4

† *Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Ioannem.*

R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: ſublevatis Ieſus oculis in Cœlum dixit: Pater Sancte ſerua eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, cuſtodiui: & nemo ex eis perijt. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos à malo.

R. Laus tibi Chriſte.

O Doctor optime B. Thoma deprecare pro me Filium Dei, ut tua veridica Doctrina ab ipſo approbata mihi pariter profit ad præſcripti finis intentum. Amē.

Sancti ſunt in Ratu impetraudi. Suppl. q. 72. art. 3. ad 4.

QVicumque hæc remedia elegerit, manifeſtum eſt quod poſſit intentum ſperare: electiones enim humanæ Diuinæ prouidentiæ ſubduntur lib. 3. c. Gent. cap. 90. nihilque eſt fortuitum reſpectu illius 1. p. q. 22. art. 2. Deus autem non ſolum hominem per electionem dirigit, ſed etiam auxilium præbet, & confortat l. 3. c. Gent. cap. 92. Vt autem hæc omnia quis ab eo obtineat, neceſſarium eſt vt ſit Deo deuotus, & ei reuerentiam exhibeat opuſc. 20. de regim. Princip. lib. 2. cap. 16. Tandem cum deſiderij vitæ præſentis motus vſque in infinitum non poſſit procedere, cum infinita pertranſiri non poſſint, & deſiderium intellectualis naturæ ſit

vniuersalis boni, quo adepto nullum bonum restat quod amplius desiderari possit, bonum autem vniuersale non inueniatur nisi in Deo, Deum ipsum vt vltimũ finem fruendum vnusquisque sibi statuere debet de quo dicitur in Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum, sicut idem Angelicus D. concludit lib. 1. de reg. Princ. cap. 8. Et ideo cum tali spe non debemus contristari in morte, sed potius lætari, cum consummatio hominis sit in adeptione vltimi finis, qui est perfecta Beatitudo, siuè fælicitas, quæ in visione consistit essentiæ Diuinæ opusc. 2. cap. 149. Vnde Psal. 121. dicitur: lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et vita æterna est finis omnium bonorum operum, & euasio omnium periculorum 2. 2. qu. 139. art. 1. Quod tantò magis possumus sperare quantò plus piè & perseueranter à Deo id petimus 2. 2. quæst. 83. ar. 15. Et in hoc intendimus Deo ipsi incarnato conformari lib. 4. c. Gent. cap. 55. Quia per hoc magis ad spem immortalitatis erigimur, quod ipse de statu carnis passibilis, & mortalis mutatus est in impassibilitatem, & immortalitatem carnis: quod etiam de nobis sperare possumus, qui carnem gerimus passibilem, & mortalem. Et cum per gratiam homo dirigatur in vltimum finem Beatitudinis, necessarium fuit vt per gratiam imprimeretur humano affectui spes de Beatitudine consequenda. Hinc est quod dicitur 1. Petri 1. Regenerauit nos in spem viuam in hæreditatem immarcescibilem conseruatam in Cœlis. Et Rom. 8. dicitur spe Salui facti sumus. Ibidem contra Gentiles cap. 153.

806.

DOMENI
DEL
P. G. M. G.